[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

N. Inv. 271

Restaurował we wrześniu 1933 Jan Wyżga. Podlepiono karty i grzbiet nową skórą. Nowe wyklejki. Podlepienie zbutwiałych kart. Karty 275–289 przed restauracją były odwrócone. K. D.

De scto A
De scto
De scta Bar xiii
De scto Nicola xv
De Conceptione Ma xvi
De scta lucia xviii
De scto Thoma xix
De scta Eugenia xxi
De Natiuitate dni xxii
De scta Anastasia xx
De scto Stefano xx
De scto Johanne xxv
De Innocentibg xxvi
Thome Cantuar xxvi
De scto Silvestro xxvii
De Circumcisione dni xxix
De Epifania dni xxxi
De tribg regibg xxxiii
De Conceptione marie xxxix
De purificatione Marie xl
pauli primi heremite xliii
De scto mauro ibidem
De scto Marcello ibidem
De scto Anthonio xlv
De scta prisca et Marino xlvi
De scto Sebastiano xlvii
De scta Agnete xlviii
De scto vincencio l
De scto Basilio l
Johanes Elemosinarius
Timotheus discipulo pauli
De scta paula
Johs Cris li
De scto Juliano lv
prenoti Samm lxvi
Samnatii Septuagesima lviii
Sexagesima Quinquagesima lxiii
Quadragesima Jeiunia lxv

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

Universum tempus presentis vite in quatuor partes distinguit ecclesia in tempus deviationis renovationis reconciliationis et peregrinationis. Tempus deviationis fuit ab Adam primo scilicet a deo deviavit et duravit usque ad Moysen et istud tempus repraesentat ecclesia a septuagesima usque ad pascha. Unde et tunc legitur liber Genesis in quo ponitur deviatio primorum parentum. Tempus renovationis incepit a Moyse et duravit usque ad nativitatem Christi in quo homines ad fidem per prophetas renovati sunt. Et istud tempus repraesentat ecclesia ab adventu domini usque ad nativitatem Christi. Unde tunc legitur liber Ysaie ubi de hac renovatione aperte legitur vel agitur. Tempus reconciliationis est in quo per Christum sumus reconciliati. Et istud tempus repraesentat ecclesia a pascha usque ad pentecosten. Unde tunc legitur Apocalypsis ubi plene agitur de misterio huius reconciliationis. Tempus peregrinationis est in quo peregrinamur et in pugna sumus semper. Et istud tempus repraesentat ecclesia ab octava pentecostes usque ad adventum domini. Unde et tunc legitur ad tam [illegible] huius [illegible] dierum quatuor [illegible] ad primum mane ad se[illegible] ad tertium vesper ad quartum [illegible] Quia sunt deviationis quam renovationis [illegible] tum ecclesia omnia offi[illegible] incipit in tempore renova[illegible] viationis id est in adven[illegible] quam in septuagesima et [illegible] tione. Primo ne videatur [illegible] errore tenere eum rationem et no[illegible] quia ordines temporum sicut [illegible] per fecerunt. Secundo quia per adventum Christi omnia renovata sunt vel sunt renovata. Propter quod tempus istud dicitur tempus renovationis seu revocationis. Apocalypsis: Ecce ego nova facio omnia. Congrue igitur in hoc tempore renovationis ecclesia omnia officia sua renovat. Ut igitur ordo temporis ab ecclesia distinctus servetur primo agemus de festivitatibus que occurrunt infra tempus renovationis. Secundo de illis que occurrunt infra tempus quod partim continetur sub tempore peregrinationis. Tertio de illis festis que occurrunt infra tempus deviationis. Quarto de illis que occurrunt infra tempus reconciliationis quod tempus repraesentat ecclesia [illegible] usque ad octavam pe[illegible] usque adventum domini.

Adventus domini per quatuor septimanas agitur ad significandum quod quadruplex sit [illegible] scilicet in carne [illegible]

BIBLIOTH

[illegible] hinc
[illegible] omnium adventus ptinge
[illegible] et ista
[illegible] ieiunium
[illegible] adventu ad indicandum
[illegible] et ad quod innuet
[illegible] quod tanta leticie et
[illegible] in carne qui fuit
[illegible] quod nos depo-
[illegible] adventu sane iusticie et
[illegible] Circa adventum igitur in carne
[illegible] sunt scilicet adveniendi oppor-
tunitas et adventus necessitas et u-
tilitas Opportunitas adveniendi atten-
ditur [illegible] quod per tempus qui fuit in lege
nature [illegible] fuit [illegible] defectu con-
dicens dixit Non est tibi in pessimis
voluntate meus cecidit et ideo co-
actus est clamare et dicere Illumina oculos
meos ne umquam obdormiam in mor-
te Dan vero loco iudeus in qua est
civitas dei potuerat clamare non deest
qui impleat sed qui iubeat ibi
enim solummodo est erudiens sed non
[illegible] liberans ut per aquam gratiam
[illegible] bonum adiuvans et ideo coactus est
mirare ac dicere non deest qui iubeat
sed qui impleat Optime igitur filius
dei venit quando homo de ignorantia et
impotentia convictus fuit ne si forte an-
te venisset homo meritis suis salutem a-
scriberet Et ideo eius medicina non
esset Tertio [illegible] temporis [illegible]

[illegible] temporis Aug
[illegible] non venit xps [illegible]
[illegible] plenitudo temporis quando
[illegible] illo quod fuit in tempore et venit ubi venit
plenitudo quia venit ille qui nos liberat a p
Liberari autem a peccato venimus ad
illius centrum ubi illius est tempore [illegible] quo
per vincit et morbi universalis cum
cum morbus esset universalis oportunum
fuit universalem adhibere medicinam un-
de dicit quod tunc venit magnus medicus
quando per totum mundum iacebat egrotus un-
de [illegible] in septem antiphonis quas cantamus
ante nativitatem domini attenditur multiplex
seu morbi et ad quodlibet remedium me-
dici salute sunt adventus filii in carnem
eramus ignorantes seu ceci penis et
nos obligati fuimus diaboli mala peccati co-
nuecti vincti tenebris obvoluti ex-
ules a patria et expulsi Ideo quod indi-
gebamus doctore redemptore libe-
ratore eductore illuminatore salvatore
Quia ergo ignorantes eramus ideo ab ipso
doctore indigebamus et ideo [illegible] in prima
antiphona clamamus O sapientia que ex ore
altissimi prodisti veni ad do-
cendum nos viam prudencie sed parum pro-
dest si doceamur et non redimamur et
ideo ab ipso redempcionem postulamus cum in
secunda clamamus O Adonay et dux
[illegible] veni ad liberandum in brachio
extenso Sed quid prodest si essemus
docti et redempti et adhuc per re-
dempcionem [illegible] captivi et ideo
liberari petimus cum in tercia clamamus
O radix iesse veni ad liberandum nos
iam noli tardare Sed quid prodest si essemus
redempti et liberati si tamen non essemus
ab omni vinculo absoluti scilicet ut non essemus
sue potestatis et liberi quo vellet ire non
possumus [illegible] igitur prodest si nos rede-
misset et liberasset si tamen adhuc vin-
ctos teneret et ideo ab omnibus peccati vinculis
educi petimus cum in quarta clamamus

O clauid veni et edu
mo carceris sedentes
umbra mortis. Sed [illegible]
dum in carcere sunt oculos [illegible]
nisi clave videre potest id est absolutos
a carcere restat illuminandos ut videamus
quo ire debemus et ideo in quinta clamamus
O oriens splendor lucis eterne veni
illumina sedentes in tenebris et in umbra
mortis. Sed si essemus docti et ab omnibus
miseriis penitus liberati et illuminati quid
valet nisi debemus saluari et ideo in du-
abus sequentibus saluari petimus cum dicimus
O rex gencium veni et salua hominem quem
de limo formasti. Item O emanuel rex et
saluator noster domine deus noster. In prima autem
petimus salutem gencium ubi dicitur O rex
gencium in secunda salutem iudeorum quibus deus
dederat legem ubi dicitur O emanuel et
rex et legifer noster. Utilitates autem ipsius
aduentus a diuersis sanctis diuersimode assi-
gnantur. Ipse namque dominus sic patet Luce iiii
septem utilitates se venisse et mis-
sum esse testatur dicens Spiritus domini super
me ubi per ordinem se dicit esse mis-
sum ad pauperum consolationem ad contritorum
saluationem ad captiuorum liberationem ad
indoctorum eruditionem et cecorum illumina-
tionem ad peccatorum remissionem et ad meri-
torum retributionem. Augustinus autem ponit tres u-
tilitates sui aduentus dicens In seculo
isto quid abundat nisi nasci laborare
et mori. Hec sunt mercimonia regionis
nostre et ad tales merces ille mercator
descendit et quia omnis mercator dat
et accipit dat quod habet et accipit quod non
habet. Christus in ista mercantia dedit et acce-
pit. Accepit quod hic abundat scilicet nasci
laborare et mori. Dedit renasci resur-
gere et in eternum regnare. Item venit ad nos
celestis negociator accipere contumeliam
et dare honorem subire mortem et dare
vitam haurire ignominiam et dare gloriam.
Gregorius autem ponit quatuor utilitates siue causas

[illegible] tus aspi-
[illegible] Sed
[illegible] incertus
[illegible] obscura
[illegible] tas. Item Christus conpar-
[illegible] dit noua doctis [illegible]
[illegible] facere penam tollendo
[illegible] alias utilitates ponit Ber-
[illegible] miserabiles laborant [illegible]
les sumus ad persequendum [illegible]
opinio sumus ad resist[illegible]
discrecione volumus ut bonum et malum
decipimur si temptamus facere bonum
deficimus si conamur resistere malo suc-
cumbimus necessarius deinde fuit aduentus in
nobis cogitantis per fidem illuminet [illegible]
te mentem et nobiscum manens adiuuet
infirmitatem nostram et pro nobis stans
[illegible] nostram protegat et propugnet [illegible]
Bernardus

Circa secundum aduentum scilicet ad
iudicium duo videnda
sunt scilicet antecedencia iu-
dicium et concomitancia.
Antecedencia sunt tria scilicet signa terribilia
et antichristi fallacia ignis vehemencia.
Signa autem terribilia precedencia iudicium
ponuntur quinque Luce xxi Erunt signa
in sole et luna et stellis et in terris
pressura gencium pre confusione sonitus
maris et fluctuum eius. Ista tria signa
determinantur Apocalipsis vi Sol factus
est niger tanquam saccus cilicinus et luna
facta est sicut sanguis et stelle ceciderunt
super terram. Sol igitur dicitur obscurari quantum
ad sui luminis priuationem ut pater familias
in homine moriente qui lumen videbatur
vel quantum ad maioris lucis et claritatis
scilicet Christi superuentionem vel quantum ad me-
taforicam locutionem quia secundum Augustinum tam
seuera erit diuina vindicta quia eciam ipsam
solem inspicere non audebit vel quantum

BIBLIOTH. UNIV.

[illegible]
rem et
que qua
[illegible]
[illegible] quibus dispone[illegible]
[illegible] offerre se [illegible]
[illegible] fiet
[illegible] ignea
[illegible] surget dns [illegible]
[illegible] ut stelle
[illegible] et ignitas comas
[illegible] qui videbant
ce stelle de celo [illegible] cadet [illegible]
[illegible] tunc sua ut nunc
videmus. De quarto signo quod erit
pessima [illegible] in lege [illegible]
[illegible] Erit tunc tribulacio qualis nunquam
fuit ab inicio mundi. Quintum signum
in conversione maris quando consumatur
[illegible] cum magno fragore
[illegible] a pessima qualitate secundum illud
Apocalipsis xxi° Et mare iam non est
ut dicitur alios [illegible] quod non
sit magno murmure [illegible] cubitis su-
per montes elevabitur et per se dep-
rimet vel ad literam [illegible]
fiet novum et inaudita et mare et
fluctuum [illegible] at in anni-
alibus libris Ebreorum invenit [illegible]
signa precedencia iudicium sed utrum co-
tinue futura sint interpellatim non
expressit. Prima die eriget se mare
[illegible] cubitis super altitudinem moncium stans
in loco suo quasi murus. Secunda die tantum
descendet ut vix possit videri.
Tercia die marine belue apparentes
super mare dabunt mugitus usque ad
celum et eorum mugitum solus deus
intelliget. Quarta die ardebit a-
qua et mare. Quinta die arbores et
herbe dabunt rorem sanguineum in-
[illegible] Quinta die ut alii asserunt omnia
volatilia celi congregabuntur in campis

[illegible]
abundancia [illegible] passim [illegible]
[illegible] Sexto die ruet
[illegible] et sexta die ut dicitur
[illegible] surget ab occasu sol
[illegible] firmamenti usque ad ortum
[illegible] Septima die petre adinvicem
collidentur et in quatuor partes findentur et
una queque pars ut dicitur collidet alteram
nescitur quod sonum illud nisi solus deus. Octava
die fiet generalis terremotus qui [illegible]
erit magnus quod nullus homo et nullum a-
nimal stare poterit sed ad solum omnia
prosternentur. Nona die equabitur terra et
omnes montes et colles in pulverem re-
digentur. Decima die exibunt homines
de cavernis et ibunt velut amentes
nec mutuo sibi loqui poterunt. Undecima
die resurgent ossa mortuorum et sta-
bunt super sepulchra. Omnia enim se-
pulchra ab ortu solis usque ad occasum
aperientur ut in die mortui exire va-
leant. Duodecima die cadent stelle
omnia enim sidera errancia et stacionaria
spargent ex se igneas comas et [illegible]
[illegible] valde generabuntur a sub [illegible] Tercio-
decima die dicitur quod omnia animalia venient
ad campos mugiencia nec gustancia
nec bibencia. Quartodecima die morientur
omnia viventia ut cum mortuis resur-
gerent. Decimaquinta die ardebit
celum et terra. Sedecima die erit
celum novum et terra nova et resur-
gent omnes secundum quod pertinet iudicium.
Erit autem [illegible] fallacia ipse enim decipe-
re omnes quos [illegible] conabitur primo per
calliditatem suasionis sive [illegible]
fallaciam seu [illegible] [illegible]
[illegible] eum persuadere et quod sequitur for-
mare se esse in lege promissum ut
legem Christi destruet et suam statuet
Unde [illegible] legislatorem scri-
ptum est ut sciat [illegible] in antiquum legis pre-
latorem. Daniel xi° Et dabit deso-
lacionem et abhominacionem [illegible] te-
plo [illegible] in templo sedebit qui

[illegible] dcq ut leges [illegible] malactorum operatorum [illegible] Cuius adventus erit [illegible] in omnibus urbibus et [illegible] dignis et mediatijs. Apostolus [illegible] fecit signum ut etiam ignem faciet de celo in terram descendere. Glosa. Antichristus deceptis multa donabit et terram suis complicibus dividet. Quos enim suo terrore subiugare non poterit avaricia subiugabit. Tercio per tormentorum illatorum. Daniel viii°. Super quam credi potest universa vastabit. Iste Gregorius de antichristo loquens: Robustos quos invenerit eius cor a mente dicti sui corporalis vincet. Quartum quod precedet iudicium erit ignis vehementie qui quidem precedet faciem iudicis. Unde ps. Ignis ante ipsum precedet. Illud enim ignem deus emittet primo propter innovacionem: purgabit enim et renovabit omnia elementa. Unde ad instar aque diluvii xv cubitis omnibus montibus altior erit, sicut dicitur in hystoria scolastica, quia opera hominum tantum ascendere poterant. Secundo propter hominum purgacionem, quia illis qui tunc vivi reperientur erit loco purgatorii. Tercio propter maiorem dampnatorum cruciatum, ut quidquid se contulerit tunc accipiant de tormentis. Quarto propter maiorem sanctorum illuminacionem. Nam secundum Basilium deus facta mundi purgacione dividet calorem a splendore et totum calorem mittet ad regionem dampnatorum ut amplius crucientur, et totum splendorem ad regionem sanctorum ut amplius iocundentur. Concomitancia autem iudicium erunt plura. Primum erit discrecio. Iudex enim in vallem Iozaphat descendet et bonos a dextris et malos a sinistris statuet. Et credendum est in loco eminenti eum futurum, unde ceteri poterunt eum videre. Nec intelligendum est quod omnes intra illam vallicul am concludentur, quia hoc est puerile, ut dicit Ieronimus, sed erunt et in locis circumiacentibus. In terra autem tam innumerabilia multa hominum

[illegible] omnes super se plangent [illegible] Iudei super quem videntes vivere et [illegible] quem quidem hominem mortuum esse convincentes se corpore [illegible] iudicium denegare non poterunt. Plangent super se et gentiles qui nimis disputacionibus philosophorum decepti irracionabilem stulticiam putaverunt deum et christum [illegible]. Plangent super se dampnati peccatores qui magis dilexerunt mundum quam Christum. Plangent super se heretici qui hominem christum esse dixerunt cum videbunt ipsum iudicem in quem deliquerunt iudicii. Plangent super se omnes reprobi tribus de causis: quia nec resistendi virtus est contra eum nec fugiendi facultas ante faciem eius nec penitencie locus nec satisfactionis tempus. Unde ex angustia omnium rerum nichil eis remanet. Secundum est differencia ordinum. Sicut dicit Gregorius in iudicio quattuor erunt ordines, duo ex parte reproborum et duo ex parte electorum. Alii enim iudicantur et pereunt, quibus dicetur: esurivi et non dedistis mihi manducare. Alii non iudicantur et pereunt, sicut illi de quibus dicitur: qui non credit iam iudicatus est, qui nec iudicis verba perceperunt qui eius fidem nec verbotenus servare voluerunt. Alii iudicantur et regnant, sicut hii de quibus dicetur: esurivi et dedistis mihi manducare. Alii non iudicantur et regnant, sicut viri perfecti qui alios iudicabunt, non quod sentenciam ferent, quia Christus solus iudex erit, sed dicuntur iudicare in iudicanti assistere. Et illa assistencia erit primo ad sanctorum honorem. Magnus enim honor erit cum iudice sessionem habere. Unde Mt. xix quod repromisit dominus dicens: sedebitis super sedes xii. Secundo ad sentencie confirmacionem. Sentenciam

[illegible]
[illegible] e insignita passio
[illegible] i corpore [illegible]
[illegible] vincule
[illegible] i [illegible] glo[illegible]
[illegible] vn dr Cris st [illegible]
[illegible] fratis erit luci
[illegible] quia sit vtg [illegible]
[illegible] et no dabit luna lu[illegible]
[illegible] amen erit luna eit
[illegible] et sole preclarior Ego
[illegible] sue nunc ut ego qr ondit
[illegible] bonu sit saluadi
[illegible] sue iusticie vt ego
[illegible] qui iustissime reprobi sint
[illegible] qr si tantu preciu sui
sanguinis contempserit. vn i [illegible] vo
cos exprobrabit vt dr Cris sic dicens
[illegible] Ego ipe vos feci sum homi
nes vos alligatu et delusu et cesu
et crucifixu vbi est tantarum iniuriarum
iniuriarum mearum fructus ecce preciu
sanguinis mei quod dedi pro te
demptione aiarum vestrarum vbi e fructus
vr que in pro precio sanguinis mei
dedisti ego sr gloriam meam vos ha
bui ad esse deus apparui ho et
viliorem me oibus rebus vris fecisti
nam omnem rem vilissimam terre amplius
dilexisti quam iusticiam meam et fidem
Hec Cris Artitudo e securitas iudicantis
no enim flectetur timore qr omnipotens
e Cris In resistendi virtus tot cu
3 nec munere flectetur qr ditissimus
est Bernardus Veniet dies illa i qua
plus valebunt pura corda quam astu
ta vba et conscia bona quam marsu
bia plena. ille e qui no fallet
vbis nec flectetur donis Aug Expe
ctatur dies iudicii et aderit ille

[illegible]
[illegible] palliatio aliq
[illegible] vel abbas vel
[illegible] poterit ib odio quia
[illegible] eo enim qr optimus & odiu
i eu cadere no pt Sapie primo Iniqui
[illegible] corporis nec amore qr iustissimus est
vn eccl fres suos i falsos cauos no
liberabit Homo frater no redimet Item
nec errore qr sapientissimus e Illos ipsa
ista e scientia summi iudicis iste e tremen
dus aspectus cui prorsum e omne solidum
et apertu e omne secretu cui obscura
clarent. muta respondent. silencia confitentur
et sine voce mea loquitur. et io Cuius sapientia
sit talis et tanta ut qr ipsius sapientiam
nichil valebit allegaciones advocatorum
nec sophismata philosophorum nec preclarissima
eloquia oratorum nec astucia versutorum
De quibus quatuor sit dr Jeronimus Quia illic
elingues et muti feliciores loquacibus
erunt quo ad primum. quia pastores philo
sophis quo ad secundum. quia ebetes acutis phe
redi sunt quo ad tertium Quartum est accu
satio horribilis tres enim accusatores con
peccatores tunc stabunt. Primus est diabolus
Aug Presto erit diabolus tunc recitans
vba professionis me et obiciens nobis
quicquid fecimus et i quo loco et
i quo hora peccavimus et quid boni
tunc temporis facere debuimus. dicturus e enim
ille adversarius equissime iudex iudica
istum meum esse ob culpam qui tuus noluit
esse per gratiam tuus e per naturam meus per
miseriam tuus e ob passionem meus est
ob suasionem tibi inobediens mihi obediens
a te recepit immortalitatis stolam a me
accepit hanc pannosam qua indutus e tu
nicam tuam veste dimisit cum mea huc
venit equissime iudex iudica illum meum
esse et mecum damnatum esse Heu heu po
terit ne talis aperire os suum qui talis in
veniet ut iuste cum diabolo dampnetur
Hec Aug Secundus accusator erit proprium scelus
peccata enim ipsa unumquemque accusabunt
Sapie iiijo Venient i cogitacione peccatorum

[illegible] cogitationes eorum. Aug. Aut loquetur simul dicet opera dicet: An nos egisti, opera tua sumus, non te deseruimus. Jeronymus. Celum enim et terra ad iudicium proclamabit quia et multiplicibus criminibus eum accusabunt. Demon accusator erit totus in dus. Greg. Si querit quis te accusabit, dico quod totus mundus. Crisostomus super Math. In illa die nichil est quid indicamus celum et terra sol et luna aqua et ignis dies et noctes et totus mundus stabunt adversus nos in testimonium peccatorum nostrorum et si omnia taceret ipse cogitationes nostre et opera nostra stabunt adversum nos ante deum nos facient accusantes. Sextum est testis testis infallibilis tres enim testes contra se habebit peccator unum super se scilicet deum qui erit iudex et testis. Jeremie xxix. Ego sum iudex et testis dicit dominus. Aliud intra se scilicet consciencia. Aug. Accusans futurum iudicium timet punitur consciencia corrige. Primo enim cause sue testimonium est consciencie. Tercium iuxta se scilicet proprium angelum sibi ad custodiam deputatum qui tamquam conscius omnium que fecit contra eum testimonium perhibebit. Job xx. Revelabunt celi id est angeli iniquitatem eius. Septimum est accusatio peccatorum de quo sic dicit Greg. O quam anguste erunt tunc vie reprobis superius erit iudex iratus inferius horrendum chaos a dextris peccata accusantia a sinistris infinita demonia ad supplicium trahencia intus consciencia urens foris mundus ardens miser peccator sic deprehensus quo fugiet latere enim erit impossibile apparere intollerabile. Octavum est sententia irrevocabilis quia enim sententia numquam poterit revocari nec ab illa poterit appellari. Triplici enim de causa appellacio in causis iudicialibus non recipitur. Primo propter iudicis excellenciam unde a rege ferentes sententiam non potest appellari in regno suo quia nullum super se habet similiter nec ab imperatore ut ipsa potest appellari. Secundo propter criminis evidenciam quia quando crimen notorium est appellari non potest. Tercio propter rei non differendam [illegible] ille nullum super se h[illegible] cuius eminencie dignitate et potestate. Unde ab imperatore licet ipsa posset aliquo modo appellari ad deum a deo autem ad nullum quia nullum super se habet. Secundo propter sceleris evidenciam omnia enim scelera et crimina reproborum ibidem erunt nota et manifesta. Sedulius. Aderit dies illa in qua facta nostra quasi in quadam tabula demonstrabuntur. Tercio propter rei non differendam nichil enim quod ibi agitur dilacionem patitur sed omnia in momento in ictu oculi peraguntur.

Andreas interpretatur decorus respondens vel virilis ab andros quod est vir vel andreas dicitur antropos quasi conversus sursum ab ana quod est sursum et tropos conversio quia sursum ad celestia conversus et ad suum creatorem erectus fuit. Erit enim decorus in vita respondens in sapiencia doctrina virilis in pena et antropos in gloria. Eius passionem presbiteri et diaconi Achaie scripserunt sicut oculis suis viderunt conscripserunt.

Andreas et quidam alii discipuli tribus vicibus sunt a domino vocati. Primo enim vocavit eos ad sui noticiam. Fertur quod quadam Andreas die quando ad Johanne magistro suo et alio discipulo audivit a Johanne: Ecce agnus dei, et statim cum alio discipulo venit et vidit ubi manebat Christus et mansit apud illum die illo inveniensque Andreas fratrem suum Symonem adduxit illum ad Jesum. Sequenti autem die ad piscacionem operacionem redierunt. Postquam modicum secundo vocavit eos ad sui familiaritatem. Sicut [illegible] Iacobum [illegible] in navi [illegible] fratrem eius et iterum eos per [illegible] in ea barca et piscium [illegible] eos ad suum discipulatum. Sic enim ambularet Iesus iuxta litus vocavit eos dicens: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Qui continuo relictis omnibus secuti sunt eum et semper postmodum adheserunt nec ultra ad propria redierunt. Et vocavit dominus quarto [illegible] ad se quos voluit ipse.

Post ascensionem domini Andreas apud Scythiam, Mattheus vero apud Burgundiam predicavit. Illi autem predicationem Matthei penitus respuentes ei oculos eruerunt et vinculis mancipaverunt post paucos dies eum occidere disponentes. Interea angelus domini sancto Andree apparuit et Burgundiam ad sanctum Mattheum ire precepit. Quo respondente se viam nescire iussit angelus ut ad ripam maris iret et primam navim quam inveniret intraret. Quod velociter complens iussa ad urbem predictam pervenit angelo duce et prospero vento flante, et invento apostolo carcere sancti Matthee eo quod viso flevit plurimum et oravit. Tunc dominus Mattheo reddidit binarum luminum quibus eum privaverat nequitia peccatorum. Mattheus autem abinde secessit et Antiochiam pervenit. Andrea autem in Burgundia remanente irati illi de evasione Matthei Andream apprehenderunt et per plateas ligatis manibus traxerunt ita ut eius sanguis efflueret. Pro eis oravit et ad Christum sua oratione eos convertit et in Antiochiam profectus est. Hoc autem quod dicitur de huiusmodi orbatione Matthei et restitutione binorum luminum per Andream non puto dignum fide ne im

[illegible] fama [illegible] qui filio suo [illegible] omne quod Andreas [illegible] impetravit.

Quidam iuvenis [illegible] invitis parentibus apostolo adhesit. Parentes eius domum in qua [illegible] ad apostolo succenderunt. Cumque iam in altum flamma succresceret, puer accepta ampulla super ignem sparsit et statim ignis extinxit. Illis autem dicentibus: Filius noster magus effectus est. Cumque per scalas vellet ascendere adeo sunt excecati ut scalas penitus non viderent. Quidam autem clamabat: Ut quid vos casso labore consumitis? Deus enim pugnat pro eis et vos non videtis. Cessate iam ne in vos ira dei descendat. Multi ergo hec videntes domino crediderunt. Parentes vero eius post quinquaginta dies mortui in uno monumento sunt positi.

Quedam mulier cuidam homicide cum ad partum non posset sorori sue dixit: Vade et pro me Dianam dominam meam invoca. Cum invocaret, ait dyabolus: Cur me invocas cum tibi prodesse non possum? Sed vade ad Andream apostolum qui sororem tuam possit adiuvare. Ad quem illa iuit et sororem suam parturientem ad apostolum duxit. Dixit ei apostolus: Recte hoc pateris quia male nupsisti, dolose concepisti, demones consuluisti. Sed tamen penitere debes et in Christum credere et puerum proicere. Qua credente abortivum protulit et dolor cessavit.

Senex quidam nomine Nicolaus adiit apostolum dicens: Domine, ecce LXX anni vite mee in quibus semper luxurie servivi. Accepi enim aliquando ewangelium orans deum ut michi continentiam largiretur, sed in isto peccato inveteratus et a mala concupiscentia illectus statim ad opus solitum revertebar. Quadam autem vice concupiscentia inflammatus oblitus ewangelium quod super me posueram ad lupanar ivi statimque meretrix dixit: Egredere senex, egredere, quia angelus dei es, tu neque me contingas neque huc accedas, pressuras video enim super te mirabilia. Stupefactus ad verba meretricis recolui quod ewangelium meo detulissem. At [illegible] salute mea tua pia oratio intercedat. Audiens beatus Andreas flere cepit et a tertia hora usque ad nonam oravit et surgens noluit comedere sed ait: Non comedam donec sciam si deus miserebitur huius senis. Cumque diebus quinque ieiunasset, venit vox ad Andream dicens: Andrea, obtines pro sene, sed sicut ieiuniis macerasti te, sic et ipse se affligat ieiuniis ut salvetur. Sic quoque fecit et sex mensibus in pane et aqua ieiunavit et postmodum plenus bonis operibus in pace quievit. Venit igitur vox ad Andream: Per orationem tuam Nicolaum quem perdideram acquisivi.

Christianus quidam iuvenis secretius nomine sancto Andree dixit: Mater mea pulchritudinem meam videns de opere me illicito attemptavit, cui cum nullatenus assentirem, iudicem adiit volens in me tanti criminis facinus retorquere. Sed ora pro me ne moriar tam iniuste, nam et accusatus penitus loqui non valebo, malens vitam perdere quam matrem meam tam turpiter infamare. Iuvenis igitur ad iudicium vocatur et illic eum Andreas prosequitur. Accusat constanter mater filium quod ipsam voluit violare. Interrogatus pluries iuvenis an res taliter se haberet tacet, mater penitus invalebat. Tunc Andreas matri dixit: O crudelissima feminarum, que per tuam libidinem unicum filium tuum vis perire. Tunc preposito mater dixit: Domine, hic homo filius meus adhesit postquam quod voluit agere, sed nequivit. Prepositus itaque iudex iussit puerum in saccum mitti et in flumine proici, Andream vero in carcere reservari donec excogitaret supplicium quo periret. Sed orante Andrea tonitruum terribile omnes terruit et terre motus ingens cunctos prostravit et mulier a fulmine percussa et arefacta corruit. Orantibus autem ceteris apostolum ne perirent, oravit pro eis et omnia cessaverunt. Tunc prepositus credidit et domus eius tota.

Cum autem apostolus esset in civitate Nicena, dixerunt ei cives quod extra civitatem iuxta viam septem [illegible] ipsos tam venerantur [illegible] ret si nulli homini [illegible] stare [illegible] nocuerit illi at [illegible] sit ipsi acciperent. Et cum venisset ad portam alterius civitatis, ecce quendam iuvenem mortuum efferebant. Querente apostolo quid ei accidisset, dictum est ei quod septem canes venerunt et eum in cubiculo necaverunt. Et lacrimatus apostolus: Scio, domine, quod fuerunt quos a Nicena urbe expulisti. Dixitque patri: Quid mihi dabis si suscitavero filium tuum? Cui ille: Nihil carius eo possideo, ipsum igitur tibi do. Et facta oratione surrexit et apostolo adhesit.

Cum quidam viri numero XL ad apostolum navigio venirent ut ab eo fidei doctrinam acciperent, ecce a diabolo mare concitatur et omnes pariter submerserunt. Cumque corpora eorum ad litus delata fuissent, ante apostolum apportata et ab eo continuo suscitata, qui omnia que eis acciderant narraverunt. Unde in quodam hymno ipsius canitur: Et quadrigenos iuvenes summersos maris fluctibus vite reddidit usibus.

Beatus igitur Andreas in Achaia consistens totam ecclesiis implevit ac populos ad fidem Christi convertit, uxorem Egee proconsulis fidem Christi docuit et sacro fonte baptismatis regeneravit. Audiens hoc Egeas Patras civitatem ingreditur, compellens christianos ad sacrificia ydolorum. Cui occurrens beatus Andreas dixit: Oportebat ut tu qui iudex hominum esse meruisti, iudicem tuum qui in celis est cognosceres et agnitum coleres, colendo animum tuum a falsis diis revocares. Cui Egeas: Tu es Andreas qui superstitiosam sectam predicas, quam Romani principes exterminari iusserunt? Ad quem Andreas: Romani principes nondum cognoverunt quomodo Dei filius veniens docuit ydola ista esse demonia pessima, que hoc docent homines ut offendant Deum, ut offensus ab eis avertatur et aversus exaudiat et non exaudiendo [illegible] in Egeas [illegible] [illegible] Ait pro reparatione humana [illegible] ipsum sic crucis patibulum suscepisse. Cui Egeas dixit: Cum a suis proditus fuerit et a Iudeis tentus et a militibus crucifixus, quomodo tu dicis eum sponte subisse crucis supplicium? Tunc Andreas quinque modis cepit ostendere ipsum voluntarie passum fuisse: ex eo quod passionem suam previdit et discipulis suis predixit: ecce inquit ascendimus Jerosolimam; et ex eo quod Petro cum ab hoc abhorreret dure increpans dixit: Vade retro Sathanas; ex eo quod virtutem sibi patiendi et resurgendi se potestatem habere manifestavit dicens: Potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam; et ex eo quod proditorem suum precognovit, cum panem intinctum ei dedit, nec tamen eum vitavit; et ex eo quod locum in quem proditorem venturum sciebat elegit. Et his omnibus se interfuisse asseruit. Addidit quoque Andreas quod misterium crucis magnum erat. Cui Egeas: Misterium dici non potest sed supplicium; verumtamen nisi dictis meis obtemperaveris, ipsum misterium crucis faciam in te comprobari. Cui Andreas: Si crucis patibulum expavescerem, crucis gloriam non predicarem. Audire autem te volo misterium, si forte credas ut salveris. Tunc cepit ei misterium crucis pandere et quam congruum et necessarium fuit quinque rationibus persuadere. Prima ratio est quia cum primus homo per lignum mortem intulit prevaricando, congruum fuit ut secundus homo morte per lignum pelleret patiendo. Secunda quia de immaculata terra factus fuerat prevaricator, congruum fuit ut de immaculata virgine nasceretur reconciliator. Tertia quia Adam ad cibum vetitum incontinenter manus extenderat, congruum fuit ut secundus Adam in cruce immaculatas manus [illegible] ut qui Adam cibum [illegible] [illegible] gustaverat fuit congruum [illegible] ut contraria pellerent contrario ut Christus [illegible] potaretur. Quinta ad hoc quia [illegible] immortalitatem conferret, congruum fuit ut nostram sibi mortalitatem assumeret. Nam cum Deus factus fuisset mortalis, homo non fuisset factus immortalis. Ad hec Egeas dixit: Hec vana tuis narra et iam obtempera diis omnipotentibus sacrificare. Cui Andreas: Omnipotenti Deo agnum immaculatum quotidie offero, qui postquam a toto populo comestus fuerit, vivus et integer perseverat. Egea querente quomodo fieret, respondit ut formam acciperet discipuli. Dixit: Ad tormenta congrua a te huius rei noticiam [illegible]. Iratus quoque iussit eum in carcere recludi. Mane facto tribunali sistitur et ad sacrificium ydolorum Egeas iterum invitat: Nisi mihi obtemperaveris, in istam quam laudasti crucem faciam te suspendi. Cumque ei multa supplicia minaretur, dixit: Quicquid tibi videtur in suppliciis maius excogita; tanto enim regi meo ero acceptior quanto fuero pro nomine eius in tormentis constantior. Tunc iussit eum xxi hominibus cedi et cesum manibus et pedibus cruci alligari, ut sic longiorem acciperet cruciatum. Cumque duceretur ad supplicium, factus est concursus populorum dicentium: Innocens sanguis eius sine causa dampnatur. Quos tamen rogavit apostolus ne suum martirium impedirent. Videns autem Andreas a longe crucem salutavit eam dicens: Salve crux que in corpore Christi dedicata es et ex membris eius tanquam margaritis ornata. Et quidem antequam ascenderet in te dominus, timorem terrenum habuisti; modo vero amorem celestium obtines et pro voto susciperis. Securus igitur et gaudens venio ad te, ita ut et tu exultans suscipias me discipulum eius qui pependit in te, quia amator tuus semper fui et desideravi semper amplecti te. O bona crux que decorem et pulcritudinem de membris domini suscepisti diu [illegible] sollicite amata sine intermissione quaesita et aliquando cupienti animo praeparata, accipe me ab hominibus et redde me magistro meo, ut per te me recipiat qui per te me redemit. Et haec dicens se exspoliavit et vestimenta carnificibus tradidit. Sic ergo eum in cruce, ut iussum fuerat, suspenderunt, in qua biduo vivens viginti milibus hominum astantium praedicavit. Tunc minante turba Aegeae mortem et dicente virum sanctum mansuetum et pium ita non debere pati, venit Aegeas ut ipsum deponeret. Quem videns Andreas dixit: Ad quid tu venisti, Aegea? Si pro paenitentia, ut ipsam consequeris; si autem ut me deponeres, scias quod ego vivus de cruce non descendam. Iam enim video regem meum qui me exspectat. Et cum vellent eum solvere, nullus eum poterat attingere, sed ipsorum statim quasi brachia stupefacta seu constricta reddebantur. Videns autem Andreas quod plebs vellet eum deponere, hanc orationem in cruce fecit, ut dicit Augustinus in libro de paenitentia: Non me permittas, Domine, descendere vivum, sed tempus est ut commendes terrae corpus meum. Tam diu enim illud iam portavi, tam diu vigilavi et laboravi, quod vellem iam ab ipsius obedientia liberari et ipso gravissimo onere exspoliari. Recordor quantum importabili ~~[illegible]~~ in eo sustinendo, in domando superbum, in fovendo infirmum, in cohercendo lubricum laboravi. Scis, Domine, quotiens a puritate contemplationis retrahere me intendebat, quotiens a dulcissime quietis somno me excitare attemptabat, quantum et quotiens dolorem ingerebat. Qui igitur tam diu, pater benignissime, pugnanti restiti et tua ope superavi, et nunc a te pio et iusto remuneratore posco ne mihi ultra id commendes, sed depositum reddo. Commenda, non impedias me, et resurrectioni servet et reddat, ut ipse quoque fructum sui laboris recipiat. Terrae illud commenda, ut me amplius

[illegible] [illegible] ut in[illegible] [illegible]t. Hec dicens splendor nimius de caelo veniens fere media hora eum circumdedit, ita ut nullus eum videre posset, et recedente lumine spiritum tradidit pergens ad dominum. Maximilla vero uxor Aegeae tulit corpus apostoli et honorifice sepelivit. Aegeas vero antequam domum venisset a daemone in via arreptus coram omnibus inspirabiliter expiravit. Dicitur quod de sepulcro sancti Andreae manna in modum farinae et oleum cum odore suavissimo emanat, a quo quod sit anni fertilitas incolis regionis ostenditur. Nam si exigue profluit, exiguum terra exhibet fructum; si copiose, copiosum. Hoc forte antiquitus verum fuit, sed modo [illegible] eius apud Constantinopolim translatum esse perhibetur.

Episcopus quidam religiosam agens vitam beatum Andream inter ceteros sanctos et super ceteros sanctos habebat in veneratione, ita quod in cunctis suis operibus hunc titulum praeponebat: Ad honorem omnipotentis Dei et sancti Andreae. Invidens igitur vero sancto antiquus hostis ad eum decipiendum tota calliditate se contulit, se quod in formam mulieris pulcherrimae transformavit. Venit igitur ad palacium episcopi asserens se confiteri velle. Cui mandat episcopus ut suo penitenciario confiteatur, cui plenitudinem commiserat potestatis. Renunciat illa quod nulli hominum nisi sibi secreta sue confessionis revelabit. Sic ergo victus episcopus eam ad se venire praecepit. Cui illa: Obsecro, domine, miserere mei; ego enim in annis puellaribus, ut cernitis, constituta et a pueritia deliciis enutrita nimium et regia stirpe progenita huc in peregrino habitu sola veni. Nam pater meus rex utique valde potens cuidam magno principi in coniugium me volebat sociare, cui respondi quod omnem thorum abhominarer maritalem, quia virginitatem meam Christo in perpetuum dedicavi, et ideo numquam possum in carnalem copulam assentire. Denique sic coartata quod oportebat [illegible] me [illegible] qui me [illegible] sponsum adeo fidem [illegible] vite sanctitatis promissam [illegible] peregrinus confugi sperans me apud vos locum invenire quietis ubi possim contemplacionis secreta silencia [illegible] vite mundane naufragia et perturbaciones mundi fugere. [illegible] admiratus tam episcopus nobilitatem generis pulchritudinemque corporis tam immensum fervorem et tante eloquencie venustatem placida et benigna voce inquit: Esto secura filia ne formides quia ille ob cuius amore te et tua [illegible] contempsisti tibi ob hoc et in presenti cumulum gratie et in futuro plenitudinem glorie largietur. Et ego servus eius me et mea tibi offero, eligas tibi ubi tibi placuerit mansionem. Volo autem ut mecum hodie prandere debeas. Cui illa: Noli inquit pater noli de hac re me rogare ne forte ex hoc aliqua mala suspicio proveniat et nitor vestre fame benignitatisque depereat. Ad quam episcopus dixit: Plures erimus et non soli, ideo nullum suspicionis male scrupulum in aliquo oportebit generari. Venientes itaque ad mensam episcopus et illa ex opposito consederunt, ceteris residentibus hinc et inde. Intendit in eam crebro episcopus eius quod faciem non desinit intueri et pulchritudinem admirari sic quod dum oculus figitur animus sauciatur. Et dum eius faciem non desinit intueri antiquus hostis cor eius tam gravi iaculo vulneravit. Videns hoc ipse diabolus et pulchritudinem suam cepit magis ac magis augere ita quod episcopus promptus erat consensui ut eam de illicito opere attemptaret cum possibilitas se offerret. Tunc subito quidam peregrinus venit ad hostium crebris ictibus et magnis clamoribus sibi postulans aperiri. Cumque sibi aperire nollet et ille ictibus instaret ut nimis oportunus, interrogavit episcopus mulierem si ingressum [illegible] concederet. Cui illa dixit: Proponatur sibi aliqua questio gravis quam si solvere sciverit admittatur, si autem nescierit tamquam rudis et indignus ab episcopi mensa [illegible] presencia repellatur. Placuit cunctis ista sententia et quis sufficiens esset hanc questionem proponere. Cumque nullus sufficiens inveniretur, episcopus dixit: Quis enim nostrum tam sufficiens ad hoc est quam vos o domina que ceteros nos et eloquencia preceditis. Vos igitur proponite hanc questionem. Tunc illa dixit: Interrogetur quod est maius miraculum quod deus in parva re fecit. Interrogatus de hoc peregrinus per nuncios: Diversitas et excellencia faciei, in tot enim hominibus qui fuerunt ab inicio mundi usque in finem duo reperiri non possunt quorum facies per omnia similes essent. In ipsa quoque minima facie deus omnes sensus corporis collocavit. Audientes omnes eius responsionem admirantes dixerunt: Vera et optima est questionis solucio. Tunc mulier ait: Proponatur ei secunda questio gravior in qua melius cognosci possimus eius sapientiam. Queratur ab eo ubi terra altior sit omni celo. Percunctatus de hoc peregrinus respondit: In celo empirico ubi residet corpus Christi. Corpus enim Christi quod est altius omni celo est de nostra carne formatum. Porro caro nostra quedam terra substancialiter est. Cum ergo corpus Christi super omnes celos sit et de nostra carne originem duxerit, caro autem nostra de terra sit condita, constat quod ubi corpus Christi residet ibi procul dubio terra altior celo manet. Refert nuncius quod dixit peregrinus et cuncti omnes responsiones eius mirabiliter approbabant et magnifice eius sapientiam laudabant. Tunc iterum illa dixit: Fiat sibi tercia questio gravissima et occulta ad solvendum difficilis et obscura ut sic tercio eius sapientia probetur et dignus sit qui merito ad mensam episcopi admittatur. Queratur igitur ab eo quantum spacium sit a terra usque ad celum. De hoc peregrinus nuncio dixit: Vade ad eum qui te ad me misit ad me et ve[illegible] ipsum enim melius quam me novit et ipso melius tibi de hoc iudicabit. Nam ipse illud spatium mensuravit quando de celo in abyssum cecidit. Ego autem numquam cecidi et illud spatium numquam taliter mensuravi. Non enim est mulier sed diabolus qui se posuit in similitudine mulieris. Audiens hoc nuncius vehementer expavit et ea que audierat coram omnibus recitavit. Admirantibus itaque hominibus et stupentibus antiquus hostis de medio evanuit. Episcopus autem rediens ad se amare redarguit se ipsum et de perpetrata culpa veniam lamentabiliter postulabat. Misit quoque nuncium ut peregrinum introduceret sed nequaquam amplius inveniebatur. Tunc episcopus populum convocavit et eis exposuit vere evidentiam rerum geste rei. Precepit quod ut omnes ieiuniis et orationibus insisterent ut si forte alicui dignaretur revelare quisnam ille peregrinus fuit qui eum a tanto periculo liberavit. Revelatum est autem illa nocte episcopo quod beatus Andreas fuit qui pro liberatione episcopi se posuit in habitu peregrini. Cepit igitur episcopus in devotione beati Andree magis crescere ac eum quam inde in reverentia plus habere.

Cum prepositus cuiusdam civitatis agrum sancti Andree abstulisset et ob hoc gravissimis febribus orante episcopo fuisset correptus, ille episcopum oravit ut pro se oraret et agrum sibi redderet. Sed cum orante episcopo sanitatem recepisset agrum iterum usurpavit. Tunc episcopus orationi se dedit et omnes lampades ecclesie fregit dicens: Hoc lumine non accendatur donec dominus de inimico suo se vindicet et ecclesia agros quos amisit recuperet. Et ecce prepositus ~~gravissimis~~ gravissimis iterum febribus laboravit misitque per nuncios episcopo ut pro se oraret et agrum ~~sibi~~ similem suum aliud sibi redderet. Cui episcopus mandet: Iam oravi et exaudivit me dominus Deus meus. Ipse ad eum portari se fecit et ut ecclesiam

cegit episcopus autem ec[illegible] ille subito mortuus est et ag[illegible] ecclesie restituit.

Sanctus Eligius fuit Lemovicensis patre Eygenio matre Terrigia natus. Quem cum mater haberet in utero vidit aquilam in somno volantem super lectum suum et se ter inclinantem et ei nescio quid promittentem. Que cum ex voce aquile evigilasset perterrita nimis cepit cogitare de somnio quid hoc esset. Atque postea in partu periclitaretur, mandavit ad quendam virum sanctum ut veniret et oraret pro ea. Qui cum venisset ait illi: Ne timeas mulier quia puer iste sanctus erit et magnus in ecclesia sancta Dei. Cum autem esset iuvenis fecit pater suus ab aurifabris eum erudiri et cum iam sciret totam artem in Franciam venit et cuidam aurifici qui faciebat regis opera se commisit. Quodam tempore cum rex perquireret qui sibi sellam de auro et argento et gemmis pulcherrimam faceret, indicit ei magister Eligium se invenisse artificem qui optime regi faceret quicquid vellet. Et accipiens a rege auri massam magnam tradidit Eligio qui ex eodem pondere sellas duas pulcherrimas fecit et deferens unam regi et alteram penes retinuit. De qua dum omnes mirarentur rex eum copiose remuneravit. Tunc Eligius alteram protulit et regi presentavit dicens quod de auro residuo hanc fecisset. Et rex stupefactus quesivit quo casu ex eodem pondere facere potuisset tam bene magister. Et ex hoc incepit fama sancti Eligii in aula regis crescere. Ipse autem Eligius intantum pauperes diligebat quod quicquid poterat usque ad nuditatem eis erogabat. Qui intantum eum diligebant quod eum sequebantur

[illegible] Eligius
[illegible] pauperibus mittere
et cum q[illegible] die de propria manu ele-
mosinam [illegible] et unus eorum claudicans
ipse manum aliam ad elemosinam pro-
tendit. Cui inquit Eligius alteram protendis
qui eam [illegible] contraxisset cepit eam pre-
mere et conuertit et sic eam oleo vngue-
bat et cum omnes laudarent illud pulcro
se [illegible] putauit magis ut elemosinam
sibi [illegible] impetraverit. Quadam die
die cum aurum suum [illegible] totum
pauperibus erogasset [illegible] venientibus aliis
pauperibus [illegible] quod eis daret v-
nam marcam auri quam a quodam vicino
suo accomodauerat erogauit et post
modum venientibus aliis non reminiscens
Eligius quod prius fecerat iuit ad bur-
sam suam quam prius sollicite scru-
tatus fuerat et nichil inveniat et hic
inveniat marcam auri et laudans deum
pauperibus erogauit. Cum ergo diu fuisset
in curia regis et dilectus esset ab omnibus
abstulit eum rex ab aurificio et magisterio
suo et fecit eum episcopum Nouiomensem
qui vir sanctissimus erat et sapiens in
omnibus. Et cum esset in diocesi longi-
tempus eius quidam presbiter nimis in-
famis erat. Tunc cum sepius Eligius
frequenter corriperet et ad confessionem mo-
dis omnibus inuitasset ille presbiter crimen
suum semper detegebat. Tunc Eligius
videns quod nichil proficiebat ipsum ex-
communicauit et quousque quousque publi-
ce peniteret nullo modo celebrare presumeret.
Presbiter vero negligens et episcopi sentenciam
paruipendens post aliquot dies cum vellet
celebrare et altari assisteret statim ad
terram cecidit et expirauit. Multa autem
miracula alia in vita sua fecit et ad-
huc facit. Mortuus est autem anno vite
sue lxx°. quo revoluto eum de loco
suo transferrent ita pulcrum et incor-
ruptum inventum est ut ipse vixisse putaretur.

[illegible] eius et impo-
[illegible] modo mane accepisse
[illegible] videbantur

Temporibus imperatoris
Maximiani erat
quidam satrapas nomine
Dioscorus dives
valde et paganus colens ydola. Hu-
ius filia unica nomine Barbara. Fecit
eam pater turrim sublimem ibique re-
clusit eam ita ut non videretur ab ho-
minibus propter eminentem pulcritudinem eius.
Locuti sunt autem de optimatibus mul-
ti patri eius ut virum sibi acciperet.
Ipse vero ascendens in turrim persuadebat
ei dicens: Filia mea quidam de pote-
statibus commemorati sunt mihi de te
ut accipiant te in coniugium. Quid ergo
velis de hoc facere indica michi. Ipsa
vero [illegible] eum ad iram duxit. Ne cogas
me [illegible] pater. Ipse vero discessit
ab ea. Instituerat enim multitudinem arti-
ficum pro ordinatione unius templi
ydolorum. Ordinans quod ita perficeret
in regionem longinquam et tribuens
singulis propriam mercedem et profectus
est. Beata vero Barbara sepius descendens
ut opus videret maxime
propter amenitatem fontis in quo fuit
baptizata. Et dum reuertebatur ad turrim
maledicebat ydolis patris sui con-
spuens in ea. Et iterum descendens ad
fontem fecit in eo signum sancte crucis salutis
eterne quod permanebat usque hodie
in memoriam eius. Ubi deus multas
virtutes per merita beate Barbare ostendit.
Ipsa autem meditabatur in lege domini die
ac nocte vacans lectioni et orationi.
Et dum cresceret opus terme et artifi-
ces duas fenestras ad aquilonem
erigerent rogavit ut terciam facerent.
Et pre suo prohibente plures facere
non audebant quod sic in mandato accepissent

Ipsa autem ut supra [illegible] respondens dixit se pro tali facto [illegible] et sic tertiam fenestram fecit. Rediens autem Dioscorus dum quereret quare tertiam fenestram fecisset, invenit quod a filia tracti fuisset. Dioscorus de tali facto filiam interrogavit. Ipsa ridet: Deus in impari numero gaudet. Et interrogavit eam seorsum que fuisset causa illius numeri. Et illa ridet: Vera fides hoc tenet ut unum Deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur. Pater et filius et spiritus sanctus unus est Deus. Pater hoc audiens evaginato gladio nitebatur eam perimere, et statim paries apertus est ✠ et Dioscorus clausus est et sic fugit a facie eius et secutus est eam usque ad proximum montem. Et veniens ad duos pastores interrogavit eos quo fugisset puella. Unus eorum dixit se nescire. Alter vero qui eam prodidit statim divinam ultionem sensit. Nam oves eius in locustas mutate sunt. Postquam autem eam prodiderit in spiritu virgo cognovit. Pater vero dum ad eam pervenit per comam eam apprehendit, crudeliter ad domum suam traxit et multis vulneribus et verberibus eam afflixit et in tenebrosum carcerem posuit et omnia que ad victum pertinent sibi negavit etiam aquam. Et Marciano presidi suasit ut eam puniret eo quod christiana esset. Marcianus autem iussit eam sibi presentari. Pater vero videns eduxit eam de carcere, presidi presentavit. Et cum quereret cuius filia esset: Fuit filia sum Dioscori et credo in Jesum Christum pro quo nos christiani non dubitamus mori. Prefectus vero eius pulchritudinem et patris dulcitatem admirans ait: Unum de duobus elige: aut sacrifica diis aut morieris. Illa dixit: Mihi vivere Christus est et mori lucrum. Nam dii tui peribunt et omnes qui confidunt in eis. Iratus prefectus iussit virginem nudam multis plagis torqueri, et afflicta est ut tota in sanguine

Item autem [illegible] carcerem [illegible] Dominus Jesus Christus ad [illegible] veniens confortavit Barbaram quod de passione sua erit gaudium in celis et in terris: Ne timeas, ego enim eruam te ab omnibus penis que inferentur tibi. Et eruens eam signo sancte crucis disparuit, et sanate sunt plage eius consolatione domini. Christiane autem cum presentata fuisset iudici et sana reperta, iudex dixit ei: Quam dii nostri sanaverunt. Illa vero dixit: Dii tui similes tibi sunt, et quomodo me iuvabunt cum se ipsos iuvare non possunt? Sed Deus meus curavit me. Tunc iussit preses latera eius ungulis lacerari et lampades ardentes applicari et caput eius malleo tundi. Virgo autem orabat ad dominum ne eam derelinqueret. Item iussit preses mamillas eius gladio amputari et nudam per civitatem circumduci et novis plagis semper eam affligi. Et oravit virgo dicens: Domine Deus, dignare tegere nuditatem meam ne hominis videar ab impiis. Et statim angelus missus est qui cooperuit eam stola candida. Deinde eam iussit iudex decollari. Dioscorus autem indignatus de tali filia duxit eam ad decollandum. Et virgo gaudens orabat dicens: Domine Deus, qui dedisti mihi tollerantiam, concede mihi et omnibus in Christum viventibus et eorum memoriam qui mei sunt memores et diem passionis mee, et eorum peccata dimitte quia pulvis sunt, et in quacumque tribulatione vel infirmitate vel dolore fuerint exaudiatur. Et vox ad eam facta est: Veni sponsa mea, omnia que a me petisti concessa sunt tibi a Deo. Et gratias agens a patre decollata est, et completum est martirium eius in confessione domini cum sancta Juliana in eodem loco. Descendente vero patre eius ignis cecidit de celo et combussit eum ut nec pulvis eius inveniretur.

[illegible] colasset [illegible] fuit super que [illegible] iacuit vii diebus et [illegible] quebat et post [illegible] dies [illegible] episcopus equitando [illegible] debuit transire et famuli sui invenerunt [illegible] ubi iacuit caput virginis et descendit et vidit et interrogavit quid esset caput. Dixit quod esset Barbare virginis quam pater eius Dydascorus propter fidem Christi decollavit et confitebatur omnia peccata sua et sic volebat. Dixit episcopus caput eius cum corpore sepelivit. Unde quicumque rogat ipsam et facit ei aliquod servitium numquam morietur sine confessione. Passa est autem pridie nonas Decembris. Venerabilis vir episcopus Valentinus collegit corpus eius et sepelivit in loco qui dicitur Solis ubi hodierna die florent eius merita cooperante domino Iesu Christo.

Nicolaus dicitur a nicos quod est victoria et laos quod est populus quasi victoria populi id est viciorum que popularia et vilia sunt vel dicitur victoria populi quia multos populos vita et doctrina docuit peccata vincere et vicia. Vel Nicolaus dicitur a nicos quod est victoria et laos quasi victor ipsa laus vel a nicoleos quasi nitor populi. Habuit enim in se ea que nitorem et munditiam faciunt. Nam secundum Ambrosium mundat sermo divinus, mundat vera confessio, mundat sancta cogitatio, mundant bona opera. Eius legendam doctores Argolici conscripserunt. Est autem Argos secundum Ysidorum civitas Grecie unde et Argolici vocantur. Alibi autem legitur quod Methodius patriarcha eam grece conscripsit quam Johannes dyaconus in latinum transtulit et plura addidit.

Vita sancti Nicolai

Nicolaus civis Patere urbis ex divitibus et sanctis parentibus [illegible] duxit. Pater eius Epiphanius, Iohanna vero mater dicta est, quem cum in primevo iuventutis flore pater genuisset, deinceps continentes celibem vitam duxerunt. Hic prima die cum balnearetur erectus ut dicitur stetit in pelvi a nullo tentus. Insuper quarta et sexta feria semel sugebat ubera. Factus autem iuvenis aliorum iuvenum devitans lascivias potius ecclesiarum limina terebat et quicquid ibi de sacra scriptura intelligere poterat memorie retinebat. Parentibus vero suis defunctis cogitare cepit qualiter tantarum divitiarum copiam non ad laudem humanam sed ad dei gloriam dispensaret. Tunc quidam concivis suus satis nobilis tres virgines suas filias ob inopiam prostibulo tradere cogitur ut sic infami earum commercio aleretur. Quod vir sanctus comperit scelus abhorruit et massam auri panno involutam in domum eius per fenestram clam iniecit clamque recessit. Mane autem surgens homo massam auri repperit et deo gratias agens nuptias primogenite celebravit. Non multo tempore post dei famulus simile peregit opus. Quod iterum ille repperiens et in laudes immensas prorumpens de cetero vigilare proposuit ut sciret quis esset qui sue inopie subvenisset. Post paucos dies duplicatam auri massam in domum proiecit ad cuius sonitum ille excitatur et Nicolaum fugientem insequitur talique voce alloquitur: siste te quia conspectui meo non subtrahas. Exiit quia velocius occurrens Nicolaum esse cognovit statimque humi prostratus osculari volebat pedes eius. Quod ille refutans exegit ab eo ne eum quamdiu viveret publicaret. Post hec Mirene civitatis defuncto episcopo convenerunt episcopi illius ecclesie de episcopo provisuri. Aderat autem inter eos quidam magne auctoritatis episcopus ad cuius electionem omnium sententia dependebat. Cum igitur cunctos ieiuniis et orationibus insisterent. Nocte illa vocem audivit dicentem sibi ut hora matutina fores ecclesie observaret et quem primum ad ecclesiam venire cerneret qui Nicolaus vocaretur ipsum in episcopum consecraret. Hoc quod revelaverat aliis episcopis amonuit ut omnes orationi insisterent et ipse pre foribus expectaret. Mirum in modum matutinali hora quasi a deo missus ante omnes satagebat Nicolaus venire quem apprehendens episcopus dixit quod tibi nomen est. Et ille ut erat columba simpliciter plenus inclinato capite Nicolaus inquit vestre sanctitatis servus. Quem in ecclesiam ducentes licet plurimum renitentem eum in kathedra collocaverunt. Ipse autem eandem quam prius humilitatem et morum gravitatem in omnibus sectabatur, in oratione pervigilabat, corpus macerabat, mulierum consortia fugiebat, humilis erat in omnibus suscipiendo, efficax in loquendo, alacer in exhortando, severus et in ~~corripiendo~~ corripiendo. Fertur quod sit in quadam cronica legitur beatum Nicolaum Niceno interfuisse concilio. Quadam die dum quidam naute periclitarentur ita cum lacrimis oraverunt Nicolae famule dei si vera sunt que de te audivimus nunc ea experiamur. Mox quidam in eius similitudine apparuit dicens Ecce assum vocastis enim me et cepit eos in antennis et rudentibus aliisque adiuvare navis instrumentis statimque cessavit tempestas. Cum autem ad eius ecclesiam venissent quem nunquam viderant sine indice cognoverunt. Tunc deo et sibi de sua liberatione gratias egerunt quibus ille divine misericordie et eorum fidei non suis meritis attribuere docuit. Quodam tempore tota provincia sancti Nicolai famem validam pertulerat ita quod omnibus deficerent alimenta. Audiens autem hec vir dei naves onustas tritico portui ipse ipsum consistente nautas applicuisse illuc statim proficiscitur rogans nautas ut

tibi non audemus pater quia mensurata Alexandrie oportet in horrea imperatoris nos reddere in mensura. Quibus sanctus Nicolaus inquit facite nunc quod dico et vobis in virtute dei promitto quod nullam minorationem habebitis apud regios exactores. Quod cum fecissent et eandem mensuram quam Alexandrie acceperant reddidissent ministris imperatoris miraculum referunt et deum in suo famulo magna laude extollunt. Frumentum autem prout unicuique indigentiam vir dei distribuit ita ut miraculose duobus annis non tantum ad victum sufficeret sed etiam ad usum seminis abundaret. Cum autem regio illa ydolis deserviret pre ceteris nephande Dyane simulacrum plebs colebat adeo ut usque ad tempus viri dei nonnulli rustici predicte religioni execrabili deservirent ac sub quadam arbore quosdam ritus gentilium Dyane consecrata exercerent. At vir dei predictum ritum de omnibus finibus expulit ipsamque arborem precidi mandavit. Iratus ergo contra eum antiquus hostis oleum mediaton quod contra naturam in aqua et in lapidibus ardet confecit seque in formam cuiusdam femine religiose transformans quibusdam ad virum dei navigantibus in quadam segenula obviavit sic quod affata est eos Vellem ad sanctum dei vobiscum ire sed nequeo. Rogo ergo ut oleum ad eius ecclesiam deferatis et ob mei memoriam quo inde aule eius parietes liniatis et statim evanuit. Et ecce cernunt aliam naviculam cum honestis personis inter quas erat unus similis sancto Nicolao qui sic ait illis Heu quid mulier illa vobis locuta est vel quid attulit. Illi autem cuncta per ordinem narraverunt. Quibus ille Hec est illa impudica [illegible] et [illegible] a [illegible] li[illegible]. Cum illo tempore quedam gens Romano imperio rebellasset contra eam imperator tres principes Nepocianum Ursum et Apilionem misit, quos portui Adriatico ob ventum contrarium applicatos ~~beatus Nicolaus~~ beatus Nicolaus ut secum comederent invitavit, volens ut gentem suam a rapinis compescerent quas in nundinis exercebat. Interim dum sanctus abesset consul corruptus pecunia tres innocentes milites iusserat decollari. Quod ut vir sanctus audivit principes illos rogavit ut secum illuc gressu concito properarent. Venientes ergo ad locum ubi decollandi erant invenerunt eos publice flexos et facie eorum velata et spiculatore ensem super capita eorum vibrasse. Veniens ergo ad locum vir dei Nicolaus zelo accensus in lictorem se audacter ingessit et gladium de manu eius eminus protulit. Innocentes ergo solvens eos incolumes duxit ~~et continuo~~ ad pretorium consulis properat et fores clausas vi reserat. Mox illi consul occurrens salutavit eum. Aspernens hunc sanctus dei dixit: Inimice dei prevaricator legis, qua temeritate presumpsisti tanti conscius sceleris vultum conspicere nostrum? Quem postquam obiurgaret plurimum, ad preces tamen principum illorum ductum penitentem benigne recepit. Recepta igitur benedictione nuncii imperiales iter arripiunt et imperio sine sanguine hostes subdunt. Redeuntes ergo ab imperatore magnifice sunt recepti. Quidam autem eorum felicitatibus invidentes prefecto

[illegible] prece et precio suaserunt ut apud imperatorem dolose eos maiestatis crimine accusaret. Ille nimio furore repletus eos incarcerari precepit et sine aliqua interrogatione eos illa nocte occidi mandavit. Quod cum a custode didicissent scindentes vestimenta sua et gemere amare ceperunt. Tunc unus eorum Nepocianus recolens qualiter sanctus Nicolaus tres innocentes liberaverat cohortatus est alios ut eius patrocinium flagitarent. Quibus orantibus sanctus Nicolaus nocte illa Constantino imperatori apparuit dicens: Cur illos principes tam iniuste comprehendisti et morti sine crimine adiudicasti? Surge velociter eos quantocius potes dimitti iube. Sin autem oro deum ut tibi suscitet bellum in quo tu corrues et bestiis cibus fies. Cui imperator: Quis es tu qui in hac nocte palacium meum ingressus es et talia audes loqui? Cui ille: Ego sum Nicolaus Mirree civitatis episcopus. Eodem et prefectum similiter terruit per visionem dicens: Amente et sensu perdite, cur in necem innocentum consensisti? Perge cito et eos libera. Sin autem corpus tuum vermibus scaturiet et domus tua cito destruetur. Cui ille: Quis es tu qui nobis tanta minaris? Scias inquit me esse Nicolaum Mirree civitatis episcopum. Utrisque igitur evigilantibus statim invicem sua somnia pandunt et pro illis incarceratis continuo mittunt. Quibus ait imperator: Quas magicas artes scitis ut tales nos illudatis somniis? Qui dixerunt se magos non esse et mortis sententiam non meruisse. Tunc imperator: Nostis inquit hominem nomine Nicolaum? At illi audito eius nomine Nicolaum manus extenderunt ad celum rogantes deum ut eos sancti Nicolai meritis a pun pietate vocaret [illegible] ipse imperator totam vitam eius et miracula ab eis didicisset dixit eis: Ite et deo gratias agite qui vos eius precibus liberavit. Sed et de muneribus eius afferte gaudiosius rogantes eum ut ulterius mihi minas non inferat sed pro me et regno meo ad dominum preces fundat. Post paucos igitur dies predicti viri ad famulum dei venerunt humiliterque ad eius pedes se prosternunt dicentes: Vere famulus dei es, vere cultor et amator es dei. Ad illi omnia per ordinem retulissent, ille elevatis in celum manibus immensas laudes deo retulit. Ac bene instructos principes ad propria remisit. Cum autem dominus vellet eum assumere rogavit eum ut angelos suos sibi mitteret et inclinato capite ad se venientes vidit et dicto psalmo In te domine speravi usque in manus tuas reddidit spiritum anno domini CCCxliii. Ubi celestium melodia audita fuit. Qui cum sepultus fuisset in tumba marmorea a capite fons olei et a pedibus a qua profluxit et ad usque hodie de eius membris sacrum redundat oleum valens quam ad salutem multorum.

Successit autem ei quidam vir bonus nomine qui tamen a sede sua ob invidiam est depulsus, quo eiecto oleum fluere desiit, eo revocato protinus emanavit. Post multum vero temporis Turci Myream civitatem destruxerunt. xlvii milites Barenses illuc profecti quatuor monachis sibi ostendentibus tumbam sancti Nicolai aperuerunt, ossa que eius in oleo natantia in urbem Barram reverenter detulerunt anno domini millesimo lxxxvii.

Vir quidam ab uno iudeo quandam pecunie summam mutuo accepit iurans super altare sancti Nicolai venire nequiret ut quam [illegible] sibi redderet. Veniente autem termino pecuniam iudeus illam repostulabat, sed ille eam sibi reddidisse affirmat. Vocatur ipse illico ad iudicium et iuramentum indicitur debitori. Ille baculum cavatum quem auro minuto repleverat secum detulit acsi eius adminiculo indigeret. Volens igitur facere iuramentum iudeo reddidit baculum servandum. Jurat ille quod plus sibi reddiderit eam quam debebat. Facto iuramento baculum suum sibi repeciisset iudeus ignarus astucie sibi eum reddidit. ~~reddere~~ Rediens vero qui fraudem fecerat in quodam bivio oppressus dormivit. Currus quoque cum impetu veniens eum necavit et plenum baculum auro fregit. Audiens quod iudeus concitus venit illuc. Quoque dolum vidisset a multis ei suggeritur ut aurum reciperet, omnino renuit nisi qui defunctus fuerat ad vitam beati Nicolai meritis redderetur, asserens se si hoc fieret baptisma suscepturum et christianum fore futurum. Continuo igitur qui defunctus fuerat resuscitatur et iudeus in Christi nomine baptizatur.

Quidam iudeus videns beati Nicolai virtuosam potentiam in miraculis faciendis imaginem eius sibi fieri precepit, quam in domo sua collocavit. Cum res suas ad longinqua iret ad minus commendat hec vel similia verba dicens: Ecce Nicolae omnia mea vobis custodienda committo et nisi omnia bene custodieritis vindictam expetam de vobis verberibus et flagellis. Quadam igitur vice dum ille abesset fures ad domum veniunt cuncta rapiunt solam imaginem derelinquunt. Iudeus autem rediens et se spoliatum videns imaginem alloquitur talibus vel similibus verbis: Domine Nicolae nonne in domo [illegible] tuas [illegible] re voluisti [illegible] nes non prohibuisti [illegible] penas crudeles [illegible] dampnum meum tuis compensabo tormentis verberibus et flagellis. Accipiens ac iudeus ymaginem dure eam verberauit. Dure quidem flagellat. Mira res prefatis et stupenda, diuidentibus furibus que rapuerant sanctus dei tanquam in se verbera recepisset ~~apparuit~~ apparuit dicens ut talia verba dicens: Cur pro vobis tam dure flagellatus sum? Cur a tantis crudelibus crudeliter verberatus? Cum tormenta tot passus, ecce qualiter effusione sanguinis rubet corpus meum. Ite cicius et cuncta reddite que tulistis, alioquin in vos ira dei descendet ita ut scelus vestrum in medium publicetur et quilibet vestrum suspendio punietur. Dixerunt cum illi: Quis es tu qui nobis talia minaris? Ait ille: Ego sum Nicolaus seruus Christi quem iudeus ille pro rebus suis quas tulistis crudeliter flagellauit. Territi illi ad iudeum veniunt, miraculum referunt et ab eo quid ymagini fecerit audiunt. Cuncta reddunt sicque et latrones ad viam redeunt rectitudinis et iudeus fidem amplectitur saluatoris.

Vir quidam pro amore filii litteras addiscentis festum sancti Nicolai annuatim celebrauit solempniter. Quadam igitur vice pater pueri conuiuium parauit et multos clericos inuitauit. Venit autem dyabolus ad ianuam in habitu peregrini petens elemosinam sibi dari. Iubet quamcicius pater filio ut daret peregrino. Currit puer [illegible] non inueniens insequitur. Cumque ad quoddam triuium peruenisset, apprehendens eum pro dolor dyabolus puerum strangulauit. Quod audiens pater vehementer ingemuit, corpus tulit et in thalamo collocauit. Cepit pre dolore clamare ac dicere: Fili dulcissime, quomodo est tibi? Sancte Nicolae, hiccine est merces honoris quem diu tibi exhibui? Et cum hec et similia diceret, statim puer quasi de sompno euigilans oculos aperuit et surrexit.

Vir quidam nobilis rogauit beatum Nicolaum ut sibi a domino filium impetraret, promittens se filium ad ecclesiam eius ducturum et ciphum aureum oblaturum. Filius ergo nascitur et ad etatem perducitur et ciphus fieri iubetur, qui dum valde placeret suis adaptauit usibus et alium equiualentem fieri precepit. Nauigantibus itaque ad ecclesiam sancti Nicolai iubet pater filio ut in illo cipho quem prius fecerat aquam sibi afferret. Puer autem cum vellet haurire aquam cum cipho in mare cecidit et statim disparuit. Pater autem amare deflens nichilominus votum perficit. Veniens quoque ad altare beati Nicolai cum obtulisset secundum ciphum, tamquam proiectus cecidit de altari. Cum autem eleuasset ipsum et super altare iterum eum posuisset, rursus de altari iterum proiectus longius. Eleuans autem super altare iterum eum tercio posuit. Et mirantibus omnibus ad tam grande spectaculum, ecce puer sanus et incolumis aduenit, primum ciphum in suis gestans manibus, et narrauit coram omnibus quod quando in mare cecidit statim beatus Nicolaus affuit et illum illesum seruauit. Sicque pater eius letus effectus utrumque ciphum beato Nicolao obtulit.

Quidam vir diues meritis beati Nicolai filium obtinuit quem Adeodatum vocauit. Hic igitur sancto Nicolao capella fecit in domo

sua q̄sovit et si aliq festum suum so-
lempnit celebrant erat at [illegible] ille
filius m̄o t'raz Agarenorum a deo cūq
quadam vice ab agarenis capit⁹ q̄
ad s'vitutem regis eorum deputat⁹ se-
quenti anno cum festum sc̄i nicolai p'-
cius solempnit' celebraret et puer
ciffum preciosum tenens regi assisteret
recoluit suam capcionem parentum do-
lorem et gaudium q̄ in domo sua ea
die fiebat cepit q̄ aliq̄ suspiria
quorum suspiriorum cām cum rex mi-
nis extorsisset ait rex quicquid tuus
nicolaus agat tu hic nobiscum manebis
et subito vento p'vehementi totam q̄
domum concuciente puer cum ciffo rapit'
et ante fores ecclie ubi parentes age-
bant solempnia collocat' et magnum
gaudium omnibus generatur Alibi in legit'
q̄ p'dictus iuvenis fuit de normania
qui ult' mare p'gens et a Soldano
captus et ab eo sepe verberat' q̄ dum
in festo sc̄i nicolai verberaret' et pro
sua liberacone et leticia quam tunc hic
consueverat subito obdormivit evi-
gilans in capella sui patris se invenit

Conceptionem dei
genitricis celebra-
tes virginis igitur
possumus ab ipso
creationis exordio singulis diebus
fabrice mundialis singulas etates
in ordine competentes usque ad eius
tempora concepcionis si quid animadvertere pos-
semus potuimus in scripturis quod non sit
repugnans katholice fidei et ecclesie
congruat statuit virginis concepcionem
Primo die dixit dominus fiat lux et facta
est lux quando materiam informem et fluidam
non sicut erat tenebrosam reliquit sed
in formas rerum pulcerrime distinxit
Statimque primis parentibus mandatum trans-
gressis ~~[illegible]~~ compositis deus maledixit

[illegible]
cuius e vita munda [illegible]
et p' eo qui merito impo-
nere [illegible] et de eadem massa Enoch
qui ad deum ambulavit que ab hominibus
transtulit processu temporis iustus Noe sal-
vari meruit qui huius finis et al-
terius inicium etatis monstrabat O
immensa divine miseracionis viscera
que primos parentes omnem posterita-
tem eorum enormitate viciorum te-
nebrositatem informem et fluidam
luce sue cognicionis decoravit Si-
militer terra illa benedicebatur in
cuius medio deus salutem operaret'
de qua vita oriret' Supprime denique
benediccionem imperat' terra in homine pecc-
ato quo nascitura esset gloriosa
virgo que celesti benediccione repleta
erat privilegio Secundo die factum legimus
firmamentum esse aquod stabile et firmum
Statuit autem dominus post diluvium inter se
et homines firmissimum pactum Noe autem
cum filiis suis benedici meruit a domino
quod post transgressionem ante ea nulli
homini fiebat Denique filiis suis be-
dixit Sem Cham et Japhet Cum
Noe benediceret' et in filios eius be-
dictio ~~prima~~ prima dirigit' Sanctissimi
namque sancte Marie corpus ante secula
ad gaudium dei filium preordinatum
ante fines mundi nasciturum in hiis quos
precognovimus patribus sub quadam ymagine
benedicebat' Sexto cuius videlicet medio seculi
mundi oriret' Quod si patribus in patribus
provenit benedictio numquid non tibi be-
dicebat' Quanto magis vero ad hoc nascitura
gloriosa virgo tibi perfecto benedicenda erat
erat humana in tuis progenitoribus
que ex sanctissimis visceribus virgo beata
illud erat paritura precioribus quam esse
super omnia benedictus Tercia die terra aquarum
in unum collecta seorsum apparuit ari-
da cui preceptum est ut germinaret
herbam virentem Tercia vero etas que
ab Abraham usque ad Moysen extenditur

[illegible] celum [illegible] que [illegible] genuit [illegible] ac deinde usque ad Samuelem que etatis illius extitit finis. Nos qui bene egimus summe copiosis benediccionibus mirantur ad eam inquirendam reliquum. Constantissime regis Abrahe fides audire meruit quod in semine eius benedicentur omnes gentes. In hac igitur etate dignitas humane condicionis reparanda monstratur ad purificacionem carnis a corrupcione originali per circumcisionem, namque divine dignacionis prerogativa purgabatur quedam stirpis iudaice ex qua celestis luminis porta nasceretur, nasceretur virgo Maria que eterna dei disposicione unigeniti filii dei mater futura eternissime semper preordinata.

Veniat quartus dies in quo sol legitur creatus esse ut lumine novi solis potiatur mundus. Eiusque autem etatis venerabiles patres contemplati eorum quod dictam curiam venturam qualiter sol verus eorum predicacione manifestaret salubriter intuentes. In hac etate beatus Ysaias spiritu sancto luce refertus hanc que nobis historiam evangelizando predixit. Egredietur inquit virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet. En beatam dei genitricem cuius ordo concepcionis festa prolixius de radice Iesse ornandam sancto viro spiritu loquente vaticinatur. Progressa est igitur beata dei genitrix de sacerdotum stirpe principatus quorum successio quam frequens est benedicta contra etiam Chaldeorum civitas barbaras naciones fuit perfusa feliciter. Maria de tanta prosapia quam illi multo feliciores de preelectione comparabiliter

[illegible] prophetis [illegible] reges et prophete luminis [illegible] quo quibus iam nasci oportebat diu mundum tenebris [illegible] illuminans erat allatura. Libet considerare quid est celi sublimitas, terre soliditas, aquarum profunditas, herbarum viriditas, arborum ac florum pulchra varietas, solis et lune tanta claritas, et quod maius est florum omnium venustate decoratum non videatur nisi [illegible]. Necessario igitur fuerat quartus dies in quo tot luminibus et prophetis tota videretur mundus quod in fine quinte etatis in semine Abrahe benedicentur omnes gentes. In hac etate procul dubio beatissima accepta Maria que dei gratia plena non solum in mulieribus sed etiam inter mulieres benedictus copiosissime erat benedicta.

Hec cuius sacratissima aula pudoris unico largissima mundo profluxerit munera benediccionis. Processit itaque hec virgo beata sicut legimus nazareno patre, matre bethleemita, quas urbes Christi nativitati ac conversacioni destinatas prophete non tacuerunt. Descendit a radice ipsius illius fide preclari Abrahe cui superna promissa fuerat benediccio omnium gencium in semine suo, ex stirpe David que egregia laude sublimatur.

Domini imperii honorem scilicet [illegible] de regali nempe tribu simul et sacerdotali duxit originem, que summum regem atque pontificem erat paritura. Hec itaque electa et insignis inter filias Syon non fortuitu sed divina dispensacione nomen accepit quod sibi figura magnum imputatur: maris stella. Oportet quidem universos [illegible] fluctibus huius seculi remigantes remigatores attendere maris stellam hanc que summo rerum cardini deo proxima est et respectu exempli eius vite dirigere calles nostros, quod si fecerit non iactitabitur vane glorie vento nec franget semper [illegible] consumet nec absorbebit salea voragine voluptatum sed prospere veniet ad portum quietis eterne. Jeronimus in sermone de assumptione: Cogitet me et sic sanctis patribus et prophetis fuisse gratiam, gratia credit non sic ceteris plena; in Maria vero totius gratie hic est in vero est plenitudo venit quamquam aliter et iterum inquit: Benedicta tu inter mulieres ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Evam totum abstulit benedictio Marie. Insuper et gratiam refudit cristi ortus quod prius clauserat omnibus indignis. Hic si quis interrogat quis [illegible] gloriosior in anima fuit vel sit hec persona que sit omnibus sanctis spectanda atque imitanda, respondetur veraciter inde enim quod anima ipsius et caro quam elegit habitaculum sapientia dei patris ab omni malicia est et inmundicia purissima fuit testante scriptura. Quoniam in malivolam animam non introibit spiritus sapientie nec habitabit in corpore subdito peccatis. Confidenter ergo asserimus cetera quod nullo virtutum genere vacavit cui plenitudinem gratie inesse asserebat. Solemnitatem ergo conceptionis sanctissime virginis precipue venerantes que celi preclara muneribus quibus temporibus reverenda angelicis potestatibus, que sit etiam ab omnibus sanctis laudibus extollenda, quamque ab universis Cristianis frequentanda gaudiis prout possimus recolentes quod agendum est. Et nobis conceptionis eius solemnia venerantibus qui eius laudem digne extollere nequimus agnita nostri conatus insufficiencia eius sunt postulanda suffragia, eius imploranda pietatis viscera ut per eius sanctissima merita nos divina reparet clemencia puri celebracione omnium prudentium virginum

[illegible] tibus ut [illegible] sue interventu efficiat possibile quod sibi curia conveniens de cuius gaudebit sublimitate et gloria. Ista enim est precipua festivitas in qua omnis angelorum exultat milicia, in qua prophetarum panduntur vaticinia, in qua ecclesie et gentilium referuntur primicia scripta, in qua oritur sponsa sine exemplo deo coniuncta de cuius corporis materia oritur lux in tenebris ad extergendas veterum piaculorum tenebras. Hec est inquam dies in qua prelucida stella primo lucis mane oritur. Hec est primum mundi sidus quod decoris amaritate quo mortali erat geminum ortus qui salvandi sunt illuxit. Hec est exordium dei genitricis leticia in qua nove mundi qualitates reparantur, vas virgineum divinis carismatibus ac micantibus margaritis ineffabiliter ornatum, in qua sublimitas dei nove hominum compaginacioni traditur. Non fuit compagine sed sanctissimus spiritus operatorem. Cuius queso unquam ante talem virginem audire valuit ut factor omnium inter virginis arta se clauserit septa. Magna et admirabilis opus dei misericordia ut etiam prothoplastum parentum et successive filiorum eius reformaret, que constat ob hoc creatum ut supplementum angelorum suppleret ruinam et ordinem non indigne protulit in forma infra virginis alvum celitus se incorporari voluit ut [illegible] lem formam non fuit divine sobole qualitate sed non corporum incremento absque macula peccati sibi compacta eo quod oriretur. Hinc et suadente et ille qui succubuit perfida fraudacione preripi deiectus est. Erit itaque cuique qui ad sanctam convenerit virginis conceptionem eius convivio nobiscum quod affectus sensus et interiores cordis intellectus erigere nectere virginis ad pure matris festivitatem ut nullum meritis inveniat dominalium quod gerit [illegible] in hac celebritate virginis [illegible] sponsus et [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] in [illegible] venerit tempore [illegible] et [illegible] [illegible] qui in [illegible] quod conceptam [illegible] descendit ille qui non solum animas vincet et corpora renovabit. Unde illud: Renovabitur sicut aquile iuventus tua.

Lucia dicitur a luce. Lux enim habet pulcritudinem in aspectione, quia ut dicit Ambrosius: lucis natura hec est ut omnis eius in conspectu sit. Diffusionem et sine aliqua inquinatione spargens radios, quia in quecumque immunda diffusa non coinquinatur. Rectum incessum sine curvitate, longissimam lineam pertransit sine morosa dilatione. Per hoc ostenditur quod beata Lucia habuit decorem virginitatis sine aliqua corruptione, diffusionem caritatis sine aliquo immundo amore, et rectum incessum intentionis in deum sine aliqua obliquitate, longissimam lineam divine operationis sine negligentie tarditate. Vel dicitur Lucia quasi lucis via.

Lucia virgo Syracusana, nobilis genere, audiens famam sancte Agate per totam Syciliam divulgari, sepulcrum eius adiit ad matrem suam Euticia, que annis quatuor incurabiliter fluxum sanguinis patiebatur. Cum ipsa igitur missarum solemnia cogeret, quod illud evangelium legeretur in quo dominus mulierem ab hac passione sanasse legitur narratur, tunc Lucia matri dixit: Si credis hiis que leguntur, crede Agatham illum semper habere presentem pro cuius nomine sustinuit passionem. Si ergo sepulcrum credens attigeris, continue continuo perfecta sanitate gaudebis. Igitur recedentibus cunctis et matre et filia iuxta sepulcrum in oratione persistentibus, Luciam somnus arripuit, viditque Agatham in medio angelorum gemmis ornatam stantem et dicentem sibi: Soror mea Lucia, virgo domino devota, quid a me petis quod ipsa tibi poteris prestare continue matri? Nam ecce per fidem tuam sanata est. Evigilans autem Lucia matri dixit: Mater mea, ecce sanata es per ipsam. Per eam que te deprecor, que suis orationibus te sanavit, ne michi de cetero nomines sponsum, sed quicquid michi daturam es pro dote pauperibus elargire. Cui mater: Tege prius oculos meos, et quicquid postmodum volueris de facultatibus facies. Ad quam Lucia: Moriens dans deo das quia tecum ferre non potes; da ergo dum vivis et mercedem habebis. Cum ergo redissent, sic ergo distribuendo quottidie res et dant in necessitate pauperum. Intellecta patrimonii distributio ad sponsi noticiam pervenit. Requirit sponsus a nutrice de hiis. Cui illa caute respondit quod utiliorem possessionem sponsa sua invenisset quam suo nomine volebat comparare, et ideo videbantur aliquantulum res distrahere. Credidit stultus carnale commercium fore et cepit auctor esse vendendarum rerum. Venditis autem omnibus et pauperibus erogatis, sponsus tradit eam Pascasio consulari, dicens eam christianam esse et contra leges agere Augustorum. Invitata ergo a Pascasio ad sacrificia ydolorum, Lucia inquit: Sacrificium placens deo est visitare pauperes et eis in necessitatibus subvenire. Et quia iam amplius non habeo quid offeram, me metipsam [illegible] sibi tribuo offerendam. Cui Pascasius: Ista verba tibi simili stulto cuidam narrare poteris, michi autem qui principum decreta custodio ista frustra prosequeris. Ad quem Lucia: Tu principum tuorum decreta custodis et ego dei mei leges custodiam; tu principes times et ego deum

Tu illos offendere non vis et ego deum meum offendere. Tu illis placere desideras et ego ut placeam christo concupisco. Tu ergo fac quicquid tibi utile cognoveris et ego faciam quod mihi utile esse perspexero. Cui pascasius: Patrimonium tuum cum corruptoribus expendisti et ideo quasi meretrix loqueris. Cui lucia: Patrimonium meum in tuto loco constitui, corruptores autem mentis et corporis numquam sensi. Dixit pascasius: Qui sunt corruptores mentis et corporis? Lucia dixit: Corruptores mentis vos estis qui suadetis ut anime suum deserant creatorem. Corruptores vero corporis sunt qui corporalem delectationem preponunt epulis sempiternis. Pascasius dixit: Cessabunt verba cum perventum fuerit ad verbera. Cui lucia dixit: Verba dei cessare non possunt. Cui pascasius: Tu ergo deus es? Lucia dixit: Ancilla dei sum. Cui dixit: Spiritus sanctus ergo in te est? Cui lucia: Apostolus dicit: Qui caste vivunt spiritus sancti templum sunt. Cui pascasius: Ego faciam te duci ad lupanar ut ibi violationem accipias et spiritum sanctum perdas. Cui lucia: Non inquinatur corpus nisi de consensu mentis. Nam si me invitam violari feceris, castitas michi duplicabitur ad coronam. Numquam autem voluntatem meam ad consensum poteris provocare. Ecce corpus meum ad omne supplicium est paratum. Quid moraris? Incipe fili dyaboli et desideria penarum tuarum exerce. Tunc pascasius lenones venire fecit dicens eis: Invitate ad eam omnem populum et tamdiu illudatur donec mortua nuncietur. Volentes eam trahere, spiritus sanctus tanto pondere eam fixit ut ipsam omnino movere nequirent. Fecit quoque pascasius mille viros accedere et manus eius et pedes ligare, sed eam nullatenus movere potuerunt. Tunc etiam viris mille et quinquaginta iuga boum adhibuit, sed virgo nobilis permansit immobilis. Vocavit autem magos ut suis incantationibus moveretur, sed moveri non potuit. Tunc dixit pascasius: Que sunt ista maleficia quod una puella a mille viris non movetur? Lucia dixit: Non sunt ista maleficia sed beneficia christi. Et lucia dixit: Si adhuc decem milia adhibueris, ut prius me immobilem videbis. Putabat vero pascasius secundum quorundam figmenta quod lotione fugaretur maleficium; iussit eam lotione perfundi. Cumque et sic moveri non posset, angustiatus nimius iussit copiosum ignem circa eam accendi et picem et resinam et fervens oleum super eam fundi. Dixit quoque lucia: Inducias impetravi martyrii mei ut credentibus timorem auferam passionis et non credentibus vocem insultationis. Videntes autem pascasium amici eum angustiari, in guttare eius gladium immiserunt; que nequaquam loquelam amittens dixit: Annuncio vobis pacem redditam ecclesie, Maximiano hodie mortuo et de regno suo Dyocleciano expulso. Et sicut civitati Cathenensium soror mea Agatha data est protectrix, sic et ego civitati Syracusane concessa sum interventrix. Dum hec virgo loqueretur, ecce ministri Romanorum venientes pascasium apprehendunt vinctumque secum ad cesarem ducunt. Audierat enim cesar quod universam provinciam spoliasset. Veniens igitur Romam senatui accusatur et convictus capitali sententia punitur. Virgo autem lucia de loco in quo percussa est non est mota nec spiritum tradidit quousque sacerdotes venirent et corpus domini ei traderent, et omnes astantes amen domino responderunt. In quo etiam loco sepulta est et ecclesia ei fabricata. Passa est autem tempore Constantini et ~~Max~~ Maximiani circa annos domini ccc x.

Thomas interpretatur abissus vel geminus quod et grece didimus dicitur

Thomas a thomos quod est divisio vel sectio. Dicitur autem abyssus quia profunditatem divinitatis penetrare meruit quando ad sue interrogationis responsum Christus dixit: Ego sum via veritas et vita. Dicitur geminus eo quod resurrectionem Christi geminate et dupliciter cognovit, quia alii cognoverunt tantum videndo, ille autem videndo et palpando. Divisio autem sive sectio dicitur quia mentem suam ab amore mundi divisit vel quia ab aliis in fide resurrectionis divisus et separatus fuit. Vel dicitur Thomas quasi totus mittens intens, scilicet in dei amore et contemplatione. Huic enim tria que in dilectione in ipso amore dei fuisse, de quibus dicit Prosper in libro de vita contemplativa: Quid est deum diligere nisi in animo concipere fervorem visionis dei, affectum peccati odium et fastidium mundi. Vel dicitur Thomas quod est deus et meus, vel Thomas quasi deus meus, et hoc propter illud quod dixit cum certificatus credidit: Deus meus et dominus meus.

Thomas apostolus cum esset apud Cesaream apparuit ei dominus dicens: Rex Indie Gundoforus misit prepositum Abbanem querere hominem in architectoria arte eruditum. Veni igitur et mittam te ad eum. Cui Thomas: Domine, mitte me quo vis, alias preterquam ad Indos. Cui dominus: Vade secure, quia ero custos tuus. Cumque converteris Indos, ad me cum palma martyrii venies. Cui Thomas: Dominus meus et ego servus tuus, fiat voluntas tua. Cumque prepositus per forum ambularet, ait ei dominus dicens: Quid comparare vis iuvenis? Qui dixit: Dominus meus misit me ut conducam servos in architectoria arte eruditos, ut Romano opere sibi palacium construat. Tunc dominus vendidit ei et tradidit ei Thomam asserens eum in plurimis artificii arte eruditum. Navigantes autem ad quandam civitatem venerunt, in qua rex filie sue nuptias celebrabat. Hic preconari fecerat ut omnes ad nuptias venirent, alias regem offenderent. Contigit illuc Abbanem et apostolum intrare. Puella autem hebrea fistulam in manu gerens unumquemque laude sua commendabat. Videns autem apostolum intellexit eum esse hebreum eo quod non manducaret, sed oculos ad celum fixos haberet. Cumque puella coram eo hebraice caneret: Unus est deus hebreorum qui creavit omnia et fundavit maria, apostolus ipsam hec eadem verba repetere satagebat. Videns autem pincerna quod non manducaret nec biberet, sed totos oculos ad celum fixos haberet, apostolum dei in maxillam percussit. Cui apostolus: Melius est ut in futuro tibi indulgencia detur et hic transitoria plaga reddatur. Non enim surgam donec manus que me percussit huc a canibus afferatur. Hic igitur ad hauriendum aquam abiit, et leo ipsum occidens sanguinem eius bibit. Lacerantibus autem canibus eius corpus, unus niger canis manum dexteram in medium convivium apportabat. Quo viso omnis turba obstupuit. Puella eius verba referens proiecta fistula ad pedes apostoli se proiecit. Huiusmodi vero ultionem factam reprobat Augustinus in libro contra Faustum, asserens a pseudo hoc fuisse insertum, unde et legenda hec quo ad plura suspecta habetur. Posset tamen dici quod hec non impetrandi causa vel imprecandi modo sed modo predicandi dictum sit. Sed in Augustini verba si inspiciantur diligenter non penitus reprobare videntur. Ait enim sic: In quodam libro legitur scripturis apocriphis Manichei vestis a quibus sculptoribus fabularum sub apostolorum nomine scriptas que suorum scriptorum temporibus in auctoritatem sancte ecclesie recipi mererentur si sancti et docti homines qui tunc in hac vita erant et examinare alia poterant eos locutos esse cognoscerent. Ibi tamen legitur apostolum Thomam cum esset in convivio nuptiarum peregrinus et prorsus incognitus a quodam ministro palma percussum imprecatum fuisse homini continuam sevamque vindictam. Nam cum egressus esset ad fontem unde aquam convivantibus ministraret eum leo veniens interfecit manumque eius qua apostolum levi ictu percusserat a corpore evulsam secundum verbum eiusdem apostoli id est adoptatum atque imprecationis canis intulit mensis in quibus ipse discumbebat apostolus. Quid hac videri crudelius potest? Verum quia ibi nisi fallor hoc etiam scriptum est quod veniam sibi petierit in seculo futuro et facta est compensatio beneficii maioris ut et apostolus quam carus esset deo per hunc timorem commendaretur ignotis et illi post hanc vitam finiendam in eternum consuleretur. Utrum illa vera sint narrata vel ficta [illegible] nunc nichil mea nunc interest. Certe enim Manichei a quibus ille scripture quas canon ecclesiasticus respuit tamquam vere ac sincere acceptantur saltem hinc coguntur fateri virtutem et virtutem illam patientie quam docet dominus dicens Si quis te percusserit in maxillam prebe ei alteram posse esse in preparatione cordis etsi non exhibeatur gestu corporis vel expressione verborum. Cum quidem apostolus palma percussus potius dominum rogavit ut iniurioso homini in seculo futuro parceret in presenti autem illam iniuriam inultam non relinqueret quam ut ille prebuit ferienti alteram preterea ut ipsi feriret admonuit. Tenebat iste intus dilectionis affectum et quantus regebat correctionis exemplum sine quo sit vindicta sine cupiditate cur noluit credere tali a famulo dei Moysen ydoli fabricatores et adoratores gladio prostravisse. Si autem penas illas comparamus quid simile ferro interimi et a feris trucidari atque laniari quandoquidem iudices publicis legibus servientes maioris criminis reos bestiis subrigi quam gladio periri iubent. Hec Augustinus. Alibi apostolus ad petitionem regis sponsum et sponsam benedixit. Da inquiens domine benedictionem tue dextere et in corporum mentibus semina semen vite. Abeunte autem apostolo in manu iuvenis repertus est ramus palme plenus ~~plenus~~ dactillis. Comedentibus vero sponso et sponsa de fructu eius ambo obdormiunt et sompnium simile ambo viderunt. Videbatur enim eis quod rex gemmatus amplecteretur et diceret: Apostolus meus benedixit vos ut eterne vite participes sitis. Evigilantibus autem ipsis et mutua somnia revelantibus apostolus ad eos ingreditur dicens: Rex meus vobis modo apparuit et me clausis ianuis huc adduxit ut super vos benedictio mea fructificet. Habeatis carnis integritatem que omnium regina est virtutum et fructus salutis perpetue. Virginitas est soror angelorum possessio omnium bonorum victoria libidinum fidei tropheum expugnatio demonum et eternorum securitas gaudiorum. De libidine autem corruptio gignitur, de corruptione autem pollutio nascitur, de pollutione reatus oritur, de reatu confusio generatur. Hoc illo referente duo angeli apparuerunt dicentes eis: Nos sumus angeli deputati ad custodiam vestri. Si apostoli bene servaveritis monita offeremus deo vestra vota. Tunc eos igitur apostolus baptizavit et de fide diligenter edocuit. Post multum vero temporis sponsa nomine Pelagia sacro velamine consecrata martirio [illegible] et [illegible] Epm ille autem [illegible] a rege [illegible] designato [illegible] ab aplo [illegible] et copioso thezauro accepto rex in aliam provinciam ~~pfis~~ pfiasset et apostolus universum thezaurum pauperibus elargitur. Per totum autem biennium quo defuit rex apostolus predicacioni insistit et innumerabilem populum ~~ad~~ ad fidem cristi convertit. Rediens autem rex et que Thomas fecerat discens ipsum cum Abbane in yma carceris reclusit ut postmodum vivos excoriatos urentibus traderet flammis. Interea Gundoferi regis Gath frater moritur et eius sepulcrum cum ambicione nimia preparatur. Quarta autem die qui mortuus fuerat resurrexit et stupefactis omnibus cunctisque fugientibus dixit Gath fratri suo: Hic homo quem excoriare et incendere disponebas amicus dei est et omnes angeli famulantur ei qui me in paradisum ducentes ostenderunt michi pallacium ex auro et argento et ~~lapil~~ lapidibus preciosis mirabiliter fabricatum. Et cum eius pulcritudinem admirarer dixerunt michi: Hoc est pallacium quod frater tuus Thomas construxerat. Cumque dixissem ut genitor essem eius dixerunt michi: Frater tuus illi se fecit indignum si vis in illo manere ~~rogam~~ rogabimus dominum ut te suscitare dignetur ut illud a fratre tuo posses emere reddens ei pecuniam quam se existimat perdidisse. Et hec dicens cucurrit ad ~~car~~ carcerem apostoli fratri suo postulans indulgeri abiectisque vinculis rogare apostolum cepit ut vestem reciperet preciosam. Cui apostolus: Ignoras quod nichil carnale nichil terrenum gestent qui cupiunt potestatem in celestibus obtinere. Egredienti autem apostolo de carcere rex occurrit ~~et~~ et obvolutus eius pedibus veniam postulabat. Cui apostolus ait: Multum vobis prestitit deus ut secreta sua ostenderet vobis. Credite in cristum et baptizemini ut eterni regni participes

[illegible] fecit vidi [illegible] ud quod frater meus possidet et illud co[illegible] Cui apostolus hoc in potestate fratris tui est. Cui rex illud erit meum et apostolus tibi fabricet alterum quod si forte nequiverit facere et tibi et michi commune erit. Respondit apostolus: Innumerabilia pallacia sunt in celis pallacio ab inicio seculi preparata que fide et elemosinis comparantur. Divicie autem vestre vos antecedere possunt sequi vero omnino non possunt. Post unum vero mensem fecit apostolus omnes homines illius provincie congregari cumque congregati fuissent debiles et infirmos seorsum stare iussit et super eos oravit. Cumque qui docti erant respondissent ~~am~~ amen choruscacio de celo veniens tam apostolum quam ceteros fere per horam et dimidiam sic perstrinxit ut omnes se putarent ictu fulguris interisse. Surgens autem apostolus se dixit: Surgite quia dominus meus sicut fulgur venit vos que sanavit. Exurgentes autem sani omnes deum et apostolum glorificaverunt. Tunc apostolus cepit eos docere et duodecim gradus virtutum assignare. Primus ut in deum crederent qui est unus in essencia et trinus in personis. Dixitque eis exemplum triplex sensibile quo sint in una essencia ~~tune~~ tres persone. Primum quod ~~in~~ una est in homine sapiencia, et ab illa una procedunt intellectus et memoria. Memoria ut non obliviscaris quod didicisti intellectus ut intelligas que ostendi possunt vel doceri. Secundum est quod in una vinea tria sunt scilicet folium lignum et fructus et hec omnia tria unum sunt. Tercium est quia caput unum quatuor sensibus constat in uno enim capite sunt visus auditus gustus odoratus et hec sunt plura et tamen sunt unum caput. Secundus gradus est ut baptismum susciperent. Tercius gradus ut se a fornicacione abstinerent. Quartus ut se ab avaricia temperarent. Quintus ut gulam restringerent. Sexto ut penitenciam tenerent. Septimo ut in hiis perseverarent. Octavo ut hospitalitatem amarent. Nono ut voluntatem dei in faciendis quererent et eam opere complerent. Decimo ut ea in non faciendis ~~ut~~ quererent et eam vitarent. Undecimo ut caritatem et amicis et inimicis impenderent. Duodecimo ut in custodiendis hiis vigilem curam adhiberent. Per predicationem vero eius baptizati sunt novem milia virorum exceptis parvulis et mulieribus. Post hoc autem in superiorem Indiam abiit in qua innumeris miraculorum signis coruscavit. Sinticen eciam amicam Migdonie Carisii uxoris cognati regis apostolus illuminavit. Dixit quoque Migdonia ad Sinticen: Putas si potero eum videre? Tunc Migdonia de consensu eius vel de consilio habitum mutavit et inter pauperes mulieres ubi apostolus predicabat advenit. Apostolus autem incepit de vite huius miseria predicare dicens inter cetera: Misera vita hec est, misera casibus subiecta et adeo fugitiva ut cum teneri creditur effugiat labefacta. Deinde cepit quatuor rationibus cohortari ut libenter verbum dei audirent, ipsum verbum dei quatuor rebus comparando. Primo collirio eo quod ~~oculum~~ oculum nostri intellectus illuminat. Potioni eo quod nostrum affectum ab omni carnali amore purgat et mundat. Emplastro eo quod nostrorum peccatorum vulnera sanat. Cibo eo quod nos celestium amore delectat. Et sicut inquit hec egroto non valent nisi ea receperit sic nec anime languenti verbum dei prodest nisi illud devote audierit et retinuerit. Predicante igitur apostolo Migdonia credidit et deinceps viri thorum abhorruit. Tunc Carisius a rege impetravit et apostolum in carcerem posuit. Ad quem veniens Migdonia rogavit ut sibi ignosceret quod propter eam in carcerem missus esset. Quam ille benigne consolans hec dicit pati se libenter. Carisius autem regem rogavit ut reginam sororem uxoris sue ad eam mitteret si forte eam revocare posset. Missa regina convertitur ab ea quam volebat pervertere. Visis quoque tot miraculis que apostolus faciebat dixit: Maledicti sunt a deo qui non credunt hiis ~~miraculis~~ operibus. Tunc apostolus qui aderant omnes in tribus breviter instruxit, scilicet ut ecclesiam diligerent, sacerdotes honorarent et continue ad audiendum verbum dei convenirent. Revertente autem regina dixit ei rex: Ut quid tam diu morata es? Que dixit: Putabam Migdoniam stultam esse sed sapientissima est. Et me ad apostolum ducens viam veritatis cognoscere fecit. Et ~~nimis~~ nimis stulti sunt qui in Christum non credunt. Noluit quoque regina deinceps regi copulari. Stupefactus ergo rex dixit cognato suo: Dum uxorem tuam recuperare vellem meam perdidi et peior michi effecta est quam tua tibi. Tunc iussit rex apostolum ligatis manibus ad se adduci precipiens ei ut ad suos viros coniuges revocaret. Apostolus autem triplici exemplo ei ostendit quod quamdiu in errore persisterent hoc facere non deberent, videlicet exemplo regis, exemplo turris, exemplo fontis. Unde dixit: Tu cum sis rex non vis habere servicia inquinata et immundos servos pariter et ancillas, quanto magis credere debes quod amat castissima et munda servicia deo placida. Numquid igitur culpor si deum amare predico in servis suis quos diligit? Et in tuis fabricavi turrim excelsam et dicis mihi ut ego qui fabricavi eam destruam. Fodi terram profundam et eduxi fontem de abisso et dicis mihi ut obstruam illum. Tunc iratus rex iussit afferri laminas ardentes ferreas et apostolum stare super eas nudis pedibus. Protinus autem nutu dei fons ibi erupit et eas extinxit. Tunc rex ex consilio ~~[illegible]~~ cognati sui eum in fornacem ardentem misit qui tamen sic refrigeratus est ut die altera sanus inde exierit et illesus. Dixit quoque regi Carisius [illegible] illi sacrificare deo suo [illegible] [illegible] liberat. Thomas ait [illegible] dixit regi: Prestancior tu quam factura tua es quo tu verum deum negligis et picturam colis. Tu putas sicut et Carisius dicit: Deus meus michi irascetur. Pocius adorante deum tuum ymmo magis irascetur deo tuo et eum comminuet. Adoro ergo eum si ergo adorante me deum tuum deus meus non contriverit illud sacrificabo illi. Sin autem sit, tu credis deo meo. Cui rex: Adhuc mecum ex pari loqueris? Precepit igitur apostolus in ebraice demoni qui ibi erat ut quam cito coram ydolo genua flecteret statim ydolum comminuat. Flectens igitur apostolus genua dixit: Ecce adoro sed non ydolum, ecce adoro sed non simulacrum. Adoro autem Cristum deum et meum in cuius nomine precipio tibi demon qui in eo latitas ut simulacrum istud comminuas. Statim quasi cera liquefactum est. Tunc omnes sacerdotes ydolorum mugitum dederunt. Pontifex autem templi elevans gladium apostolum transverberavit dicens: Ego vindicabo iniurias dei mei. Rex autem et Carisius fugierunt videntes quod populus vellet apostolum vindicare et pontificem vivum incendere. Cristiani autem corpus apostoli tulerunt et honorifice sepelierunt.

Post longum vero tempus circa annos domini CCXXX° corpus apostoli in Edissam civitatem que olim dicebatur Rages Medorum translatum est ab Alexandro imperatore ad Syrorum preces hoc facientes. In illa autem civitate nullus hereticus nullus iudeus nullus paganus vivere potest nec tyrannus aliquis nocere ibi potest ex quo Abagarus rex civitatis epistolam manu scriptam salvatoris accipere meruit. Nam si qua gens aliqua contra civitatem illam insurrexerit infans baptizatus super portam stans epistolam illam legit et ea die vel salvatoris scriptis vel apostoli [illegible] meritis hostes aut fugiunt aut pacem suscipiunt. Ysidorus in libro de vita et obitu sanctorum sic dicit de apostolo isto: Thomas apostolus Cristi audiendo incredulus videndo fidelis fuit. Hic ewangelium predicavit Parthis et Medis et Persis Hyrcanis quoque Bractianis et in Orientalem plagam in intima gencium regressus et in [illegible] partem [illegible] penetrans ibi predicacionem suam usque ad titulum sue passionis perduxit. Hic lanceis transfixus decubuit. Hec Ysidorus. Crisostomus autem ait quod Thomas ad regionem Magorum qui ad Cristum adorandum venerant devenit ipsosque baptisavit et facti sunt adiutores fidei cristiane.

Sancta Eugenia filia Philippi prefecti Allexandrie cum esset pulcherrima et sapiens in libris philosophorum anno XV° etatis sue in coniugium petitur a filio consulis eiusdem urbis. Ipsa autem amore castitatis eius peticioni resistens edocta est ab epistolis beati Pauli quas forte invenit. Et quia pater suus iusserat omnes cristianos ab Allexandria urbe discedere rogavit eum ut recreandi causa permitteret ei predia sua infra Allexandriam civitatem visitare. Quod cum faceret audivit cristianos cantantes et dicentes: Omnes dii gencium demonia. Et sic ydolorum vim attendens duobus famulis suis Protho et Jacincto probavit aperte quod fides paganorum nulla erat. Et audiens quendam episcopum qui nullam feminam ad se venire sinebat totondit se et in habitu virili cum duobus famulis suis ad episcopum ivit. Et invenerunt eum cum maxima multitudine hominum laudancium deum. Hic solus pre senectute asinum equitabat. Fuit certe tam sanctus quod ab infancia sua qui mittebatur ad ignem vestimenta sua illesa deferebant et manebat. Ipse eciam aquam cum quodam heretico disputans de fide cum sublimitatem argumentorum eius non ferret, dixit ei illud episcopus Helenus: verbis contendere ad nichil utile est, sed ad conclusionem audientium ~~[illegible]~~ accendatur ignis in medio civitatis et ingrediamur simul, et qui combustus non fuerit vera erit fides eius. Quod cum placuisset omnibus, copiosus ignis accenditur. Quem iussit episcopus illum introire. Cui ille: Ingredere tu qui hoc proposuisti. Statim ille se signans signo sancte crucis oravit et in medium ignis ingressus stetit diu omnino illesus. Et sic egressus imperavit illi ut introiret. Quem renitentem et fugientem populus misit in ignem, et mittentes episcopus semivivum eum eripuit. Et sic ille cum magno dedecore expulsus est a regione. Ad istum episcopum cum venisset sancta Eugenia cum famulis suis, apprehendit eam per manum et in secretum ducens interrogavit eam dicens quis esset et unde. Ait ille: ~~cives~~ cives inquit romani sumus et fratres. Et dixit ei nomina suorum. Suorum se vero dixit Eugenium. Cui episcopus: Recte Eugenium te vocas quia viriliter agis, sed es femina. Sic docuit me spiritus sanctus. Et multa alia locutus est ei, fecitque eam in habitu virili in monasterio permanere. Cum autem parentes puelle vidissent quod currus ille cortinatus in quo sancta Eugenia erat vacuus redisset, dolentes nimis illam quasi perditam diu fleverunt. Sancta autem Eugenia sic in illo monasterio permanens et in omni virtutum gratia omnes fratres monasterii illius precedebat. Tercio autem anno sue conversationis defunctus est abbas et statim ipsa eligitur in abbatem. Et ut impleret preceptum domini, quod qui esset omnium prelatus factus est omnium servus, aquam portabat, ligna scindebat et omnia vilia officia exercebat. Eligens cellulam ~~iux~~ iuxta ianuam ubi ianitor habitabat. Audiens autem quedam matrona quod frater Eugenius multa miracula faciebat et egros omnes sanabat, cum per annum laborasset quartana, venit ad eum, que statim sanata in domum suam rediit et gratias agens ei multa munera misit. Cui Eugenius contraria remittens ait: abundamus hec, at ea pauperibus. Quod audiens illa confortata est, et putans esse iuvenem pulcherrimum, illum concupivit. Cumque illi plurima munera cum precibus promitteret et offerret, et ad hoc venit ut sanctum Eugenium vellet sibi ~~[illegible]~~ maritum. Cui ille semper contraria predicabat. Sed illa non audiens ut invitaret eum egritudinem simulat et rogat ut a sancto Eugenio visitetur. Qui cum ingressus fuisset in cubiculum, illa apprehensum amplectitur, osculatur et ad coitum hortatur. Et dum ille eam verbis asperis increparet, illa confusa putans se detegi nisi prius ipsa detegeret et manifestaret, ivit ad Alexandriam prefecto civitatis, conqueritur dicens quod ille iuvenis abbas illius ecclesie, qui simulat sanctitatem, medendi gratia veniens ad turpitudinem me provocavit et me violasset nisi proclamans a sua mea familia liberarer. Audiens hoc prefectus nuncios misit illuc qui ipsum cum omnibus monachis vinctum adducerent. Adducti duris carceribus includuntur ut die statuto diversis suppliciis morerentur. Rumor ille undique diffunditur; omnibus videtur quod tam illustris femina nullatenus mentiretur. Tandem productus beatus Eugenius coram infinita multitudine simul inter magnas verberationes queritur cur feminam que tam formosa et tam illustris esset ad ~~tam~~ tantam turpitudinem provocasset. Audiens hoc beatus Eugenius capite dimisso ne posset cognosci ait: Deus cui servio castitatem docuit et eam servantibus vitam eternam promisit. Unde hanc feminam non debemus revelare, quia si detecta esset aliquid pateret et nos fructum pacientie perderemus. Tamen iuro vos per fidem quam debetis imperatori ut mecum mali sustineat si probavero falsum esse quod illa tam constanter affirmat. Et annuente prefecto

Dixit illi: O misera et infelix hoc [illegible] ponis [illegible] christianos [illegible] quia nos non sumus tales quales tu dicis. Tu vero ancillam tuam fac que hoc vidit, ut mentita appareas, comprobet. Que cum venisset et dicta domine sue ut concordaret, iussu prefecti tota familia convocatur et ita esse ab omnibus confirmatur. Et iratus prefectus nimis: Quid potes dicere, o miserrime, quod tot et tantis convinceris testibus? Ad hec Eugenius dixit: Venit tempus loquendi et tempus tacendi transiit. Volebam autem usque in iudicio veritatem non dicere, sed ut malicia non vincat sapientiam, veritatem dicam non ipse iactanciam sed ipse dei gloriam. Et hec dicens rupit tunicam suam a capite usque ad ventrem et apparuit femina et ait ad prefectum: Tu meus Philippus es pater meus et uxor tua Claudia mater mea, fratres mei hii duo qui tecum sedent Avitus et Sergius, ego enim sum filia tua Eugenia que pro amore Christi ad hiis duobus famulis meis mundum fugi et ut servarem castitatem meam fingere Eugenium mihi nomen imposui. Agnoscens itaque pater filiam, fratres sororem, famuli dominam, statim currunt ad illam, fundunt lacrimas et eam coram omnibus amplectuntur. Nunciavit hoc matri sue et illa cursu citatissimo ad videndum properavit filiam. Vestibus auratis induitur et sublime extollitur. Et deus christianorum ab omnibus collaudatur. Et ut deus ostenderet verum esse quod sanctus Eugenius dixerat, viderunt omnes de celo ignem qui descendebat et illam infidelem mulierem cum domo sua et quidquid ad eam pertinebat combussit. Exinde omnes renovantur, christiani baptizantur, prefectus cum tota domo sua. Et statim ipse ab omnibus christianis eligitur in episcopum et consecratur. Sed quia invidia inimici movetur semper bonos persequitur, [illegible] invidi ad imperatorem pro persecutione christianis

[illegible] vero prefecto [illegible] tempore quo christiani [illegible] mandavit imperator ut aut deos adoraret aut prefecturam cum omnibus divitiis suis resignaret. Tunc ille egritudinem simulabat et quicquid habebat distrahens pauperibus erogavit. Post unum igitur annum et in[illegible] venit quidam prefectus missus ad imperatorem et dum quereret occidere eum nec posset quia ab omnibus amabatur, misit suos qui seipsos fingerent christianos fore et ingredientes orantem percusserunt. Percussores statim iudiciis presentantur, sed iudex principalis sue culpe constituit eos quidem [illegible], sed post modicum dixit eos ab imperatoris indulgentia fore relaxandos. Percussus autem triduo supervixit et christianos alios confortavit et sepultus est in cella ubi sancta Eugenia abbas fuerat. Et sic Eugenia matre et fratribus et duobus famulis assumptis Romam ingressi gloriose sunt recepti et ibidem multos in proximo tempore ad fidem converterunt. Erat autem puella nomine Basilia cui vellet coniugem committi nec apte audisset. Sancta Eugenia hoc audiens accessit et dedit illos duos famulos Prothum et Jacinctum qui eam converterunt. Illa vero eos qui apostolos adorabat pro sponso vocamus ille nobilis qui Basiliam ducere volebat quod cum hoc tristis et anxius esset, cum eam nulla arte mutare posset de bono proposito, duxit eam ad imperatorem ad Eugeniam Galienum. Et ille dixit ut illa nuberet et ista sacrificaret aut utraque crudeliter interiret. Basilia itaque decollata est. Prothus vero et Jacinctus ad templum Jovis tracti oratione simulacrum comminuerunt. Prefectus magos putans eos eos esse hostiis decollavit. Eugenia vero ducta ad templum Dyane dum adorare compellitur, oravit et statim terre motus fundamenta templi subvertit. Hoc audiens imperator saxo alligatam in flumine precipitari iussit Tyberim. Sed ad nuptis vinculis illa super [illegible] [illegible] conuicta est fornax [illegible] et in carcerem sine cibo et sine lumine mittitur sed ipsa apparente sibi Christo semper pane calidissimo et immenso lumine recreabatur. Cuius in die natalis sui in carcere decollatur. Dicto de festiuitatibus que occurrunt infra tempus renouationis quod incipit a Moyse et prophetis et durauit usque ad aduentum Christi in carnem quod tempus representat ecclesia ab aduentu usque ad ~~nat~~ natiuitatem domini inclusiue, sequitur uidere de ~~festiuitatibus~~ festiuitatibus que eueniunt infra tempus quod partim continetur sub tempore reconciliationis partim et sub tempore peregrinationis quod tempus representat ecclesia a natiuitate usque ad quadragesimam sicut supra in prologo dictum est.

Natiuitas domini nostri Jesu Christi secundum carnem ut quidam aiunt completis ab Adam quinque milibus ducentis uiginti octo annis. Secundum alios sex milibus uero iuxta Eusebium Cezariensem episcopum in Coronicis qui sub quinque milibus nongentis tempore Octauiani imperatoris facta est. Computatio tamen sex milium annorum et inuenta fuit a Methodio potius mistice quam cronice. Veniente autem ipso filio dei in carnem tanta pace mundus uniuersus gaudebat ut toto orbi unicus imperator pacifice presideret. Hic dictus est Octauianus propria impositione Cezar a Julio Cezare cuius fuit nepos, Augustus ab augmento reipublice, imperator a dignitate honoris que ad differentiam aliorum regum fuit primo hoc nomine insignitus. Nam sicut nasci uoluit ut nobis pacem temporis et pacem eternam tribueret, sic uoluit ut nichilominus [illegible] [illegible] [illegible] tempore illustraret. Cezar [illegible] Augustus uniuerso presidens orbi scire uoluit quot prouincie quot ciuitates quot castra quot uille quot homines in toto orbe essent. Jussit que ut dicitur in hystoriis scolasticis ut omnes homines ad urbem unde trahebant originem pergerent et quilibet denarium argenteum qui ualebat decem nummos usuales unde et denarius dabat presidi prouincie tradens se subditum romano imperio profitetur. Nam et nummus ymaginem cezaris preferebat et superscriptionem. Dicebatur enim professio et subscriptio secundum diuersa consideratione. Professio enim dicebatur quia quilibet cum reddebat presidi prouincie censum super caput id est denarium illud quod soluebat ponebat illud super caput suum et proprio ore profitebatur se esse subditum romano imperio. Vnde dicebatur professio id est proprio ore confessio et fiebat hoc coram omni populo. Descriptio autem dicebatur quia quilibet numerus eorum qui censum capitis ferebant certo determinabatur numero redigebatur in scriptis. Hec autem descriptio primo facta est a preside Syrie Cyrino ut in eisdem hystoriis scolasticis habetur. Et dicitur prima quantum ad Cyrinum. Dicta enim Judea in umbilico nostre habitationis esse dicitur, prouisum est ut in ea inchoaretur et deinde circumstantes regiones et alii presides prosequerentur. Vel prima dicitur uniuersalis quia alie precesserunt particulares. Vel forte quia capitum prima in ciuitate fiebat a preside, secunda ciuitatum in regione a legato cezaris, tercia regionum in urbe coram cezare. Jozeph autem cum esset de genere Dauid a Nazareth in Bethleem profectus est. Cum autem beate Marie tempus pariendi instaret et ipse de suo reditu nesciret, eam secum assumpsit et in Bethleem duxit, secum uolens thezaurum a deo sibi commissum in alienas manus dimittere sed ipse pro se uolens illud cura peruigili custodire. Cum ergo Bethleem appropinquassent ut frater Bartholomeus in sua compilatione testatur et de libro infantie saluatoris sumptum [illegible] ergo [illegible] per generationem [illegible] pagani aut per [illegible] est prius gentilis qui in semine Abrahe cunctarum benedictionem acciperet, prius autem gentes et plebs iudaica a deo pro suis meritis ~~reprobatur~~ reprobata.

Cum ergo ambo in Bethleem pervenissent et quia pauperes erant et etiam quia iam hospitia alii propter hoc ipsum venientes occupaverant, nullum habere hospitium potuerunt. Diverterunt ergo se in communem transitum, ut dicitur in hystoria scolastica. Erat autem inter duas domos coopertorium habens, quod diversorium dicitur, sub quo cives ad colloquendum vel diebus ocii vel ad quiescendum pro aeris intemperie conveniebant seu divertebant, ubi forte Joseph presepe bovi et asino fecerat vel secundum quosdam rustici, cum ad forum veniebant, animalia sua ibi ligabant et ideo presepe ibidem constructum erat. In ipsa igitur nocte media die dominica beata virgo filium peperit et in presepio super fenum reclinavit. Quod fenum, ut habetur in scolastica hystoria, beata Elena postmodum Romam detulit, a cuius feni comestione bos et asinus abstinebat, ut dicitur. Notandum autem quod nativitas Christi fuit mirabiliter facta, multipliciter ostensa, utiliter comprobata. Fuit mirabiliter facta tum ex parte generantis, tum ex parte geniti, tum ex parte modi generandi. Ex parte generantis, quia ipsa fuit virgo ante partum, virgo in partu, partu et virgo post partum. Et quod sit scilicet quod virgo manens peperit quinque modis ostenditur. Primo per prophetam, Ysaie vii: Ecce virgo. Secundo per figuram. Hoc ergo prefiguratum fuit per virgam Aaron que sine omni humano studio floruit et per portam Ezechielis que semper clausa permansit. Tertio per custodiam Joseph. Joseph enim quod eam ipsam custodivit testis sue virginitatis extitit. Quarto per experientiam. Legitur enim, ut in compilatione Bartholomei habetur et in libro infancie salvatoris sumptum fuisse videtur, beate Marie sponsus partu [illegible] licet eum de virgine nasciturum non dubitaret, morem tamen patrie [illegible] obstetrices vocavit, quarum una vocabatur Zebel et alia Salome. Zebel ergo considerans et inquirens et ipsam virginem inveniens clamat virginem peperisse. Salome autem dum non crederet sed similiter probare vellet, continuo aruit manus eius. Jussu tamen angeli sibi apparentis puerum tetigit et continuo sanitatem recepit. Quinto per miraculi evidentiam. Rome enim, ut testatur Innocentius papa tertius, xii annis pax fuit. Igitur Romani templum pacis pulcherrimum construxerunt et sibi statuam Romuli posuerunt. Consulentes autem Apollinem quamdiu staret, acceperunt responsum: quousque virgo pariat. Hoc ergo audientes dixerunt: In eternum durabit. Impossibile enim credebant quod unquam virgo pareret. Unde in foribus eius titulum hunc scripserunt: Templum pacis in eternum. Sed in ipsa nocte qua virgo peperit Christum templum funditus corruit et ibi nunc modo ecclesia sancte Marie nove est. Secundo fuit mirabiliter facta ex parte geniti. Nam sicut dicit Bernardus: In eadem persona eternum et antiquum, temporale et novum mirabiliter convenerunt: eternum id est divinitas, et antiquum id est caro ab Adam traducta, novum id est anima de novo creata. Item sic idem dicit: Hodie tres mixturas id est tria opera fecit deus ita singularia mirabiliter ut talia nec facta sint nec amplius facienda sint. Coniuncta quidem sunt ad invicem deus et homo, mater et virgo, fides et cor humanum. Prima valde mirabilis quia coniuncta sunt limus et deus, maiestas et infirmitas, tanta vilitas et tanta sublimitas. Nichil enim deo sublimius et nichil limo vilius. Secunda nichilominus valde mirabilis. A seculo enim non est auditum quod virgo esset que peperit, quod mater esset que virgo permansit. Tertia prima et secunda inferior sed nimis fortis. Mirum enim est quo cor humanum [illegible] accomodavit quo credi potuit quod deus homo esset et quod virgo mansit quae peperisset. Hec Augustinus. Tercio fuit mirabiliter facta quo ad partem matris generantis. Ipsa enim plus fuit supra naturam pro eo quod virgo concepit, supra rationem pro eo quod deum genuit, supra humanam condicionem pro eo quod sine dolore peperit, supra consuetudinem eo quod de spiritu sancto concepit. Non enim genuit virgo ex humano semine sed mistico spiramine. Nam spiritus sanctus de castissimis et purissimis sanguinibus virginis accepit et inde corpus formatur. Et sic quartum modum mirabilem faciendi hominem deus ostendit. Nam sicut dicit Anselmus quatuor modis deus potest facere hominem, scilicet sine viro et femina sicut fecit Adam, de viro sine femina sicut fecit Evam, de viro et femina sicut communiter probat usus, et de femina sine viro hodie mirabiliter factum est.

Quarto eius nativitas fuit hodie multipliciter ostensa, est enim per omne genus creaturarum. Est enim quedam creatura quae tantum habet esse sicut pure corporalia, quedam habet esse et vivere sicut vegetabilia, quedam habet esse et vivere et sentire sicut animalia, quedam quae habet esse, vivere, sentire, discernere et intelligere sicut homo, quedam quae habet esse, vivere et intelligere sicut angelus. Per has omnes creaturas Christi nativitas est hodie ostensa. Prima autem creatura scilicet pure corporea triplex est, scilicet opaca, transparens sive pervia et lucida. Primo quidem ostensa est per pure corporea opaca sicut per destructionem templorum ut supra dictum est et per ruinam statue Romuli dei Romanorum quae tunc cecidit et comminuta est et per ruinam aliarum statuarum quae tunc in aliis locis plurimis ceciderunt. Legitur enim quod Jeremias propheta in Egiptum descendens post mortem Godolie regibus Egipti signum dedit quod eorum idola corruerent cum [illegible] et [illegible] ydolorum ymaginem virginis puerum in gremio baiulantis in secreto loco templi statuerunt et eam adorabant. Sed a Ptolomeo rege postea interrogati quid hoc sibi vellet, dixerunt paterne tradicionis esse misterium quod a sancto propheta eorum maiores acceperunt et sic in rebus futurum esse credebant.

Secundo per pure corporea transparencia et pervia. Nam in ipsa nocte obscuritas aeris in claritatem diei conversa est Rome ut testatur Orosius et Innocentius papa tercius. Fons aque in liquorem olei versus est et erumpens usque ad Tiberim profluxit et tota illa die largissime emanavit ubi modo est sancta Maria trans Tiberim. Prophetizaverat enim Sibilla quod cum erumperet fons olei nasceretur salvator.

Tercio per pure corporea lucida sicut per corpora supercelestia. Nam in ipsa die nativitatis secundum aliquorum revelacionem, ut ait Crisostomus, magis super quendam montem orantibus stella quedam super ipsos apparuit quae formam pueri pulcherrimi habebat et in eius capite crux splendebat, quae magos alloquens dixit ut in Judeam pergerent et ibi natum puerum invenirent. In ipsa etiam die tres soles in oriente apparuere qui paulatim in unum corpus solare redacti sunt, per quod significabatur quod trinus et unius dei noticia toti orbi immineret vel quod natus erat ille in quo tria sunt, scilicet caro, anima et deitas, quae in unam personam convenerunt. In historia tamen scolastica legitur quod non in ipsa die nativitatis tres soles apparuerunt sed ante per aliquod tempus, scilicet post mortem Julii Cesaris, quod et Eusebius in cronica asserit. Octavianus insuper imperator, ut ait Innocentius papa tercius, universo orbe dicioni Romane subiugato in tantum senatui placuit ut eum pro deo colere vellent. Prudens autem imperator se mortalem intelligens immortalitatis nomen noluit sibi usurpare. Ad illorum vero [illegible] [illegible] volens per eius oracula si in mundo maior eo nasceretur. Cum ergo in die nativitatis domini super hac re consilium convocasset et Sibilla in camera imperatoris oraculis insisteret in die media circulus apparuit circa solem et in medio circuli virgo pulcherrima stans puerum gestans in gremio. Sibilla hec Cesari ostendit. Cum autem imperator ad predictam visionem plurimum admiraretur audivit vocem dicentem: Hec est ara celi. Dixit quoque ei Sibilla: Hic puer maior te est et ideo ipsum adora. Eadem autem camera in honorem sancte Marie dedicata est unde usque hodie dicitur ara celi. Intelligens igitur imperator quod hic puer maior se erat ei thura obtulit et deus de cetero vocari recusavit. De hoc autem ita Orosius dicit: Octaviani igitur tempore hora circiter tercia repente liquido ac sereno aere ad speciem celestis arcus circulus orbem solis ambivit quasi venturus esset qui ipsum solem solus mundumque totum fecisset et regeret. Hec Orosius. Item ait Eutropius refert quod Thimoteus hystoriographus se in antiquis Romanorum hystoriis invenisse dicit quod Octavianus xxxv anno regni sui capitulum ascendit et quis post se rempublicam gubernaret a diis sollicite requisivit et audivit vocem sibi dicentem puerum ethereum deo vivente sine tempore genitum non multum post tempus ex intemerata virgine Christum sine macula nasciturum. Hoc audito ille aram edificavit cui hunc titulum inscripsit: Hec est ara filii dei viventis. Secundo ostensa et manifesta est per creaturam que habet esse et vivere sicut sunt plante et arbores. In hac enim nocte sicut Bartholomeus in sua compilacione testatur vinee Engadi que proferunt balsamum floruerunt et fructum protulerunt et liquorem dederunt.

Tercio per creaturam que habet esse et vivere et sentire sicut animalia manifestata est. Ergo Joseph in Bethleem cum Maria pregnante duxit secum bovem forte ut ipsum venderet et censum pro se et virgine solveret et de residuo viveret et unum asinum forte ut virgo super eum veheretur. Bos igitur et asinus miraculose dominum cognoscentes flexis genibus ipsum adoraverunt. Unde et cum Christus natus per aliquot dies ut ait Eusebius in cronica cum quidam ararent boves ad aratores dixerunt: homines deficient segetes proficient. Quarto per creaturam que habet esse vivere sentire discernere et intelligere ut est homo sicut per pastores. Nam in ipsa hora pastores super gregem suum vigilabant sicut bis in anno et in longioribus et brevioribus noctibus anni consueverant. Hoc enim fuit antiquitus gentibus in usu solsticio scilicet estivali circa festum sancti Johannis Baptiste et hiemali circa nativitatem domini vigilias noctis custodire ob solis venerationem qui forte mos et apud Iudeos ex usu cohabitancium inoleverat. Apparuit igitur angelus domini apparens et salvatorem natum nunciavit et quo inveniretur signum dedit. Facta est cum eo multitudo angelorum dicencium: Gloria in altissimis deo. Pastores ergo venientes totum sic ut angelus dixerat invenerunt. Sic manifesta est per Cesarem Augustum qui tunc preceptum dedit ne eum aliquis deum vocare auderet. Sic Orosius testatur. Forte enim eam visionem illam circa solem vidisset recolens simul de ruina templi et de fonte olei et intelligens quod in mundo natus esset qui maior se erat nec deus nec dominus vocari voluit. In quibusdam cronicis legitur quod appropinquante die nativitatis Christi Octavianus per mundum vias publicas fieri precepit et omnia debita Romanis dimisit. Sic etiam manifesta est per Sodomitas qui omnes in toto mundo in nocte illa extincti sunt. Sic dicit Jeronimus super illud Lux orta est eis, visitata scilicet quod omnes laborantes illo vicio contriuit. Hoc fecit Cristus ut vicium eradicasset ne in natura quam assumpserat tanta de cetero immundicia inveniretur. Nam ut ait Augustinus videns deus vicium contra naturam in humana natura fieri fere desiit incarnari. Excepto per creaturam que scilicet esse vivere sentire discernere et intelligere sicut angelus. Angeli nunciaverunt ipsam Cristi nativitatem ut supra dictum est pastoribus annunciavit. Tercio eius nativitas est nobis utiliter exhibita. Primo ad demonis confusionem. Nam hostis iam nos ut ante prevalere non potest. Unde legitur quod sanctus Hugo abbas Cluniacensis in vigilia nativitatis domini beatam virginem vidit in ulnis tenentem filium et dicentem: Adest dies in qua prophetarum oracula renovantur. Ubi est nunc hostis qui ante hunc diem hominibus prevalebat? Ad hanc vocem dyabolus de humo erupit ut verbis domine insultaret, sed preventa est iniquitas sibi et quod eum per officinas fratrum traxit ipsum ab oratorio devocio, a refectorio leccio, a dormitorio stramenta vilia, a capitulo paciencia reiecit. In libro eciam Petri Cluniacensis legitur quod in vigilia nativitatis domini sancto Hugoni Cluniacensi apparuit beata virgo filium in gremio tenens et cum eo ludens, qui dicebat ei: Nosti mater quod diem natalis mei ecclesia cum magno laudum tripudio celebrabit; et ubi nunc est virtus dyaboli vel quid dicere potest aut facere? Tunc dyabolus videbatur qui de antro surgens ac dicens: Et si in ecclesiam ubi laudes tue fiunt intrare non possum, sed tamen in capitulum dormitorium et refectorium intrabo. Quod ille attemptans invenit hostium capituli nimis arctum, hostium sibi grossum, hostium dormitorii nimis depressum sibi elato, hostium refectorii repagulis reparabulatum impediebant caritatem scilicet fervencium aviditatem audiendi lectiones et sobrietatem cibi et potus, et sic confusus evanuit. Secundo ad venie impetracionem.

Unde legitur in quodam libro exemplorum [illegible] ad quendam [illegible] ad cor datum venisset de venia desperabat. Nam cogitans de iudicio reputabat se reum; cogitans de inferno reputabat se ibi ardendum; cogitans de paradiso reputabat se indignum; cogitans de passione reputabat se ingratum. Cogitans vero quod pueri de facili placantur, ipsum per suam infanciam adoravit et vocem de sua venia audire meruit. Tercio ad infirmitatum curacionem. Unde dicit Bernhardus quod triplici morbo laborabat genus humanum in principio et in medio et in fine, in nativitate vita et morte. Nativitas erat immunda, vita perversa, mors periculosa. Venit Cristus et contra hunc triplicem morbum attulit triplex remedium. Natus enim est, vixit et obiit. Cuius nativitas purgavit nostram nativitatem, cuius vita instruxit nostram vitam et mors illius destruxit nostram. Hec Bernhardus. Quarto ad superbie humiliacionem. Unde dicit Augustinus: Ista humilitas filii dei quam nobis in incarnacione exhibuit fuit nobis in exemplum sacramentum et medicamentum; in exemplum convenientissimum quod homo imitaretur, et aliud sacramentum quo peccati nostri vinculum solveretur, et summum medicamentum quo tumor nostre superbie sanaretur. Hec Augustinus. Superbia enim primi hominis sanata est per humilitatem Cristi, et nota quod convenienter humilitas salvatoris subveniat superbie proditoris. Superbia enim primi hominis fuit contra deum, usque ad deum et super deum. Fuit contra deum quia contra eius preceptum comederat de ligno sciencie boni et mali comedebat. Fuit etiam usque ad deum quia ad appetitum deitatis erexit credens quod dyabolus dixerat: Eritis sicut dii. Fuit etiam super deum secundum sanctum Anselmum volendo quod deus nunquam velle nolebat. Tunc enim voluntatem suam super dei voluntatem posuit. At dei filius secundum Johannem Damascenum humiliatus est propter homines, non contra homines, usque ad homines et super homines. Propter homines quia propter eorum utilitatem et salutem. Usque ad homines per nascendi modum consimilem, super homines propter nascendi modum dissimilem. Nam eius nativitas secundum aliquid nobis

8

[illegible] fuit et sic [illegible] et per [illegible] virginis clausam et illesam et [illegible] dissiliens quod de spiritu sancto et quod Maria virgine natus est.

Anastasia dicitur ab ana quod est sursum et stasis quod est stans sive status, quia sursum stetit a vitiis ad virtutes. Anastasia nobilissima Romanorum filia Pretextati illustris pagani a matre sua Fausta christiana et a beato Crisogono fidem Christi est edocta. Tradita autem Publio in uxorem languorem simulans semper se ab eius consortio abstinebat. Cumque audiret eam cum una ancilla tamen in vili habitu christianorum carceres circuire et eis necessaria ministrare, fecit eam artissime custodire ita ut etiam alimonia ei denegaretur. Volebat enim eam sic perimere ut posset in eius latissimis possessionibus lascivire. Putans igitur se ibi morituram dolorosas litteras Crisogono mittebat et ille consolatorias remittebat. Interea vir eius moritur et ipsa a carceribus liberatur. Hec habebat tres ancillas pulcherrimas quasi sorores carnales, quarum una dicebatur Agathen, altera Thyonia, tertia Hyrenen. Que omnes christiane erant et prefecti monitis nullatenus obedirent, in cubiculum eas reclusit ubi coquine utensilia servabantur. Prefectus autem in earum ardens amore ad eas iniit ut suam libidinem expleret, qui in amentiam versus putans se tractare virgines caccabos patellas caldaria similiaque amplexos osculabatur. Et cum postquam satiatus fuisset foras exiit nigerrimus et deformis et vestimentis conscissis. Quem servi qui eum pre foribus expectabant sic aptatum videntes, cogitantes quod in demonium esset versus, eum verberibus affecerunt et fugientes solum reliquerunt. Cumque imperatorem adiret et de huiusmodi iniuria conquereretur, alii virgis eum percutiebant, alii in eius faciem spuebant, alii lutum et pulverem in eum proiciebant, despicientes insulsum ipsum esset. Oculi autem eius tenebantur ne sic se deformem videret. Quapropter mirabatur plurimum cur sic eum omnes deridebant, qui in tanto honore quo consueverat videbatur, cum ei quod ipse et omnes albis vestibus essent induti. Putans vero eum sic se deformem ab aliis didicisset, quod puelle per artem magicam sibi hoc fecissent, iussit eas coram se expoliari ut eas saltem nudas aspiceret. Sed statim earum vestimenta sic earum corporibus adheserunt ut nullomodo exui valebant. Prefectus autem pre admiratione obdormivit ita stertens ita quod etiam a pulsantibus non poterat excitari. Tandem virgines martirio coronantur. Et Anastasia ab imperatore cuidam prefecto traditur ut si eam sacrificare faceret postmodum eam in uxorem haberet. Cumque eam in thalamum adduxisset et eam amplexari vellet, statim cecus effectus deos adiit querens si curari posset. Quibus dicentes: Quia sanctam Anastasiam contristasti nobis traditus es et amodo nobiscum semper in inferno torqueberis. Cumque domum reduceretur inter manus puerorum vitam finivit. Tunc Anastasia prefecto traditur alteri ut eam in custodia detineret. Audiens vero quod infinitas possessiones haberet, privatim dixit Anastasie: Si vis esse christiana fac quod precepit deus tuus. Ille enim precepit quod qui non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Omnia igitur que habes da mihi et vade quo volueris et vera christiana eris. Cui illa respondit: Deus meus precepit: vende omnia et da pauperibus, et non divitibus. Cum ergo dives sis, contra preceptum dei mei facerem si aliquid tibi darem. Tunc Anastasia dyro carceri fame necanda traditur. Sed a sancta Theodora que iam per martirium coronata fuerat per duos menses esca celesti pascebatur. Tandem cum ducentis virginibus ad insulas Palmarias ducta est ubi multi pro nomine Christi fuerant relegati. Post aliquos dies prefectus ad se omnes vocavit et Anastasiam ad palos ligatam ignibus cremavit. Alios vero diversis suppliciis interemit. Inter quos erat unus qui plures pro Christi nomine divitiis spoliatus semper dicebat: Christum a me non auferetis. Apollonia autem corpus sancte Anastasie in viridario suo sita ibi ecclesia honorifice sepeliunt. Passa est autem sub Dyocleciano qui cepit circa annos domini CC lxxxvii°.

Stephanus grece corona dicitur latine, sed hebraice norma. Fuit enim corona i. principium omnium martirum in novo testamento sicut Abel in veteri. Fuit et norma i. exemplar et regula aliis paciendi. Vel dicitur Stephanus quasi strenue stans, quod patet in suo sermone. Vel dicitur Stephanus quasi strenue fans anus i. strenue sive laudabiliter fans i. instruens et regens anus i. viduas quibus ab apostolis fuerat prefectus que ad literam anus erant. Est ergo corona propter principium martirii, norma propter exemplum paciendi et bene vivendi, strenue fans propter luculentam predicationem, strenue fans anus propter viduarum laudabilem instructionem.

Stephanus fuit unus de septem diaconibus ab apostolis in ministerium ordinatus. Crescente enim numero discipulorum conversi ex gentibus adversus conversos a Iudeis murmurare ceperunt eo quod vidue eorum in quotidiano ministerio contemplabantur. Huius autem murmuris causa potest dupliciter intelligi: aut quia vidue eorum in ministerio non admittebantur, aut quia pre ceteris in quotidiano ministerio gravabantur. Apostoli enim ut expeditius predicationi insisterent viduis ministrationem commiserant. Videntes itaque apostoli murmurationem circa pro administratione viduarum, volentes hanc murmurationem sedare, congregata omni multitudine dixerunt: Non est equum nos derelinquere verbum dei et cibum ministrare mensis. Glosa: Quia meliora sunt fercula mentis quam dapes corporis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii septem plenos spiritu sancto et sapientia quos constituamus super hoc opus. Glosa: ut ministrent vel ministrantibus presint. Nos vero orationi et predicationi insistentes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine et elegerunt septem quorum beatus Stephanus primus et princeps ceteris extitit, et adduxerunt eos ad apostolos et imposuerunt super eos manus. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Invidentes autem Iudei et eum superare et convincere cupientes triplici modo convincere eum aggressi sunt, scilicet disputatione, testium productione et tormentorum illatione. Sed tamen ipse disputatores superavit, testes falsos convicit et de suis tortoribus triumphavit. Et in qualibet pugna adiutorium de celo sibi datum est. In prima enim spiritus sanctus datus est ei qui sapientiam ministraret, in secunda vultus angelicus qui falsos testes terreret, et in tercia visus est Christus adiuvare paratus qui martirem confortaret. In qualibet enim pugna ponitur tria, scilicet aggressio, prelium collatum, adiutorium et acceptum triumphum. Historiam enim percurrentes breviter hec omnia videre poterimus. Cum igitur beatus Stephanus multa signa faceret et frequenter populo predicaret, Iudei primum prelium contra eum inierunt ut eum per disputationem convincerent. Surrexerunt quidam de synagoga Libertinorum a regione sic dictorum vel Libertinorum i. filiorum libertinorum i. eorum qui de servili manumissi sunt et libertate donati et sic de ser[illegible] simul fugierunt [illegible] et Cyrenensium i. Cyrenenses erant et Alexandrinorum et eorum qui erant a Cilicia et Asia disputantes cum Stephano. Ecce primum prelium. Deinde subiungit triumphum et non poterant sapientie eius resistere. Postremo post adiutorium et spiritum qui loquebatur in eum. Videntes igitur quod per quem modum pugnandi eum non possent superare ad secundum modum se callide convertunt ut scilicet eum falsis testibus superarent. Submiserunt enim duos falsos testes qui eum de quadruplici blasfemia accusarent. Adducentes itaque eum in concilium et falsi testes eum de quadruplici blasfemia accusaverunt scilicet de blasfemia in deum in Moysen in legem in tabernaculum sive templum. Ecce primum prelium. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio viderunt faciem eius tamquam faciem angeli. Ecce auxilium. Denique postea sequitur pugne victoria cum falsi testes de hiis omnibus confutantur. Dixit enim princeps sacerdotum: Si haec ita se habent? Tunc beatus Stephanus de illis quatuor que sibi falsi testes imposuerunt se per ordinem excusavit. Et primo excusavit se de blasfemia in deum dicens: Deus qui locutus fuit patribus et prophetis est deum glorie fuisse, ubi deum tripliciter commendat secundum quod gloria ibi potest tripliciter exponi. Est enim deus glorie i. collativus glorie. Primi regum secundo: Quicumque glorificaverit me glorificabo eum. Et deus glorie i. contentivus glorie. Proverbiorum viii°: Mecum sunt divitie et gloria. Prima ad Thimotheum primo: Regi seculorum inmortali. Commendat igitur deum tripliciter scilicet quod sit glorificans, glorificatus et glorificandus. Denique excusat se de secunda blasfemia in Moysen ipsum Moysen multipliciter commendando. Commendat enim eum precipue a tribus scilicet a zeli fervore quia percusso Egypto Hebreum [illegible] Egyptium interfecit, a miraculorum operatione que in Egypto et in deserto fecit, et a dei familiaritate quia ad deum familiariter locutus fuit. Tertio modo excusat se de tertia blasfemia que erat in legem ipsam tripliciter commendando scilicet ex ratione datoris quia fuit deus, ex ratione ministri quia fuit Moyses tantus, et tertio ex ratione finis quia dat vitam. Postremo cepit se purgare de quarta blasfemia que erat in tabernaculum et in templum ipsum templum quadrupliciter commendando scilicet quod fuit a deo iniunctum, visione ostensum, a Moyse consummatum et arche testimonii contentivum. Templum autem dixit tabernaculo successive succedere. Sic ergo beatus Stephanus de omnibus sibi obiectis rationabiliter se expurgavit. Videntes igitur iudei quod nec isto secundo modo eum superare valerent tertium modum assumunt et tertiam pugnam ineunt ut saltem tormentis et suppliciis superaretur. Quod ut vidit beatus Stephanus volens preceptum domini de fraterna correctione servare tribus modis conatus est eos corrigere et tantam maliciam cohercere scilicet pudore, timore et amore. Primo pudore eis duriciam cordis et sanctorum necem [illegible] improperando: Dure cervice et incircumcisi cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resistitis. Sicut patres vestri sic et vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri et occiderunt eos qui prenuntiabant de adventu iusti. Ut sic dicit glossa: Tres gradus malicie eorum ponit. Primus est quod spiritui sancto resistere. Secundus quod prophetas persecuti sunt. Tercius ut crescente malicia eos occiderent. Sed quia frons [illegible] meretricis facta erat eis ~~ne~~ et nesciebant erubescere ut sic accepta malicia desisterent. Audientes haec dissecabantur cordibus suis et stridebant in eum. Secundo modo ergo corrigit eos timore per hoc scilicet quod Jesum stare a dextris dei se videre perhibuit qui paratus se adiuvare et adversarios condemnare. Cum enim Stephanus esset plenus spiritu sancto intuens in celum vidit gloriam dei et ait: Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Licet ergo eos timore et pudore corripuit eos non tamen adhuc [illegible] cum exclamantes voce magna continuerunt aures ne blasphemantem audiret et impetum fecerunt unanimiter in eum et eicientes eum extra civitatem lapidabant. Illi autem hoc secundum legem se facere arbitrantes quae blasphemum extra castra praecipit lapidari. Et illi duo falsi testes qui contra eum primi lapides mittere debebant secundum legem dicentem: Manus testium lapidabit eum, deposuerunt vestimenta sua ne illorum tactu coinquinarentur vel ut ad lapidandum expeditiores redderentur secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus et postea vocatus est Paulus, qui eorum lapidantium vestimenta custodiret et eos quasi ad lapidandum expeditiores eos reddidit quasi omnium manu lapidaret. Cum autem eos nec timore nec pudore posset a tanta nequitia retrahere, tertium modum adhibuit ut saltem eos amore traheret. An non comm[illegible] amor sit quem eis ostendit qui pro se et pro ipsis oravit: ne sua passio prolongaretur et sic ipsi rei noxa maiora tenerent. Pro ipsis autem oravit ne hoc ipsis in peccatum imputaretur. Lapidabant igitur iudaei Stephanum invocantem et dicentem: Domine Iesu Christe accipe spiritum meum. Positis autem genibus orabat et clamabat voce magna dicens: Domine Iesu ne statuas ipsis hoc peccatum. Et vide amorem mirabilem, quia orando pro se stetit, orando pro suis lapidatoribus genua flexit, quasi plus orationem suam pro ipsis faciebat exaudiri quam illam quam pro se effundebat cupiebat exaudiri; pro ipsis etiam plus quam pro se genua flexit, quia ut dicit glossa ibidem: quanto maior iniquitas maius supplicandi remedium postulabat. In hoc etiam imitator Christi effectus imitatus qui in passione sua pro se oravit dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum; pro suis crucifixoribus oravit dicens: Pater ignosce illis. Et cum hoc dixisset obdormivit in domino. Isto pulchre dormitum est et non mortuus est, quia obtulit sacrificium dilectionis et obdormivit in spe resurrectionis. Facta est autem lapidatio Stephani eodem anno quo dominus ascendit, in primo mense Augusti tertio die mensis intrante. [illegible]acta igitur Gamaliel et Nicodemus qui pro Christianis in omnibus consiliis Iudaeorum sepelierunt eum in

[illegible] ctum magnum super [illegible]. Persecutio Christianorum quae erat in Ierusalem quae occasione beati Stephani unus de praecipuis principibus alios contra persequi coeperunt intantum ut omnes Christiani praeter apostolos qui erant ceteris fortiores per totam Iudaeorum provinciam sunt dispersi, iuxta quod dominus praeceperat: Et si vos persecuti fuerint in unam provinciam de civitate in civitatem fugite in aliam.

Refert Augustinus doctor egregius beatum esse Stephanum innumeris claruisse miraculis et mortuos sex suscitasse, infirmos plures a variis languoribus curasse. Praeter haec autem et alia miracula refert digne memoriae commendanda. Dicit enim quod flores super altare beati Stephani ponebantur et mirabiliter curabant infirmos. Panni etiam de eius altari sumpti et super aegros impositi multis contulerunt infirmitatibus medelam. Nam sicut ait Augustinus in libro xxii de civitate dei, flores ipsi de altari beati Stephani sumpti cuidam mulieri caecae oculis impositi sunt et lumen continuo recepit recepit. Refert quoque in eodem libro quod quidam vir primarius civitatis nomine Martialis infidelis esset et nequaquam converti vellet. Cum tamen plurimum aegrotaret, gener suus valde fidelis ad ecclesiam beati Stephani perrexit et de ipsis floribus qui super altare erant accipiens ad caput socii flores ipsos latenter posuit, super quos cum ille dormivisset protinus ante diluculum clamavit ut ad episcopum mitteretur. Cum autem episcopus abesset sacerdos ad eum venit et ipsum eum se credere dicentem ~~bapti~~ baptizavit. Hic quamdiu vixit hoc verbum frequenter in ore habuit: Christe accipe spiritum meum. Cum tamen haec beati Stephani ultima verba fuisse nesciret. Aliud simile in eodem loco refert miraculum.

Quaedam matrona nomine Petronia cum diu in infirmitate gravissime langueret et multa adhibens remedia nullum sentiret liberationis vestigium, ad quendam iudaeum consuluit qui anulum quendam cum quodam lapide tribuit ut ipso anulo ad corpus ad nuda renes cingeretur ut ex virtute illius lapidis beneficium reciperet sanitatis. Cum autem nil valere conspiceret ad ecclesiam Prothomartyris properabat et pro sua [illegible] existimo [illegible] plurima verba et [illegible] commendata capitis [illegible] continuo sanatum se sensit. Aliud etiam miraculum non minus mirabile refert Augustinus. Apud Cesaream Capadocie quedam nobilis matrona erat viri destituta solatio sed nobili vallata multitudine filiorum. Nam decem filios habuit, quorum septem mares, tres femine fuisse perhibentur. Quadam autem vice dum ab eis offenditur maledicendo filiis suis imprecatur. Subito maledictionem matris divina vindicta subsequitur et omnes pena simili et horribili feriuntur. Nam omnes tremore membrorum horribiliter sunt percussi, et tunc pre nimio dolentes et suorum civium oculos non ferentes per totum orbem vagari ceperunt et quocumque ibant omnium in se contuitus convertebant. Ex his autem duo, frater et soror, Paulus scilicet et Palladia, Yppone venerunt et ipsi Augustino que sibi contingerant narraverunt. Cum igitur iam xv dies ante pasca ecclesiam sancti Stephani frequentantes sanitatem ab ipso martyre precibus multis postulassent, ipso die pasche cum frequens populus presens esset, iuvenis ille, scilicet Paulus, repente cancellos introivit et ante altare in oratione cum multa fide et reverentia se prostravit, et cum astantes rei exitum expectarent, subito surrexit sanus a tremore corporis deinceps alienus. Cum autem ad Augustinum fuisset adductus, ipse eum ad populum protulit et sequenti die libellum de narratione illius recitandum promisit. Cum autem ad populum sic loqueretur et soror illius ibidem omnibus membris tremens assisteret, surrexit illa de medio, beati Stephani cancellos intravit et statim velud a dormitione subito sana surrexit et ipsa similiter in medium producitur et de utriusque sanitate deo et beato Stephano immense grates referuntur. Orosius autem rediens a Ieronimo ad Augustinum quasdam reliquias beati Stephani detulit, ad quas predicta et alia plura miracula facta sunt. Notandum autem quod beatus Stephanus hac die passus non est, sed ea die ut dicitur qua corporis eius inventio celebratur. Cuius etiam inventionis hic dies creditur fuisse, sed quare festa mutata sint dicetur in de inventione. Ad presens autem hoc dicere sufficiat quod ecclesia ista festa que sequuntur Christi nativitatem [illegible] ecclesia sic voluit ordinari post, ut Christo sponso et capiti comites sui comites adiungat. Natus enim Christus sponsus ecclesie hinc inde tres sibi comites adiunxit, de quibus comitibus dicitur in Canticis: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus. Candidus dicitur quantum ad Johannem evangelistam preciosum confessorem, rubicundus quantum ad Stephanum prothomartyrem, electus ex milibus quantum ad turbam innocentium virginalem. Decens enim est ut sic omnium martyrum genera Christo decenter simul conveniunt, quorum quidem martyriorum Christi nativitatis causa fuit. Est enim triplex martyrium: unum voluntate et opere, secundum voluntate et non opere, tertium opere sed non voluntate. Primum fuit in beato Stephano, secundum in beato Johanne, tertium in innocentibus.

Johannes interpretatur domini gratia vel in quo est gratia vel cui donatum est gratia vel cui donatio a deo facta est. Per hoc intelliguntur quatuor privilegia que fuerunt in beato Johanne. Primum est precipua Christi dilectio; Christus enim pre ceteris apostolis eum magis dilexit et maiora dilectionis et familiaritatis signa ei ostendit. Et inde dicitur domini gratia, quia domino gratiosus. Unde etiam plus Petro eum dilexisse videtur. Sed est duplex dilectio, animi et signi. Et illa que est signi duplex est: una que consistit in familiaritatis ostensione, alia in beneficiorum exhibitione. Quantum ad primam utrumque equaliter dilexit, quantum ad secundam plus Johannem, quantum ad tertiam plus Petrum. Primum est

carnis incorrupto quia virgo a deo est
electus. Et in legenda dicitur in quo est gratia. In
ipso enim fuit gratia virginalis. Virgo enim
de nuptiis volens nubere a domino vocatus
fuit. Secundo est secretorum revelator. Et
in dicitur Cui donata est gratia. Eidem enim
donatum est multa secreta et profunda nos-
se sicut de divinitate verbi et de consumma-
tione seculi. Tercio est matris dei recommendatio
in dicitur Cui donatio facta est charitas
cum a domino ei donatio facta est quando mater
dei in custodia eius donata est. Eius vi-
tam Miletus Laodocie episcopus scripsit quam
Isidorus de ortu et vita vel obitu sanctorum
patrum abreviavit

Johannes apostolus et evangelista di-
lectus et virgo electus a domino

post festum penthecostes divisis
apostolis in Asiam est profectus ubi multas
ecclesias fundavit. Domicianus vero impera-
tor intelligens eius famam accersitum eum
in dolium ferventis olei ante portam latinam
mitti iussit. Ille autem inde exiit illesus
sicut a corruptione carnis extiterat alienus.
Videns igitur imperator quod nec sic a predicatione
desisteret eum in pathmos insulam in
exilium relegavit ubi solus degens
apostolus infinita futurorum misteria co-
gnoscens diligenter conscripsit. Eodem autem
anno imperator propter nimiam sui crudeli-
tatem occiditur et a senatu quicquid fecerat
revocatur. Sicque factum est ut sanctus Johannes
qui cum iniuria in insulam fuit depor-
tatus cum honore Ephesum remearet
occurrente ei universa turba et dicente
Benedictus qui venit in nomine domini. Cum autem ur-
bem ingrederetur Drusiana eius dilectrix
que suum plurimum desideraverat adventum mor-
tua efferebatur. Parentes igitur ipsius vidue et
orphani dixerunt ei Ecce Johannes ecce Dru-
siana cuius nos monitis obsecun-
dans nos sepe alebat tuum plurimum deside-
raverat adventum dicens O si videam apostolum
dei antequam moriar. Ecce tu venisti et
te videre non potuit. Tunc iussit feretrum
deponi et corpus resolvi dicens Dru-
siana dominus meus Ihesus Christus te suscitet. Drusi-
ana Surge et vade in domum tuam et
para michi refectionem. Statim illa surrexit
et cepit ire sollicita de iussione apostoli ita
ut sibi videretur quod non de morte sed de
somno suscitata esset. Alia autem die Cra-
thon philosophus in foro populum convocavit ut os-
tenderet quomodo mundus hic contempnendus esset. Duos
enim ditissimos fratres iuvenes gemmas
preciosissimas distracto patrimonio
emere fecerat et eas in conspectu omnium
confringi iusserat. Contigit enim apostolum
illuc transitum facere vocansque ad se philosophum
contemptum huius mundi triplici ratione condempnavit
Primo quia hominum ore laudatur sed divino iudicio
condempnatur. Secundo quia per talem contemptum
vicium non curatur et ideo vanus est huiusmodi
contemptus sicut medicina vana dicitur per quam
morbus nequaquam curatur. Tercio quia ille contemptus
meritorius est qui sua pauperibus elargitur.
Sicut dominus iuveni dixit Si vis perfectus esse
vade et vende universa que habes et da
pauperibus. Cui Crathon dixit Si vere deus
tuus magister est et vult ut harum gemmarum
precium pauperibus erogetur fac quod redintegrentur
ut ad eius facias gloriam quod ego ad hominum
feci famam. Tunc ille beatus Johannes fragmenta
gemmarum in manu sua colligens oravit et facte
sunt integre ut prius. Statim philosophus et illi
duo iuvenes crediderunt et gemmas
vendentes pauperibus precium erogaverunt.
Duo insuper iuvenes honorabiles horum
exemplo vendiderunt omnia et pauperibus erogantes
apostolum secuti sunt. Quadam autem die viden-
tes servos suos preciosis indumentis fulgen-
tes in uno pallio se tegentes contristari
ceperunt. Quos cum sanctus Johannes advertisset
eo quod facie tristes erant virgas et lapi-
des minutos a littore maris deferri
fecit et eos in aurum et gemmas converti.
Tunc iussu apostoli universos artifices et
gemmarios per septem dies circuientes reversi
sunt dicentes quod illi numquam tam purum
aurum et tam preciosas gemmas se vidisse
testati sunt. Dixit ergo eis Ite et redimite
vobis terras quas vendidistis quia celorum
premia perdidistis. Estote florentes ut
marcescatis estote divites tempora-

ut in presenti mediceret. Tunc apostolus cepit contra divitias multum disputare ostendens quod sex sunt que nos ab omni immoderato divitiarum appetitu debent retrahere. Primum est scriptura unde recitat historiam de divite epulone quem dominus reprobat et de Lazaro quem dominus elegit. Secundum est natura quia homo nudus et sine divitiis nascitur et nudus sine divitiis moritur. Tertium est creatura quia sol et luna sidera et pluvia aer omnibus communiter sua beneficia largiuntur. Sic et inter homines omnia communia esse deberent. Quartum est fortuna. Dicit enim quod dives servus efficitur nummi et dyaboli. Nummi quia non possidet divitias sed ipse a divitiis possidetur. Dyaboli quia iuxta evangelium amator pecunie servus est mammone. Quintum est cura quia habent curam et sollicitudinem diurnam et nocturnam in acquirendo [illegible] in acquirendo scilicet laborem et in custodiendo timorem. Sextum est iactura. Iacturam enim ostendit quod divitie sunt iacture que sunt in acquisitione duplicis mali scilicet mali in presenti quod est elatio et mali in futuro quod est eterna dampnatio. Et alterius causa que est in perditione duplicis boni scilicet boni in presenti quod est gratia et boni in futuro quod est eterna gloria. Dum igitur sanctus Iohannes contra divitias taliter disputaret ecce iuvenis quidam efferebatur qui triginta dies habebat quod uxorem acceperat. Veniens igitur mater eius vidua et ceteri qui eum flebant ad pedes apostoli procidentes rogantes quod hunc quoque sicut Drusianam in nomine domini suscitaret. Flente igitur apostolo et diu orante et exorante surrexit. Precepit quod ei ut illis duobus discipulis narraret quantam incurrissent penam et quantam gloriam perdidissent. Tunc multa de gloria paradisi et de penis inferni quas viderat enarrabat dicens: O miseri, vidi angelos vestros flentes et demones congratulantes. Dixit quod eis quod perdidissent eterna palatia que sunt gemmis choruscantibus fabricata claritatis mirabilis clementia copiosa epulis referta deliciis plena gaudiis gloriosis in perpetuum permansura. De inferno autem octo penas dixit que in his versibus continentur: Vermes et tenebre flagellum frigus et ignis, Demonis aspectus, scelerum confusio, luctus. Tunc hic qui fuerat suscitatus et illi duo simul ad pedes apostoli se prostrantes rogabant ut misericordiam consequerentur. Quibus apostolus ait: Triginta diebus penitentiam agite inter quos oratis ut virge et lapides ad naturam pristinam redeant. Quod cum factum esset ait eis: Ite et unde tulistis virgas et lapides deferte. Quod cum fecissent virge et lapides in suam naturam reversi fuerunt omnesque virtutum gratiam quam prius habuerant receperunt. Cum autem beatus Iohannes per totam Asiam predicasset cultores ydolorum seditionem in populo concitantes et Iohannem ad templum Diane trahebant cogentes eum sacrificium offerre. Quibus Iohannes talem distinctionem proposuit questionem ut aut ipsi ad invocationem Diane ecclesiam Christi everterent et ipse ydolis sacrificaret aut ipse ad invocationem Christi templum Diane everteret et ipsi in Christum crederent. Huic sententie cum maior pars populi consensisset exeuntibus cunctis de templo oravit apostolus et funditus templum corruit et Diane ymago penitus comminuta. Aristodemus autem pontifex ydolorum seditionem maiorem in populo concitavit ita quod una pars contra aliam ad pugnam pararet. Cui apostolus: Quid tibi vis faciam ut placeris? Cui ille: Si vis ut credam in deum tuum dabo tibi venenum bibere et si nullam tibi lesionem intulerit verus deus tuus apparebit. Cui apostolus: Fac ut loqueris. Et ille: Volo prius ut alios inde morientes videas et sic amplius pertimescas. Pergens igitur Aristodemus ad proconsulem duos viros decapitandos petiit et coram omnibus eis venenum dedit qui mox ut venenum biberunt spiritum exhalarunt. Tunc apostolus calicem accipiens et signo crucis se muniens totum venenum bibit et nullam lesionem incurrit etiam propter deum omnes laudare ceperunt. Aristodemus autem dixit: Adhuc in michi inest dubietas, sed si veneno mortuos suscitaveris absque dubio verum credam. Tunc apostolus tunicam suam ei tribuit. Cui ille: Cur tunicam tuam dedisti? Et apostolus: Ut vel sic confusus a tua infidelitate discedas. Cui ille: Numquid tunica tua credere me faciet? Et apostolus: Vade et mitte eam super corpora defunctorum dicens: Apostolus Christi me misit ad vos ut in Christi nomine resurgatis. Quod cum fecisset illico surrexerunt. Tunc apostolus pontificem et proconsulem credentes cum omni parentela sua in Christi nomine baptizavit, qui in honorem sancti Johannis ecclesiam postmodum construxerunt.

Refert beatus Clemens sicut in quarto libro ecclesiastice hystorie, iuvenem pulchrum et ferocem convertit et eum cuidam episcopo sub depositi nomine commendavit. Post aliquod tempus iuvenis derelicto episcopo et factus est princeps latronum. Deinde apostolus rediit ad episcopum et suum depositum requisivit. Quod cum ille de pecunia intelligeret et quasi vehementer obstupesceret, dixit ei apostolus: Iuvenem a te repeto quem tibi tam studiose recommendavi. Cui episcopus: Pater sancte, in anima mortuus est et in tali monte cum latronibus degit, quorum ipse princeps constituitur. Quod audiens beatus Johannes vestes suas scidit et caput suum pugnis feriens dixit: Bonum inquit te custodem fratris anime dereliqui. Festinus igitur et equum sibi parari iussit et ad montem illum intrepidus cucurrit. Quem cum iuvenis inspexisset, pudore nimio confusus statim equum ascendit et velociter aufugit. Apostolus autem etatis oblitus urget calcaribus equum et post tergum clamitat fugientis: Ut quid, fili dilectissime, patrem inermem et senem fugis? Ne timeas, fili, quia pro te Christo rationem reddam et certe pro te libenter moriar sicut pro nobis Christus mortuus est. Revertere, fili, revertere, quia dominus misit me pro tua salute. Quod ille audiens compunctus rediit et amarissime flevit et ad pedes apostoli procidit. Apostolus autem ad pedes eius conversus procidit et manum tamquam per penitentiam iam purgatam osculari cepit. Ieiunante igitur et orante pro eo apostolo veniam sibi impetravit et postmodum episcopum ordinavit.

Legitur quoque in ecclesiastica hystoria ut habetur in glosa super canonicam Johannis, quod cum Johannes apud Ephesum balnea lavandi gratia intrasset et ibidem Chorinthum hereticum vidisset, inde exiliit dicens: Fugiamus hinc ne balnea super nos corruat in quibus Chorinthus lavatur, veritatis inimicus est. Et aliud quondam.

Cum avis que perdix vocatur, ut dicit Cassianus, viva beato Johanni a quodam oblata fuisset et ille eam quasi demulcendo tangeret et contrectaret, quidam adolescens hec videns ad socios suos ridendo dixit: Videte quomodo ille senex cum avicula sicut puer ludit. Quod beatus Johannes per spiritum recognoscens iuvenem ad se vocavit et quid in manibus teneret requisivit. Cui cum se arcum tenere diceret ait: Et quid inde agis? Et iuvenis: Aves inde ac bestias sagittamus. Cui apostolus: Quomodo? Tunc iuvenis cepit arcum tendere et tensum in manu tenere. Cumque nichil ei apostolus diceret, iuvenis arcum distendit. Cui Johannes: Cur, fili, arcum distendisti? Et ille: Quia si diutius tensus teneretur, ad iacienda iacula infirmior redderetur. Et apostolus: Sic et humana fragilitas ad contemplationem minus valida fieret, si in suo rigore persistens fragilitati sue nunquam condescendere recusaret. Nam et aquila cunctis avibus celsius volat et solem clarius conspicit et tamen ex necessitate nature ad infima descendit. Sic et humanus animus cum se modicum a contemplatione retrahit, crebra innovatione ardentius ad celestia tendit.

Beatus igitur Johannes, ut testatur Jeronimus, usque ad ultimam senectutem Ephesi moratus est et vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferebatur nec plura verba dicere poterat; ad quamlibet pausam dicebat: Filioli, diligite alterutrum. Tandem fratres qui cum eo erant admirantes quod semper eadem verba diceret, dixerunt ei: Magister, quare semper eadem verba loqueris? Qui respondit: Quia preceptum domini est et si solum fiat sufficit homini ad salutem. Refert quoque Helinandus quod

24

[illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] qua sepulture extitit autem ipsi in illo loco scilicet [illegible] in quo scripturam divinam [illegible] orasse ut nullas [illegible] inclementes opi ventorum ibi aut ymbrium inundationes pateretur. Quia ergo eius loco usque hodie reverentiam elementa servare dicuntur et ubi nec pluvia nec ventus facit aliquod impedimentum. Cum igitur esset nonaginta novem annorum et a passione domini Jesu Christi anno lxvii sub Troyano apparuit ei dominus cum discipulis suis dicens: Veni dilecte mi ad me quia tempus est ut in mensa mea cum fratribus tuis epuleris. Surgens autem Johannes cepit ire. Cui dominus: Dominica die ad me venies. Veniente igitur die dominica universus populus convenit in ecclesiam que fuerat in eius nomine fabricata quia a primo pullorum cantu predicavit eisdem usque ad tertiam hortans eos ut in fide essent stabiles et in mandatis dei ferventes. Post hec autem foveam quadratam iuxta altare fecit fieri et terram extra ecclesiam iactari. Descendensque in foveam expansis manibus ad deum dixit: Invitatus ad convivium tuum domine Jesu Christe ecce venio gratias agens quod dignatus es me ad tuas epulas invitare sciens quod ex toto corde meo desiderabam te. Cum enim orationem finivisset tanta lux super eum per unam horam emicuit quod nullus in eum respicere potuit. Recedente igitur lumine manna fovea plena invenitur quod in illo loco usque hodie generatur ita quod in fundo fovea ad instar minute arene scaturire videtur sicut in fontibus fieri consuevit. Sanctus Edmundus rex Anglie nulli petenti in nomine sancti Johannis evangeliste aliquid denegabat. Unde contigit quod quidam peregrinus absente camerario nomine sancti Johannis importune a rege elemosinam postularet. Cum rex preciosum anulum cum nil in promptu haberet dedit. Sed post plures dies miles quidam Anglie in transmarinis partibus constitutus ab eodem peregrino anulum eidem referendum recepit hec verba proferens: Ille cui et pro cuius amore anulum dedisti tibi [illegible] [illegible] [illegible] in liquido patuit quod Johannes eum in forma peregrini apparuit. Ipse de ortu et obitu sanctorum [illegible] in loco [illegible] Johannes in aurum silvestres frondium virgas littorea quoque saxa in gemmas gemmarum fragmina reformavit in integrum viduam suscitavit et reddidi vivum in corpus reanimate animam reparavit bibens letiferum haustum evasit periculum et eos prostratos in vitam statim reparavit.

Sequitur de innocentibus

Innocentes dicti sunt triplici ratione scilicet ratione vite, ratione pene et ratione innocentie assecute. Ratione vite dicti sunt innocentes quia eo quod vitam innocentem id est non nocentem habuerunt. Nulli enim unquam nocuerunt nec deo per inobedientiam nec proximo per iniusticiam nec sibi per aliquam peccati noticiam et maliciam. Unde dicitur in psalmo: Innocentes et recti adheserunt michi, innocentes in vita et recti in fide. Ratione pene quia innocenter et iniuste passi sunt. Unde in psalmo: Effuderunt sanguinem innocentem. Ratione innocentie assecute quia in ipso martirio assecuti sunt baptismalem innocentiam id est ab originali peccato mundiciam. De qua innocentia dicitur in psalmo: Custodi innocentiam et vide equitatem, id est custodi innocentiam baptismalem et post modum vide equitatem bone operationis.

Innocentes ab Herode Ascalanita interfecti sunt. Tres enim fuisse Herodes scriptura commemorat quos sic famosos fecit eorum infamis crudelitas. Primus dictus est Herodes Ascalanita sub quo est natus dominus et pueri occisi sunt. Secundus dictus est Herodes Antipas qui Johannem baptistam decollavit. Tertius Agrippa qui Jacobum occidit et Petrum incarceravit. Unde versus: Ascalanita necat pueros, Antipa Johannem, Agrippa Jacobum claudit in carcere Petrum. Sed primi Herodis hystoriam breviter videamus. Antipater ydumeus ydumeus ut in hystoria scolastica

Scdus

legit neptem Regis Arabum duxit uxorem ex qua filium genuit quem vocavit Herodem qui postmodum Ascalonita dictus est. Hic a Cezare Augusto Regnum Judee accepit et tunc primitus ablatum est sceptrum de Juda. Hic sex filios habuit scilicet Antipater Allexander Aristobolus Archelaus Herodes Antipas et Philippus. Allexandrum autem et Aristobolum ex eadem matre in Judea genitos Romam misit liberalibus artibus imbuendos. Qui post hec a studio redierunt. Et erat Allexander grammaticus Aristobolus acerrimus perorator. Iamque iterum se re[illegible] de susceptione regni cum patre disceptabant. Ob quod pater offensus illis preponere satagebat Antipatrem. Cum quod illi de morte patris tractassent et ob hoc a patre reiecti fuissent Cezarem adeunt de patris iniuria conquerentes. Interea magi Jerosolimam veniunt et de ortu novi regis diligentius sciscitantur. Hoc audiens Herodes turbatur timens ne de vero regum genere aliquis natus esset qui eum tamquam regni invasorem repelleret. Rogat igitur magos ut eo invento sibi renuncient simulans se velle adorare quem volebat occidere. Verum magi per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Videns Herodes quod nequaquam ad se venirent stelle visione eos deceptos ad se redire erubuisse credidit et ideo ab inquisitione pueri animum revocavit. Cum autem audisset que pastores ~~dixerunt~~ dixerunt et que Symeon et Anna prophetizaverunt vehementer timuit et se a magis turpiter illusum putavit. Tunc Herodes de nece puerorum qui erant in Betlheem tractare cepit ut cum eis ille quem ignorabat occideretur. Ad ammonitionem autem angeli Joseph cum puero et matre in Egyptum in civitatem ~~Et~~ Ermapolim fugit ibique septem annis usque ad obitum Herodis permansit. Ingrediente igitur domino in Egyptum secundum Ysaie vaticinium omnia ydola corruerunt. Tradunt quoque quod sicut in exitu filiorum Israel de Egypto non fuit domus in Egypto in qua percuciente deo non iaceret primogenitus ita nunc non fuit templum in quo non corruisset ydolum. Refert Cassiodorus in hystoria tripartita quod in Ermopoli Thebaide dicitur esse arbor que vocatur persidis valens in salutem multorum si fructus aut folium aut particula corticis collo egrotancium alligetur. Cum igitur beata Maria in Egyptum cum filio fugeret hec arbor usque ad terram inclinata est et Christum suppliciter adoravit. Hec Cassiodorus. Cum igitur Herodes de nece puerorum disponeret a Cezare Augusto per epistolam citatur filiorum accusacioni responsurus. Cum autem per Tharsum faceret transitum intellexit quod magos naves Tharsensium transvexissent ~~et ideo omnes in spiritu vehementi conteres naves Tharsis~~ et ideo omnes in spiritu vehementi comburi fecit secundum quod scriptum fuerat In spiritu vehementi conteres naves Tharsis. Cumque pater cum filiis coram Cezare disceptaret seu disputaret diffinivit Cezar ut filii patri in omnibus obedirent et ipse cui vellet regnum dimitteret. Rediens autem Herodes et ex confirmacione factus audacior mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis. Hoc duplicem intelligenciam continet. Primo ut infra dicat ordinem temporis et est sensus a bimatu et infra id est ab infantibus duorum annorum usque ad pueros unius noctis. Didicerat enim Herodes a magis ea die qua stella apparuit eis dominum natum esse et quia iam annus effluxerat ex quo Romam iverat et rediens dominum anniculum et aliquorum infra dierum esse credebat. Ideoque supra etatem eius usque ad annos binos et infra usque ad unius noctis infantes descendit in pueros. Timens puerum [illegible] ut scilicet puer cui sydera famulantur supra etatem suam vel infra faciem transformaret. Et hec sententia usitatior habetur.

et pueros recipiunt. Aliter exponitur secundum [illegible] ut infra dicat [illegible] et est sensus a bimatu et infra, id est a pueris duorum annorum usque ad pueros quinque annorum. Dicit enim stellam per annum ante ortum salvatoris magis apparuisse. Herodes autem postquam haec a magis didicit, Romam vadens adhuc per annum distulit. Credebat autem dominum fuisse quando stella magis apparuit, et ideo duorum annorum dominum esse credebat. Unde pueros bienniores occidit et deinceps usque ad quinque annos et non minores. ~~Bien~~ Bienniis. Cui assertioni fidem adhibere videtur quod quaedam ossa innocentum habentur adeo grandia quod bimorum esse non possunt. Sed forsitan dici potest quod longe maiores erant tunc homines parvi temporis quam modo. Ipse autem Herodes statim divinitus punitus est. Nam sicut ait Macrobius et [illegible] et in quadam cronica legitur, unus parvulus filius Herodis ibidem ad nutriendum tunc casu datus fuerat, qui cum aliis a carnificibus est occisus. Tunc adimpletum est quod dictum est per prophetam: Vox ploratus et ululatus, id est plorantium sanctarum matrum, audita est in Rama, id est in excelsis. Deus autem iudex iustissimus, ut in eisdem historiis scholasticis legitur, non est passus tantam Herodis nequitiam remanere impunitam. ~~[illegible]~~ Divino enim iudicio factum est ut qui multos orbaverat filiis suis, ipse miserabilius orbaretur. Nam Alexandrum et Aristobolum, cum primum habiti sunt suspecti, confessus est autem unus de complicibus quod Alexander multa sibi donaria promisisset si patri venenum propinaret. Confessus est et tonsor quod promisisset sibi muneribus si dum patris barbam raderet eum in gutture iugularet. Addidit quod Alexandrum dixisse non esse ponendam spem in sene qui sibi capillos tingeret ut iuvenis appareret. Ob haec pater [illegible] quos occidi iussit. Antipatrem autem filium regem instituit, sed post Antipatrem Herodem Antipam regem constituit, et insuper Herodem Agrippam et Herodiadem uxorem Philippi, quos ex Aristobolo susceperat, praecipua dilectione fovebat. Hac duplici de causa Antipater intolerabile contra patrem concepit odium, in tantum quod eum attemptaverat occidere per venenum. Quod Herodes praesentiens eum in ~~carcere~~ carcere posuit. Augustus Caesar audito quod Herodes filios occidisset dixit: Mallem esse Herodis porcus quam filius, quia porcis parcit et filios occidit. Ipse autem Herodes ad lxx annos habens in gravissimam aegritudinem cecidit. Nam febre gravissima, prurigine corporis, continuis tormentis, pedum inflatione, vermescentibus testiculis et intolerabili foetore, crebro anhelitu et interruptis suspiriis torquebatur. A medicis vero in oleo positus inde quasi mortuus est allatus. Audiens autem Iudaeos ad gaudium mortem suam exspectare, nobiliores iuvenes ex omni Iudaea collectos in carcere posuit. Dixitque Salome sorori suae: Scio Iudaeos de morte mea gavisuros, sed potero habere multos lugentes et nobiles exequias, si volueris meis parere mandatis, ut cum spiritum emisero tu hos occidas quos in custodia teneo, ut sic omnis Iudaea me defleat, quae in vita me odio habebat. Habebat autem consuetudinem ut post omnem cibum pomum per se purgaret et comederet. Cum ergo gladium in manu teneret, tussi quoque violenta distenderetur, circumspiciens ne se aliquis impediret, seipsum percussurus dexteram sustulit. Sed consobrinus eius sustinendo dexteram impedivit. Tunc quasi rex mortuus esset in aula regia ululatus insonuit. Quo audito exultat Antipater, multa custodibus si solvatur pollicetur. Quod cum cognovisset Herodes, gravius filii sui exultationem quam propriam tulit mortem, mittensque satellites eum occidi fecit [illegible] pro se regnaturum instituit. [illegible] quinque dies mortuus est in aliis fortunatissimus in rebus domesticis infelicissimus. Salome autem soror eius omnes absolvit quos ipse occidi mandavit. Remigius tamen in originali super Matthaeum dicit quod Herodes gladio quo pomum purgabat se peremit et quod Salome eius soror cunctos vinctos prout eius frater ordinaverat interfecit.

Thomas interpretatur abyssus geminus vel sectus

abyssus id est profundus in humiliatione quod patet in cilicio et pauperum pedum lotione, geminus in prelatione quia geminate profuit scilicet verbo et exemplo, sectus in passione.

Thomas Cantuariensis dum in curia regis Angliae consisteret et quaedam ibi fieri contra

religionem videret curiam ipsam deseruit et Cantuariensi episcopo adhaesit a quo archidiaconus factus est. Ad preces tamen ipsius archiepiscopi regis cancellariam suscepit ut prudentia qua erat praeditus malignorum in ecclesia prohiberet insultum, quem adeo rex dilexit ut post decessum archiepiscopi eum in cathedralem honorem procuravit sublimari. Qui licet plurimum resisteret tandem ab obedientiae praeceptum humeros posuit ad portandum onus ecclesiae. Subito autem in virum alium permutatur et caro eius ciliciis et ieiuniis maceratur. Non solum enim cilicium pro camisia deferebat sed etiam feminalia cilicina deferens usque ad poplites deferebat. Sanctitatem autem suam ita subtiliter occultabat ut salvo semper honestatis rigore sub decentia vestium et apparatu apparatu utensilium conformaret moribus singulorum. Tredecim pauperum pedes quotidie curvatis genibus abluebat et refectos dato cuilibet quatuor argenteis remittebat. Rex autem ad voluntatem suam et detrimentum ecclesiae ipsum inflectere nitebatur volens ut consuetudines quas contra libertatem ecclesiae praedecessores sui habuerant ab eodem similiter firmarentur. Cumque ille omnino assentire noluit contra se iram regis et procerum provocavit. Qui tamen maluit consulari cum praeceptis imperium regis assentire coactus autem vite ipse sic cum aliis episcopis a rege et [illegible] ut etiam sibi mortis sententiam minaretur magnorum virorum deceptus consiliis verbotenus assensum praebuit voto regis. Videns autem animarum periculum imminere seipsum per modum poenitentiae gravius cruciavit et ab altaris officio suspendit se quousque a summo pontifice restitui meretur. Requisitus denique rex ut quod verbo concesserat scripto confirmaret, cum viriliter contradixit et a curia erecta sibi cruce baiulans discessit conclamantibus impiis contra eum: Capite furem, suspendite proditorem. Et ecce duo magni proceres et fideles ad eum infusi lacrimis venientes sub iuramento asseruerunt quod in eius mortem multi proceres iuraverant. Vir igitur dei magis ecclesiae quam sibi periculum metiens fugam iniit et se Senonis a papa Alexandro honorifice est receptus et in monasterio Pontiniacensi commendatus per modicum in firmam et [illegible] Franciam devenit. Rex vero ~~dum~~ dum Romam misisset ut legati venirent qui hoc negotium definirent omnino repulsam patitur et ob hoc in iram contra Cantuariensem amplius concitatur. Unde omnia quae erant archiepiscopi et suorum diripuit et totam eius parentelam exilio condemnat, nequaquam differens conditioni sexui ordini vel aetati. Ipse autem pro rege et regno Angliae quotidie orabat. Revelatum est autem sancto archiepiscopo quod ad suam ecclesiam esset rediturus et ad Christum cum palma martyrii transmigraturus. Septimo igitur anno sui exilii redire conceditur et a cunctis cum honore suscipitur. Paucis vero diebus ante eius martyrium iuvenis quidam de corpore exiens et postmodum miraculose rediens asserebat ut quousque ad summum sanctorum ordinem reductus sit et inter apostolos sedem quandam vacuam vidit. Percunctanti autem cuius haec esset sedes angelus respondit quod cuidam magno sacerdoti [illegible] ab isto Thoma quod tantum de beata virgine cotidie celebrabat et super hoc accusatus ab eo accersitur et tanquam ydiota insufficiens et ignarus ab officio suspenditur. Cum autem beatus Thomas cilicium suum consuere deberet et sub lecto ipsum abscondisset et ad consuendum horam expectaret, beata Maria sacerdoti apparuit dicens: Vade ad archiepiscopum et ei dicas quod illa ob cuius amorem missas dicebas cilicium suum quod est in tali loco consuit et setam rubeam de qua illud consuit ibidem reliquit. Illa igitur sibi mittit quod interdictum quod tibi fecerat debeat relaxare. Quod ille audiens et ita inveniens obstupuit et interdictum relaxans sacerdoti hoc iste secretum precepit. Defendit ut prius iura ecclesie nec a rege flectitur vi nec prece. Cum igitur nullatenus flecti posset, ecce milites regis armati venerunt et ubi archiepiscopus sit vociferando requirunt. Quibus ille occurrens dixit: Ecce ego, quid vultis? Dicunt illi: Venimus ut occidamus te et ultra vivere non valebis. Quibus ille dixit: Ego pro deo mori paratus sum et pro defensione iusticie dei et ecclesie libertate. Si igitur me queritis, ex parte dei omnipotentis et sub anathemate prohibeo ne horum cuiquam aliquatenus noceatis. Deo autem et beate Marie et omnibus sanctis et beato Dyonisio causam ecclesie et meipsum commendo. Hiis dictis venerandum caput gladiis impiorum impetitur et sacrati capitis corona preciditur, cerebrum per ecclesie pavimentum dispergitur, et sic martir deo consecratur anno ab incarnatione domini Mo C lxx iiii. Cum igitur clerici requiem eternam inciperent et pro eo missam agerent defunctorum, subito, ut aiunt, angelorum chori astantes voces cantancium interrumpunt, martiris missam incipiunt: Letabitur iustus, cum ceteri clerici prosequuntur. Hec est vera mutatio dextere excelsi, ut cantus meroris vertatur in cantum laudis, ut illum cui defunctorum suffragia inchoaverunt martirii preconio hymnis laudarent. Hic vere omnimoda comprobatur sanctitate preditus et martir, a martir domini gloriosus, quem tanto honore angeli prevenerunt et sanctorum martirum kathalogo asscripserunt.

Passus est autem sanctus iste pro ecclesia et in ecclesia, in loco sacro et tempore sacro, inter ministros religiosorum et sacerdotum, ut pateret sanctitas et persequentium crudelitas. Multa insuper et alia miracula per sanctum suum dominus operari dignatus est. Nam meritis eius cecis visus, surdis auditus, claudis gressus, vita mortuis restituta fuit. Porro aqua qua panni conspersi eius sanguine lavabantur multis extitit in medelam.

Quedam domina de Anglia varios oculos habere ob lasciviam et maiorem pulchritudinem affectabat. Super votum vovens sepulchrum beati Thome nudis pedibus visitavit. Que cum in oratione prostrata iaceret, surgens invenit se penitus excecatam. Statim ergo penitens cepit rogare sanctum Thomam ut iam non varios sed saltem suos sibi redderet oculos. Quod tamen cum magna difficultate vix valuit obtinere.

Quidam autem illusor simpliciter aquam pro aqua sancti Thome domino suo in prandio obtulit convivanti. Cui dominus ait: Si nichil umquam mihi furatus fuisti, sanctus Thomas aquam suam que te deferre permittat; si autem reus furti existis, aqua ipsa protinus evanescat. Hunc dicto ille consensit sciens quod pridem aqua ipse implevisset. Mira res, continuo pixidem apparuerit et vacuam invenerit. Sic ergo servus et in mendacio comprehenditur et furti reus evidenter comprobatur.

Avis quedam docta loqui cum nisus eam insequeretur, sicut didicerat clamabat: Sancte Thoma, adiuva me. Et nisus mortuus cadit et illa evasit.

Quidam miles quem sanctus Thomas valde dilexit, cum graviter infirmaretur, venit ad eius tumulum et pro sanitate sua rogavit et libitum impetravit. Cum autem sanatus rediret, cogitare cepit quod illa sanitas anime sue forsitan non expediret. Unde iterum rediens ad sepulchrum oravit ut si non esset utile anime sue, continuo infirmitas illa rediret. Statim ergo infirmitas rediit sicut prius. In eius autem interfectores ultio divina descendit, ut alii digitos dentibus frustatim discerperent, alii sanie defluentes, alii paralisi dissoluti, alii amentes effecti miserabiliter perierunt.

Silvester dicitur a sile quod est lux et terra quasi lux terre id est ecclesie que ad instar bone terre habet pinguedinem bone operationis, nigredinem humiliationis et dulcedinem devotionis. Per ista enim tria cognoscitur bona terra ut ait Palladius. Vel Silvester dicitur a silvas et theos quasi trahens homines silvestres id est incultos et duros ad fidem convertit. Vel sicut dicitur in glosario Silvester dicitur viridis agrestis umbrosus nemorosus. Viridis celestia contemplando, agrestis se ipsum excolendo, umbrosus ab omni concupiscentia refrigeratus, nemorosus id est inter arbores celi plantatus. Eius legendam compilavit Eusebius Cesariensis quam beatus Gelasius in concilio lxxta episcoporum a katholicis legendam commemoravit sicut in decreto habetur.

Silvester a matre Iusta nomine iusta genitus et a Cirino presbitero eruditus summopere hospitalitatem exercebat. Thimotheum autem quendam christianissimum ab eo in hospitium suscepit qui ob persecutorem ab aliis vitabatur. Hic post annum coronam est assecutus martirii dum predicaret constantissime fidem Christi. Putans vero Tharquinius prefectus Thimotheum multis abundasse divitiis eas a sancto Silvestro exposcit inferens minas mortis. Sed cum vero Thimotheum divitias non habuisse comperit, Silvestrum ydolis immolare precepit, alioquin in crastinum diversa reciperet genera tormentorum. Cui Silvester: Stulte, hac nocte morieris et sempiterna recipies tormenta et velis et nolis nostrum deum esse quem nos colimus recognosces. Silvester igitur carceri traditur et Tharquinius ad prandium invitatur. Dum ergo comederet, os piscis in eius gutture sic versatur ut nulla ratione reicere posset illud nec glutire. Sicque media nocte defunctus cum luctu ad tumulum ducitur. Silvester a carcere cum gaudio liberatur, qui non solum a christianis sed etiam a paganis miro diligebatur affectu. Erat enim aspectu angelicus, sermone nitidus, integer corpore, sanctus opere, consilio magnus, fide katholicus, spe patientissimus, caritate diffusus. Mortuo enim igitur Melchiade episcopo urbis Rome, Silvester ab omni plebe plurimum renitens in summum pontificem est electus. Hic omnium orphanorum, viduarum et pauperum nomina in matricula scripta habebat et omnibus necessaria providebat. Hic quartam et sextam diem et sabbatum ieiuniis instituit observandum, quintam vero quia dominica celebratur. Grecis vero [illegible] dicentibus sabbatum sexto die potius celebrandum, ait hoc fieri non debere et quia est ex traditione apostolica et quia dominice debetur compassio sepulture. Cui illi: unum est sabbatum sepulture in quo semel est ieiunandum in anno competenter. Quibus Silvester: Sicut omnis dies dominica resurrectionis gloria fit, ita sabbatum decoratur dominice sepulture. Igitur de sabbato acquiescunt, sed de quinta feria vehementer contendunt asserentes non debere christianorum solennitatibus associari. Silvester autem eius dignitatem precipue in hiis ostendit quia hac die dominus ascendit in celum et corporis et sanguinis sui sacramentum instituit et sacrum crisma ecclesia conficit. Omnibus igitur eius rationibus acquiescunt. Persequente autem Constantino christianos Silvester de urbe exivit ac in quodam monte cum suis clericis mansit. Ipse autem Constantinus merito persecutionis tyrannice incurabilem incurrit lepre plagam. Tandem ad consilium pontificum ydolorum adducta sunt tria milia puerorum ut eos occidi faceret et se in eorum sanguine recenti et calido balnearet. Egrediente autem eo ad locum ubi balneum parari debebat, matres puerorum eidem obviam fiunt que resolutis crinibus miserabiliter ululabant. At lacrimas Constantinus iussit stare currum et erigens se dixit: Audite me comites et commilitones mei et omnes populi qui astatis. Dignitas Romani imperii de fonte nascitur pietatis que etiam hac lege dedit ut capitali sententie subdatur quicumque in bello aliquem occidisset. Quanta ergo erit ~~erit~~ crudelitas ut hoc nos faciamus filiis nostris quod prohibemus fieri alienis. Quid iuvat barbaros superasse et si a crudelitate vincamur [illegible] vicisse [illegible] nationes vincere est bellancium populorum virtus, vicia et peccata vincere morum est. In illis enim proeliis fortiores nos existimus, in his vero nobis ipsis fortiores sumus. Qui enim in isto certamine superatus victoriam obtinebit post victum; victor enim post triumphum vincitur si pietas ab impietate superatur. Vincat ergo pietas in isto congressu. Vere enim omnium adversariorum poterimus esse victores si sola pietate vincamur. Omnium enim dominum se esse comprobat qui servum se monstraverit pietatis. Melius est ergo me mori salva vita innocentum quam per eorum interitum vitam recuperare crudelem, que tamen recuperari incertum est, cum certum sit quod sit recuperata crudelis. Iussit igitur ut matribus suis parvi pueri redderentur et dona plurima et infinita vehicula preberentur. Sicque matres que flendo venerant ad loca sua cum gaudio redierunt. Ipse autem imperator ad palacium suum reversus est. Sequenti nocte Petrus et Paulus apparuerunt ei dicentes: Quoniam horruisti sanguinis effusionem innocentum, misit nos dominus noster Iesus Christus dare tibi recuperande consilium sanitatis. Siluestrum igitur episcopum qui apud montem Syraptum latitat accersire. Hic tibi piscinam ostendet in qua cum mersus ter fueris ab omni curaberis lepre morbo. Tu vero hanc vicissitudinem reddas ut ydolorum templa diruas, Christi restaures ecclesias et eius deinceps cultor fias. Evigilans igitur Constantinus statim misit milites ad quendam Siluestrum. Siluester autem ad palmas martirii credidit se vocari. Deo autem se commendans et socios secum exhortans Constantino intrepidus presentatur. Cui Constantinus assurgens ergo dixit: Nos te venisse gratulemur. Qui a Siluestro resalutatus narravit per ordinem sui sompnii visionem. Percunctanti igitur Constantino quinam essent illi dii qui sibi apparuerant, Siluester respondit illos esse Christi apostolos et non deos. Tunc ad preces imperatoris Siluester apostolorum ymagines sibi iussit afferri, quas cum imperator aspexisset, tales illos esse qui apparuerunt acclamat acclamavit. Siluester igitur eum catecuminum fecit et unius ebdomade sibi ieiunium indixit et carceres aperiri monuit. Cum ergo tanquam descendisset in aquam baptismatis, mirabilis ibi emicuit splendor lucis. Sicque mundus inde exivit et Christum vidisse asseruit. Prima autem die sui baptismatis hanc legem dedit ut Christus in urbe Romana tanquam verus deus coleretur. Secunda ut si quis Christo blasfemaret puniretur. Tercia ut quicunque Christiano fecisset iniuriam bonorum suorum parte dimidia privaretur. Quarta ut sicut imperator Rome sic Romanus pontifex caput ab universis episcopis habeatur. Quinta ut quicunque in ecclesias confugeret ab omnibus fiat iniuriis immunis. Sexta ut nullus nisi de licencia sui antistitis edificaret ecclesias intra muros alicuius civitatis. Septima ut ad edificacionem ecclesiarum decime possessionum regalium tribuantur. Octava in ecclesiam sancti Petri venit et de suis culpis se lacrimabiliter accusavit. Post hec arrepto bidente ad fundamentum basilice construende terram primus aperuit et XII cophinos in scapulis foras gessit. Hec Helena mater Constantini Augusti in Bethania consistens audivit per litteras, laudat filium quod abrenunciasset simulacris ydolorum, sed dure increpat quod relicto deo Iudeorum crucifixum hominem colat. Rescribit imperator Augustus ut Iudeorum magistros secum adducat et ipse Christianorum doctores proferret, ut sic ex disputacione mutua appareat fides vera. Duxit igitur sancta Helena centum XL unum doctores doctissimos Iudeorum, inter quos XII erant qui sapiencia et eloquencia pre ceteris rutilabant. Cum igitur Siluester cum clericis suis et predicti Iudei ad disputandum coram imperatore simul convenissent, de communi consensu duos iudeos iudices gentiles sapientissimos et probatos nomine Ethonem et Zeophilum Zenophilum statuerunt et ad quos pertinet sententia dicendorum, qui gentiles erant, tamen iustissimi et fideles, taliter quod inter eos sententia et confirmatum ut uno stante et alloquente alius non loquatur. Incipiens igitur primus de illis XII nomine Abiathar ait: Cum isti tres dicant deos, patrem, filium et spiritum sanctum, manifestum est eos contra legem agere qui dicit videte quia ego sum et non est alius preter me. Denique si hominem dicunt deum esse qui multa signa fecit in terra ex lege nostra fuerunt qui miracula pluria fecerunt et tamen nunquam hoc deitatis nomen sibi usurpaverunt ut usurpare ausi sunt sicut iste Jesus quem isti adorant. Ad hoc Silvester nos unum deum colimus sed non in tanta solitudine. Dicimus enim ut gaudium filii non habet. Ego vero aut libris trinitatem personarum vobis demonstrare valemus. Nam primum dicimus de quo propheta ait Ipse invocabit me pater meus es tu. Secundum filium de quo idem filius meus es tu. Tertium de quo idem spiritu oris eius omnis virtus eorum. In hoc etiam quod dixit faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram evidenter et personarum pluralitatem et deitatis unitatem demonstrat. Licet tamen sint tres persone unus tamen deus est. Et de hoc visibili hoc aliquatenus demonstrare valemus. Et accipiens purpuram imperatoris tres ibi plicas ostendit et complicans ait Ecce quod tres plice sunt unus pannus. Ita tres persone sunt unus deus. De eo autem quod dicitur quod pro miraculis deus credi non debet cum alii plures sancti miracula fecerunt nec tamen se deos esse dixerunt sicut iste Jesus qui deum per hoc se asserere voluit. Certe deus superbientes contra se nunquam est passus sine pena abire sicut patet in Dathan et Abiron aliis quam plurimis. Quomodo ergo mentiri potuerunt et se deum dicere quod non erat cum eum se deum dicentem nulla pena secuta fuerit sed virtutum efficacia comittabatur. Tunc judices dixerunt Constat Abiathar a Silvestro esse superatum. Nam et ideo hoc dicimus quod si deus non esset et se deum dixisset conferre vitam mortuis non valeret. Tunc illo remoto secundus qui et dicitur Jonas ad conflictum accedens ait Abraham circumcisionem a deo accipiens iustificatus fuit et omnes alii per circumcisionem Abrahe iustificabuntur. Igitur qui non est circumcisus non est iustificatus. Ad quem Silvester Constat Abraham ante circumcisionem domino placuisse et amicum dei appellatum esse. Igitur non circumcisio eum sanctificavit sed fides et iusticia ipsum deo placere fecit. Non igitur accepit circumcisionem in sanctificationem sed in distinctionem. Isto superato tertius qui Godolias dicitur accedens ait Quomodo cristus vester potest esse deus cum asseritis eum esse natum, temptatum, traditum, nudatum, felle potatum, ligatum, crucifixum, sepultum cum hec omnia in deo esse non possint. Ad hec Silvester De libris vestris hec omnia de cristo predicata fuisse monstrabo. Nam de eius nativitate dicit Ysaias Ecce virgo concipiet et pariet filium. De eius temptatione Zacharias Vidi Jesum sacerdotem magnum stantem coram angelo et sathan stabat a dextris eius. De eius traditione propheta Qui edebat panes meos. De eius nudatione idem Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. De eius fellea potatione idem Dederunt in escam meam fel et in siti mea potaverunt me aceto. De eius ligatione Hesdras Vinxistis me non sicut patrem qui liberavit vos de terra Egypti clamantes ante thronum vel tribunal iudicis humiliastis me suspendentes in ligno tradidistis me. De eius sepultura Jeremias In sepultura eius revixerunt mortui. Cum ergo Godolias quid diceret non haberet data sententia remotus est. Quartus qui et Anna accedens ait Ista que de aliis dicta sunt Silvester iste de cristo suo predicta fuisse affirmat. Nunc superest quod probet si hec de suo cristo dicta fuisse. Ad quod Silvester Dabis ergo alium quem virgo concepit qui felle potatus, spinis coronatus, crucifixus, mortuus et sepultus qui resurrexit et ad celos ascendit. Tunc Constantinus ait Cum Anna non credat sciat se superatum. Certum enim est quod non possit hec amovere. Et quintus qui Doech dicitur qui ait Cum ergo semine David cristus iste natus sit et sanctificatus sit ut dicitis ergo baptizari non debuit ut iterum sanctificaretur. Ad quod Silvester Sicut circumcisio in cristi circumcisione finem accepit ita et baptismus in cristi baptismate initium sanctificationis habuit. Non ergo baptisatus sit ut sanctificaretur sed ut ut sanctificaret. Qui cum taceret ait Constantinus Non taceret Doech si haberet contraria que [illegible] aiunt et saepius qui dicunt [illegible] ut vellemus ut [illegible] huius virginalis partus nobis exponeret. Ad quod Silvester: Terra de qua Adam formatus est incorrupta erat et virgo, quae se nec ad bibendum humanum sanguinem humanum apparuerat nec maledictionem spinarum acceperat nec hominis mortui sepulturam habebat nec serpenti data fuerat ad edendum. Oportuit ergo ex Maria virgine novum Adam fieri ut si serpens natum ex virgine ~~vicit~~ vinceretur. Et quia Adae victor exstitit in paradiso, ipse temptator factus est domini in deserto, ut qui Adam vicerat manducantem vinceretur a domino ieiunante. Hoc superato Septimus qui Beniamin dicitur ait: Iste filius dei Christus vere esse potest qui a diabolo temptari potuit, ut modo in fame panem ex lapidibus urgeretur facere, modo in templi celsitudine levaretur, modo ad adorandum ipsum diabolum induceretur? Ad quod Silvester: Si diabolus ideo vicit quia ab Adam est manducante auditus, constat eum ideo superatum quia est a Christo ieiunante contemptus. Nos autem non ingenitum deum sed ingenitum hominem temptatum esse fatemur. Ideo autem tripliciter est temptatus ut a nobis omnes temptationes excluderet et formam vincendi daret. Nam saepe in homine victoriam abstinentiae sequitur temptatio humanae gloriae, appetitus divitiarum et excellentiae comitatur. Ideo a Christo de his vincatur ut vincendi forma nobis daretur. Isto superato Octavus qui dicitur Aroel ait: Constat quod deus summe perfectus est et nullius indiget. Quid ergo opus ei fuit ut nasceretur in Christo, quem vestrum verbum appellatis? Et hoc constat quod deus antequam haberet filium pater dici non potuit; ergo si pater Christi postea dictus est, mutabilis factus est. Ad haec Silvester: Filius dei ante tempora ex patre est genitus ut faceret quae non erant, et in tempore natus est ut reficeret quae perierant. Quae etsi solo verbo reficere poterat, sed per passionem nisi homo fieret redimere non valebat, quia in sua deitate ad patiendum aptus non erat. Nec erat imperfectionis sed perfectionis si in sua non erat deitate passibilis.

[illegible] verbo filius [illegible] ex eo [illegible] prophetia [illegible] eructavit cor meum verbum bonum. Deus est semper pater fuit quia semper eius filius exstitit, eius verbum, eius sapientia, eius virtus. In patre autem semper fuit verbum, sapientia eius, virtus eius. In patre autem semper fuit verbum iuxta id: Eructavit cor meum. Semper sapientia iuxta illud: Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Semper virtus iuxta id: Ante omnes colles ego parturiebar, necdum fontes aquarum. Quando ergo pater umquam fuit sine verbo, sine sapientia et virtute, quomodo putas hoc nomen ex tempore exstitisse? Hoc igitur amoto Nonus qui Iubal dicitur dixit: Constat quod deus coniugia non damnat nec etiam maledixit. Quare ergo de coniugio natum negatis? Quid est negatis quem esse Christum nisi ut obfuscetis coniugia? Rursus quomodo temptatur qui potens est? Quomodo patitur qui virtus est? Moritur qui vita est? Denique adhuc cogeris ut duos filios dicas, unum quem pater genuit, alterum quem virgo genuerat. Rursus quomodo fieri potest ut patiatur homo qui assumptus est sine laesione eius a quo assumptus est? Ad hoc Silvester: Nos non ideo ex virgine natum dicimus ut coniugia condemnemus, sed ut causas virginei partus rationabiles acceptemus. Nec hac assertione obfuscantur sed ornantur coniugia, cum haec virgo quae Christum peperit de coniugio nata est. Temptatus autem est Christus ut omnes temptationes diaboli vinceret, passus est ut universas passiones subiceret, mortuus est ut mortis imperium subiugaret. Dei quoque filius unus in Christo est, qui sicut est vere dei filius invisibilis ita visibilis est Christus. Est ergo invisibile hoc quod deus est, et est visibile hoc quod homo est. Pati vero hominem posse assumptum sine laesione eius qui assumpsit ex eo doceri potest, ut puta purpurae regis vestem: conchis lana fuit, et huic lanae sanguinis accedens colorem purpureum praebuit. Quod ergo tenetur digitis et torquetur in filis filo, quod hoc quod regiae dignitatis est color, an hoc quod lana exstiterat? Lana ergo numquam purpura fieret. Lana ergo assimilatur

homo colori purpureo dei qui simul in pas-
sione fuit dum pateretur in cruce sed passi-
oni in nullo subiacebat. Decimus qui
dicebatur Thara dixit: Nos minime placet istud ex-
emplum quia simul color torquetur cum lana.
Cum omnes contradicerent Silvester dixit: Ac-
cipe ergo aliud exemplum. Arbor cum radiis in
se solis splendorem admittit, si inciditur securim
quidem suscipit, splendor autem ab inci-
sione immunis consistit. Sic homine pa-
ciente divinitas nulli passioni subiacuit.
Undecimus qui dicebatur Sileon: Si de Cristo
tuo predicte ista intimata sunt tante ir-
risionis et passionis et mortis causas scire
vellem. Et Silvester: Esurivit Cristus
ut nos reficeret. Sitivit ut ariditati
nostre vitalia pocula infunderet. Temptatus
est ut nos a temptationibus liberaret. Captus
est ut nos a demonum captivitate dimitteret.
Irrisus est ut nos ab irrisione demonum
liberaret. Ligatus est ut nos a nodo ma-
ledictionis absolveret. Humiliatus est ut nos
exaltaret. Spoliatus est ut nuditatem nudi-
tate prime prevaricationis indumento
tegeret. Spineam coronam accepit ut flores
paradisi perditos redonaret. In ligno su-
spenditur ut concupiscentiam in ligno com-
missam dampnaret. Felle et aceto potatur
ut hominem ad terram fluentem lac et mel
introduceret et fontes nobis mellifluos
aperiret. Mortalitatem suscepit ut sua
nobis immortalitatem donaret. Sepultus est
ut sanctorum ~~sepulturas~~ sepulturas bene-
diceret. Surrexit a mortuis ut mortu-
is vitam redderet. Ascendit in celum ut ce-
li nobis ianuam aperiret. Sedet ad dexteram
dei ut preces credencium exaudiret. Hec
Silvestro prosequente unanimiter imperator
cum iudicibus et iudei in laudem Silve-
stri proruperunt. Tunc indignatus duo-
decimus qui dicebatur Zamber et cum indignatione
magna dixit: Miror vos sapientissimos
iudices verbis ambiguis credere et dei
omnipotenciam estimare humana racione co-
cludi. Sed iam cessant verba et veniamus
ad facta. Stultissimi namque sunt qui crucifixum
colunt cum ego nomen omnipotentis sciam cuius

virtutem nec sufferre saxa nec audire
valet quelibet creatura. Et ut me verum
comprobetis thaurum ad me ferocissimum ad-
ducatis et dum in eius aure nomen istud in-
~~sonuerit~~ sonuerit thaurus illico morietur.
Cui Silvester: Et tu quomodo hoc non
audiens audiendo didicisti? Zamber dixit:
non ~~nec~~ licet tuum nosse misterium qui iudeorum
inimicus es. Adducitur igitur thaurus fero-
cissimus qui vix a centum hominibus fortissimis
tenetur. Cum illi Samber in aure nomen protulit
continuo thaurus mugiens oculos crepitans
eius expiravit. Omnes igitur iudei vehe-
menter acclamant et Silvestro insultant.
Quibus Silvester: Hic non dei nomen protulit
sed nomen pessimi demonis nominavit. Deus
enim meus Cristus non solum viventes morti-
ficat sed etiam mortuos vivificat. Nam
occidere posse et vivificare non posse est
leonum ut serpentum ut ferarum. Si igitur
vult ut credam dicat quod non demonis
nomen fuit. Dicat iterum et vivificet quod
occidit. Nam de deo scriptum est: Ego
occidam et ego vivere faciam. Quod si non po-
terit non demonis absque dubio nominat
qui viventem occidere potest mortuum vivifi-
care non potest. Cum ergo Zamber ad susci-
tandum thaurum a iudicibus urgeretur dixit:
Suscitet eum Silvester in nomine Ga-
lilei et nos omnes in eum credemus. Nam
et si pennis possit volare istud tamen non va-
let efficere. Omnes igitur si eum suscitaverit
se credituros promittunt. Tunc Silvester
oracione facta ad aurem thauri se applicat
et dixit: O nomen maledictionis et mor-
tis egredere iussu domini mei Jesu Cristi
in cuius nomine tibi dico: Thaure surge et ad
armentum tuum mansuetus redde. Statim
igitur thaurus surrexit et cum omni ma-
nsuetudine abiit. Tunc iudei, regina,
iudices et ceteri omnes convertuntur ad fidem.
Post aliquos dies ydolorum pontifices
ad imperatorem venerunt dicentes: Sacratissime
imperator, draco ille qui in fovea ha-
bitat postquam fidem Cristi recepisti plus
quam trecentos homines interficit quottidie suo
flatu. Consulente super hoc Constantino
Silvestrum inquit: Ego per Cristi virtutem

eum cessare faceret ab omni lesione promiserunt pontifices se si hoc faceret credituros Orante autem sancto Silvestro sanctus petrus apparuit dicens secure ad draconem descende tu et duo presbyteri qui tecum sunt Cum autem ad eum veneris eum taliter alloquaris Dominus noster Jesus Christus de virgine natus crucifixus mortuus et sepultus qui resurrexit et sedet ad dexteram patris hic venturus est iudicare vivos et mortuos Tu ergo sathana eum in hoc loco donec venerit exspecta Os autem eius ligabis filo et annulo quod crucis signum desuper sigillabis Postea ad me sani et incolumes venietis et panem quem vobis ~~paro~~ paravero comedetis Descendit itaque Silvester cum duobus presbyteris in foveam per gradus centum quinquaginta duos secum ferens laternas duas draconi predicta verba dixit et os eius frendentis et sibilantis ut iussum fuerat ligavit et sigillavit Et ascendens invenit duos magos qui eos secuti fuerant ut viderent si usque ad draconem descenderent scilicet ex draconis fetore pene mortuos et ad eos secum adduxit incolumes atque sanos qui statim cum multitudine infinita sunt baptisati Sic ergo populus Romanorum a morte duplici liberatus est scilicet a cultura demonum et veneno draconis Tandem beatus Silvester morti appropinquans clerum de tribus ammonuit scilicet ut inter se caritatem haberent ecclesias suas diligentius gubernarent et gregem a luporum morsibus custodirent Post hoc autem anno domini CCCXX in feliciter obdormivit

Circumcisionis diem quatuor faciunt celebrem et solennem Primum est octava nativitatis domini Secundum impositio salvatoris novi et salutiferi nominis Tertium effusio sanguinis Quartum signaculum circumcisionis Primum videlicet octava nativitatis domini Si enim octave sanctorum aliorum solennes sunt quanto magis octava dies sancti sanctorum solennis erit Sed non videtur quod nativitas domini debeat habere octavam quia eius nativitas tendebat ad mortem Obitus autem sanctorum ideo habent octavas quia ipsi nascuntur tunc nativitate qua scilicet ad vitam eternam ut postea resurgant in corporibus glorificatis Eadem ratione videtur quod nativitas Marie vel Johannis baptiste similiter nec resurrectio domini non debeat habere octavam quia iam facta erat resurrectio ipsa in re Sed notandum sicut dicit prepositivus sunt octave alique supplectionis ut est octava nativitatis domini in qua suppletur quod minus in festo factum fuerat scilicet officium de puerpera virgine Unde in missa olim consueverat cantari ad honorem beate virginis Vultum tuum Alie venerationis ut Pasche Pentecostes Nativitatis virginis Johannis baptiste Alie devotionis seu denominationis ut cuiuslibet sancti prout fieri Octave significationis ut octave institute de sanctis que signant octavam resurrectionis Secundum est impositio novi et salutiferi nominis Hodie enim impositum est nomen novum quod non est aliud sub celo in quo oporteat nos salvos fieri Rome Nomen quod secundum Bernardum est in ore mel et in aure melos et in corde iubilus Nomen quod est sicut dicit Bernardus ad instar olei lucet predicatum pascit recogitatum lenit et ungit invocatum Habuit autem triplex nomen sicut ex evangelio testatur scilicet filius dei Christus et Jesus Vocatur autem filius dei in quantum est deus de deo Christus in quantum est persona divina quantum ad humanam naturam assumpta Jesus in quantum est deus humanitati unitus De hoc triplici nomine dicit Bernardus Vos qui in pulvere estis expergiscimini et laudate ecce dominus venit cum salute venit cum unguento venit cum gloria neque enim sine salute Jesus neque Christus sine unctione neque sine gloria venit filius dei Siquidem ipse salus ipse unctio ipse gloria Quantum autem ad hoc triplex nomen ante passionem perfecte notus non erat Nam quantum ad primum ab aliquibus cognoscebatur coniecturaliter sicut a demonibus qui dicebant ipsum filium dei esse quantum ad primum particulariter ab aliquibus enim paucis cognoscebatur Christum esse quantum ad secundum vocaliter. Sed quo ad hanc vocem Jesus secundum nominis quo ad rem nominis quod est salvator per resurrectionem. Ab hoc triplici nomine clarificatus est. Primum est nomen quo ad certitudinem, secundum quo ad diffusionem, tercium quo ad nominis rem. Primum igitur nomen est filius dei et quod hoc nomen recte sibi conveniat. Sicut dicit Bernardus in libro de trinitate: Christe dei filium unigenitum dominum nostrum Jesum Christum esse multis modis cognitum est dum de eo testatur pater dum de se ipse profitetur, dum apostoli ~~credunt dum~~ predicant, dum religiosi credunt, dum demones confitentur, dum iudei negant, dum gentiles in passione cognoscunt eum dominum nostrum Jesum Christum. Hiis modis cognoscimus nomine, nativitate, natura, potestate, professione. Secundum nomen est Christus quod interpretatur unctus. Ipse enim fuit unctus oleo leticie pre participibus suis. Per hoc autem quod dicitur unctus insinuatur quod ipse fuit propheta, pugil, sacerdos et rex. Iste enim quatuor persone olim consueverant inungi. Christus fuit propheta in doctrine erudicione, pugil in diaboli debellacione, sacerdos in patris reconciliacione, rex in premiorum distribucione. Ab hoc secundo nomine denominamur quia a Christo dicimur christiani. De quo nomine sic dicit Augustinus: Christianus iusticie, bonitatis, integritatis, paciencie, humilitatis, humanitatis, innocencie, pietatis est nomen. Et tu illud quomodo defendis et vendicas cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistunt? Christianus est ille qui non nomine tantum sed opere est. Hec Augustinus. Tercium nomen est Jesus. Hoc nomen autem Jesus secundum Bernardum dicitur cibus, fons, medicina et lux. Hic autem cibus multipliciter habet effectum. Est enim cibus confortativus, impinguativus vel impinguativus, roborativus vel delectativus. De hiis sic dicit Bernardus: Est cibus hoc nomen Jesus. An non tociens confortaris quociens recordaris? Quid ita mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus et virtutes roborat, delectat bonos mores atque honestos, castas facit affectiones? Secundo dicitur fons, unde dicit idem Bernardus: Jesus est fons vite signatus qui in quatuor rivos se diffundit in plateis. Qui fons factus est nobis sapiencia, iusticia, sanctificacio et redempcio. Sapiencia in predicacione, iusticia in peccatorum absolucione, sanctificacio in conversacione, redempcio in passione. Hec Bernardus. Alibi quoque dicit: Tres rivi fluxerunt a Jesu: verbum doloris in quo confessio, sanguinis aspersionis in quo afflictio, aqua mundacionis in quo designatur compunctio. Tercio dicitur medicina, unde sic ait Bernardus: Est etiam hoc nomen Jesus medicina. Annichilat enim ire impetum et cohibet superbie tumorem, sanat livoris vulnus, restringit luxurie fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat avaricie et tocius indecoris fugat pruriginem. Quarto est lux, unde ait idem: Unde putas in toto orbe quod tanta et tam subita sit lux fidei nisi in predicacione Jesu? Hoc est nomen quod Paulus portabat coram regibus et gentibus tamquam lucernam super candelabrum. Est itaque nomen Jesus est melle suavitatis. Unde Bernardus: Si scribas non sapit michi nisi legero ibi Jesum. Si disputas aut conferas non sapit michi nisi insonuerit ibi Jesus. Item Richardus de sancto Victore: Jesus nomen dulce, nomen delectabile, nomen confortans peccatorem et nomen felicis spei. Ergo Jesu esto michi Jesus. Secundo est melle virtuositatis. Unde Petrus Ravennensis super illud: Vocabis nomen eius Jesum. Hoc est nomen quod dedit cecis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis sermonem, vitam mortuis, totamque dyaboli potestatem de obsessis corporibus virtus huius nominis effugavit. Tercio est melle excellencie et sublimitatis. Unde Bernardus: O nomen salvatoris mei, fratris mei, carnis mee, sanguinis mei, nomen quod a seculis absconditum sed in fine seculorum revelatum, nomen mirabile, nomen ineffabile, nomen inestimabile, ~~quid~~ immo eo mirabilius ~~quod inesti~~ quo inestimabilius, eo magis gratum quo gratuitum. Hoc ab nomine impositum quod ei ab eterno

ab angelo antequam conciperetur, et a Joseph. Jesus salvator interpretatur. Dicitur enim salvator tripliciter: vel a potentia salvandi, vel ab habitu, vel ab actu. Primo quod dicitur a potentia salvandi convenit ei secundum nomen ab eterno. Secundo quod dicitur ab habitu salvandi sic fuit sibi impositum ab angelo, et convenit ei secundum nomen a principio conceptionis. Tertio quod dicitur ab actu salvandi dicitur impositum a Joseph ratione future passionis. Unde glossa super illud "vocabis nomen eius Jesum" dicit: Tu nomen impones quod ab angelo vel ab eterno impositum est. Et tangit hic glossa hanc predictam triplicem denominationem. Cum enim dicitur "nomen impones" tangitur denominatio facta a Joseph. Cum dicitur quod ab angelo vel ab eterno impositum est tanguntur alie ~~due~~ due.

Secundo igitur in hac die capitis anni constituta a Roma capite mundi et insignita capitali littera alphabeti Cristus caput ecclesie circumciditur, nomen ei imponitur et eius nativitatis octava dies colitur. Tertium est effusio sanguinis Cristi. Hodie enim sanguinem suum pro nobis primo effundere cepit, qui ipsum postea modis pluribus effundere voluit. Quinquies enim vicibus sanguinem suum effudit. Primo in circumcisione, et hec effusio fuit nostre redemptionis initium. Secundo in oratione, et hec ostendit nostre redemptionis desiderium. Tertio in flagellatione, et hec fuit nostre redemptionis meritum, quia livore eius sanati sumus. Quarto in crucifixione, et hec fuit nostre redemptionis pretium. Quinto cum ei non peperit [illegible] in lateris apertione, et hec fuit nostre redemptionis sacramentum. Inde enim exivit sanguis et aqua, per quod significatur quod per aquam baptismi debemus mundari, qui quidem baptismus virtutem erat efficaciam a sanguine Cristi.

Quartum et ultimum est signaculum circumcisionis, quod quidem Cristus hodie accipere dignatus est. Voluit autem circumcidi dominus propter multas rationes. Primo ratione sui, ut scilicet veram carnem humanam se assumpsisse ostenderet. Sciebat enim defuturos qui dicerent ipsum non corpus verum sed fantasticum assumpsisse, et ideo ut eorum errorem confutaret voluit circumcidi et sanguinem suum emittere. Corpus enim fantasticum sanguinem non emittit. Secundo ratione nostri, ut nos spiritualiter debere circumcidi ostenderet. Circumcisio enim corporalis est signum virtutis que debet fieri a nobis, scilicet exterior in carne et interior in mente. Circumcisio exterior consistit in tribus, scilicet in gestu ne sit notabilis, in actione ne sit reprehensibilis, et in sermone ne sit contemptibilis. Interior autem similiter in tribus consistit, scilicet in cogitatione ut sit sancta, in affectione ut sit pura, in intentione ut sit recta. Hec Bernardus. Tertio ratione sui ut nos salvaret. Quemadmodum enim fit cauterium in uno membro scilicet circumcisionis ut sit totum corpus sanatum, sic Cristus voluit portare cauterium in uno membro scilicet circumcisionis ut sic totum corpus misticum salvaret. Ad Colossenses ii: Circumcisi estis non circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis sed in circumcisione Cristi. Quarto ratione Iudeorum, ut inexcusabiles essent. Si enim circumcisus non esset, potuissent se Iudei excusare et dicere: ideo te non recipimus quia dissimilis es patribus nostris. Quinto ratione demonum, scilicet ne incarnationis misterium cognoscerent. Cum enim circumcisio fieret contra originale peccatum, putaverunt dyaboli et ipsum qui circumcidebatur similiter peccatorem esse, quasi circumcisionis remedio indigeret, sicut causa propter quam voluit dominus ut mater sua virgo perpetua esset desponsata. Sexto ratione omnis iustitie adimplende. Sicut enim baptizari voluit ut perfectam iustitiam et perfectam humilitatem ostenderet, quia scilicet subdere se [illegible] implevit, sic et voluit circumcidi ut causa nobis humilitatis ostenderet dominus auctor et dux legis, qui voluit se subdere legi. Septimo ratione legis Moysaice approbande, que erat bona et sancta, quia non veniebat legem solvere sed adimplere. Romanos xv: Dico enim Jesum Cristum ministrum fuisse circumcisionis dei propter veritatem dei ad confirmandas leges patrum. Quare autem octava die fiebat circumcisio triplex ratio assignatur. Prima assumitur penes intellectum historialem sive litteralem. Unde sic dicit Rabbi Moyses, maximus philosophus et theologus Iudeorum: puer in septem diebus tante adhuc teneritudinis est quasi adhuc in utero matris existens; in octava autem solidat et fortificat. Unde sicut dicitur noluit dominus parvulos ante octo dies circumcidi quia ob nimiam teneritudinem nimium lederentur. Vel octavum vero diem ipsam circumcisionem voluit prolongari propter tres causas quas ibi philosophus assignat. Prima ut periculum evitetur quia scilicet si nimium differtur tunc circumcisionem corpus nimis contigeret. Secunda ut dolori parvulorum provideatur quando enim in circumcisione ingruit dolor sic noluit eos dominus circumcidi dum privati cognitione imaginacionum fuerint ut minorem sibi dolorem sentirent. Tercia ut parentum tristicie consulatur. Nam ante quam circumcisione plurimi parvuli moriebantur. Si circumcisi fuissent erat tamen magni et quia esset mortuus maior dolor fuisset parentibus quam si morerentur octo ante dies quando circumcideretur. Secundo octo sumuntur penes intellectum anagogicum sive celestem. Ideo enim octavo die fiebat circumcisio ut daretur intelligi quod in octava resurrectionis ab omni pena et miseria circumcidantur iusti. Et sunt octo dies erunt octo etates. Prima ab Adam usque ad Noe. Secunda a Noe usque ad Abraham. Tercia ab Abraham usque ad Moysen. Quarta a Moyse usque ad David. Quinta a David usque ad Christum. Sexta a Christo usque ad finem mundi. Septima morientium. Octava resurgentium. Vel per octo dies intelliguntur octo que in eterna vita possidebimus que enumerat Augustinus dicens. Quid aliud est ego ero illorum deus ubi ero eis unde satientur ero quecumque honeste desiderantur scilicet vita salus virtus victus victoria copia gloria honor et pax et omne bonum. Vel aliter per septem dies intelligitur homo constans ex corpore et anima. Quatuor enim dies sunt quatuor elementa ex quibus corpus consistit et tres sunt potencie que sunt in anima scilicet concupiscibilis irascibilis et racionalis. Homo igitur qui nunc habet septem dies quando unitati eterne incorruptibilitatis coniungetur tunc octo dies habebit et in illo octavo die ab omni pena et culpa circumcidetur. Tercia accipiuntur penes intellectum tropologicum sive moralem et sunt hec octo dies diversi per que homo [illegible] accipi. Primus

ut esset peccati cognicio. Psalmista: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Secundus propositum desistendi malum et faciendi bonum quod notatur in filio prodigo qui dixit: Surgam et ibo ad patrem meum. Tercius pudor de peccato. Unde apostolus: Quem enim fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis. Quartus timor de futuro iudicio. Job: Quasi tumentes super me fluctus timui deum. Jeronimus: Sive comedo sive bibo sive aliquid aliud faciam semper videtur michi illa vox in auribus meis insonare: Surgite mortui venite ad iudicium. Quintus contricio. Unde Jeremias: Luctum unigeniti fac tibi. Sextus confessio. Psalmista: Dixi confitebor adversum me. Septimus spes venie. Nam et si Judas peccatum suum confessus fuit non tamen in spe venie ideo veniam non est consecutus. Octavum satisfactio et in hac die octavo homo spiritualiter circumciditur et non tantum a culpa sed eciam ab omni miseria. Vel primi duo dies sunt dolor de perpetracione peccati et desiderium emendandi per vitam. Alii duo confiteri mala que fecit et bona que obmisimus. Alii quatuor sunt oracio lacrimarum effusio corporis afflictio elemosinarum largicio. Vel octo dies prece quorum diligens consideracio omnes voluntates peccandi a nobis circumcidit ita quod qui unum diligenter considerabit penam magnam dicta faciet. Quorum septem Bernardus enumerat. Septem sunt de sciencia hominis que si homo consideraret in eternum non peccaret scilicet materia vilis operacio turpis exitus flebilis status instabilis mors tristabilis dissolucio miserabilis et dampnacio detestabilis et octavum potest esse consideracio glorie ineffabilis. Quarta vero sumuntur penes intellectum allegoricum sive spiritualem et sunt hec quinque dies erunt quinque libri Moysi in quibus continetur lex duo erunt prophete et psalmi. Octavus dies erit doctrina evangelica. Sed in septem primis diebus non fiebat perfecta circumcisio sed in octo ac circumcisio perfecta fit ab omni culpa et ab omni pena nunc in spe sed tandem in re. Quare autem data fuit circumcisio sex sunt cause que notantur in hiis versibus: Captenus signum meritum medicina figura quorum sunt olim circumcisio dicta [illegible] Karolo magno attulit et ipse eam Aquisgrani in ecclesia sancte Marie honorifice collocavit. Karolus vero postea eam fecit transtulisse Carrosium. Nunc autem dicitur esse Rome in ecclesia que dicitur sancta sanctorum et ibidem scriptum legitur: Circumcisa caro Christi sandalia clara atque umbilici viget hic precisio cara. Unde et ea die fit statio in sancta sanctorum. Sed si hoc verum est utique est mirabile. Cum enim caro ipsa sit de veritate humane nature credimus quod resurgente Christo rediit ad locum suum glorificatum. Aliqui dicunt quod hoc verum sit iuxta opinionem illorum qui dicunt illud solum esse de veritate humane nature ~~credimus~~ quod resurgente Christo quod ab Adam traductum est et illud solum resurget. Notandum quod olim a paganis et gentilibus in his kalendis multe superstitiones observabantur quas etiam sancti viri vix extirpare potuerunt. Quas Augustinus in quodam sermone commemorat. Credebant enim ut dicitur Ianum ducem quendam deum esse, eum in his kalendis plurimum venerabantur et ei duas facies fingebant, unam post se et aliam ante se, quia erat anni preteriti terminus et principium sequentis. Rursus in his kalendis formas monstruosas assumebant. Alii vestientes se pellibus pecudum, alii assumentes capita bestiarum eo quo indicarent non tantum habitum beluinum habere quam sensum. Alii tunicis muliebribus vestiebantur non erubescentes inserere tunicis muliebribus militares lacertos. Alii ita auguria observabant ut focum de domo sua vel aliud quodcumque beneficium cuilibet petenti non tribuebant. Diabolicas etiam strenas et ab aliis accipiunt et aliis tradunt. Alii in nocte mensas preparant ut sic tota nocte maneant composite, credentes quod per totum annum convivia in tali abundantia perseverent. Et subditur: Qui de paganorum consuetudine aliquid servare voluerit timendum est ne ei nomen christianorum prodesse non possit. Qui enim stultis hominibus ludentibus aliquam humanitatem impenderit peccati eorum participem se esse non dubitet. Vobis autem fratres non sufficiat quod vos malum non faciatis sed ubi ea fieri videritis arguite, corrigite, corripite, castigate. Hec Augustinus.

Epiphania domini quadruplici decoratur miraculo et ideo quadruplex [illegible] vocatur. Hodie enim magi adorant Christum, Johannes baptisat, aquam in vinum Christus mutat et quinque milia hominum de quinque panibus saciat. [illegible] cum esset tredecim dierum magi ad eum duce stelle venerunt et inde dicitur epiphania ab epi quod est supra et phanos apparicio quia tunc desursum stella apparuit sive ipse Christus per stellam que desuper visa est magis verus deus demonstratus est. Eodem die revoluto XXIX anno cum iam annum tricesimum attigisset quia habebat XXIX annos et XIII dies, erat enim incipiens quasi triginta annorum ut dicit Lucas, vel secundum Bedam habebat XXX plenos annos quod et Romanam ecclesiam tenere asserit, tunc in aqua in Iordane baptisatus est et ideo dicitur teophania a theos quod est deus et phanos apparicio quia tunc tota trinitas apparuit: pater in voce, filius in carne, spiritus sanctus in specie columbe. Eodem die revoluto uno anno cum esset XXX unius annorum et XIII dierum aquam in vinum mutavit et ideo dicitur bethphania a beth quod est domus quia ibi miraculo facto in domo verus deus apparuit. Eodem die anno revoluto cum esset XXX duorum annorum V milia hominum de quinque panibus saciavit sicut dicit Beda et sic dicitur in illo hymno qui in multis ecclesiis cantatur qui sic incipit: Illuminans altissimus. Et ideo dicitur phagiphania a phage quod est bucca sive manducare. De hoc autem quarto miraculo utrum hac die contigerit dubitatur, tum quia in originali Bede non sic expresse legitur, tum quia Johannes scripto ubi de hoc miraculo dicit: Erat autem proximum pascha. Fuit autem quadruplex apparicio hac die facta est: prima per stellam in presepio, secunda per vocem patris in Iordane fluvio, tercia per mutacionem aque in vinum in convivio, quarta per multiplicacionem panum in deserto. Prima autem apparicio precipue hodie celebratur et ideo eius historiam prosequamur.

Nato enim domino tres magi Ierosolimam venerunt quorum nomina in Hebreo sunt Appellius, Amelius, Damascus; Grece Galgalath, Malgalath, Serachim; Latine Caspar, Balthazar, Melchiar. Cuiusmodi autem magi fuerint

Cum triplex constat significacio secundum quod magus
accipitur dicitur magus enim dicitur illusor malefi-
cus et sapiens. Dicitur quod quidam istos
reges ab effectu dictos fuisse magos
id est illusores quod eo scilicet quod Herodem illu-
serunt et ad eum non redierunt unde et
dicitur de Herode qui videns quod illusus
esset a magis. Magus iterum dicitur male-
ficus unde malefici Pharaonis dicuntur
magi. Et in dicto Crisostomus hos magos fu-
isse votos dicit enim istos fuisse male-
ficos sed per ea consilia quibus voluit deus
nativitatem revelare et eos ad se adducere
ut peccatoribus spem venie preberet. Item
magus tercio secundum quod sapiens nam persice magi caldayce
grece philosophus latine sapiens
dicitur quod magi quasi sapientes unde magi
quasi sapiencia magni devenerunt quod isti tres
sapientes et reges cum magno comita-
tu Jerosolimam. Sed quare magi Jeroso-
limam venerunt cum ibi dominus non sit natus
super hoc Remigius assignat quatuor raciones
pa Quia magi tempus Christi nativitatis cognove-
runt sed locum ignoraverunt quia Jerusalem civitas
regalis erat et ibi erat summus sacerdo-
cium suspicati sunt quod tam egregius puer
non nisi in regia civitate nasci deberet
Secunda ut eius nativitatis locum discernere potuis-
sent quia ibi sapientes legum et scribe resi-
debant. Tercia ut Judei inexcusabiles ma-
nerent potuissent enim dicere nos quidem Christi
nativitatis locum cognovimus tempus autem
ignoravimus et ideo non credidimus. Magi quod
ostenderunt Judeis tempus et Judei magis
locum. Quarta ut sic studio magorum con-
dempnaret pigricia Judeorum. Nam illi
prophete crediderunt uni isti pluribus credere
noluerunt illi quesierunt regem alienum isti
non quesierunt proprium illi venerunt ~~elonginquo~~
elonginquo isti manserunt e vicino. Illi
reges fuerunt successores Balaam et ad
visionem stelle venerunt propter illud prophecia
prius sive orietur stella ex Jacob et consurget
homo de Israel. Alia causa quare isti moti sunt
ad veniendum ponit Crisostomus in originali super Matheum
asserens quosdam dicere quod quidam secretorum
inspectores elegerunt de se ipsis duodecim
et si quis moriebatur filius eius aut aliquis
propinquorum in loco eius substituebatur.
Isti ergo per singulos annos post messem
ascendebant in montem Victorialem
et tribus diebus ibidem morantes lavaban-
tur et orabant deum ut eis illam stellam
quam Balaam predixerat ostenderet. Quadam
igitur vice scilicet in natali domini dum sic
ibidem ~~mo~~ manerent quedam ad eos stel-
la super montem venit que habebat formam
pueri pulcherrimi in cuius capite crux
splendebat que magos allocuta est
dicens Ite velociter in terram Juda et ibidem
regem quem queritis natum invenietis
Qui ibi continuo illi venire ceperunt. Sed
quomodo in tam parvo tempore scilicet per xiii dies tan-
ta terre spacia venire potuerunt scilicet
ab oriente in Jerusalem que in medio mundi
dicitur esse sita. Respondeo quod secundum Remigium cum
talis puer ad quem properabat eos
in tam brevi spacio perducere potuit. Vel
potest dici secundum Jeronimum quod dicitur ut super
dromedarios venerunt qui sunt animalia
velocissima currunt enim uno die quantum
equus in tribus. Vel dicitur dromedarius a
dromos quod est cursus et ares quod est virtus
Cum ergo Jerosolimam venissent interrogaverunt
dicentes ubi est qui natus est rex Judeorum
non interrogant an natus sit quia hoc cre-
debant sed querunt ubi natus sit et quasi
interrogasset eos unde sciretis illum regem
natum esse responderunt vidimus stellam
eius in oriente et venimus adorare eum
Quasi est nos in oriente consistentes vidimus
stellam eius id est nativitatem demonstrantem vidimus
in qua super Judeam positam. Vel nos
consistentes in nostra regione vidimus
stellam eius in oriente id est in ~~regione~~
orientali parte mundi. Hic ubi sunt dicit
Remigius in originali verum hominem
et verum regem et verum deum confessi sunt
verum hominem cum dixerunt ubi est qui natus
est verum regem cum aiunt rex Judeorum verum
deum cum subiungunt venimus adorare eum
Preceptum enim fuit ut nullus nisi solus
deus adoraretur. Sed Herodes hoc

adventus [illegible] et eius persecutionem
ad eo [illegible] triplici de causa primo [illegible]
[illegible] ne Iudei rege nato [illegible]
sui reciperent et se tamquam alienige-
na repellerent [illegible] Sicut ra-
mum arborum in excelso positum levis
etiam aura movet sic et sublimes
homines in culmine dignitatis constitutos
levis etiam fama conturbat. Tertio ne a
Romanis inculpari posset si aliquis ibi
rex vocaretur quem Augustus non constituisset.
Erat enim ordinatum a Romanis ut nullus
deus vel nullus dominus vel rex sine sui li-
centia in imperio diceretur. Secundo quia sicut
ait Gregorius Celi rege nato rex terre
turbatus est quia nimirum altitudo terre-
na confunditur cum celsitudo celestis ap-
perit. Omnis etiam Ierosolima cum illo
turbata est triplici de causa primo quia
impii gaudere de adventu iusti ne-
queunt. Secundo ut regi turbato adularetur
per hoc quod se turbatos sibi ostenderet. Tertio
quod sicut se ventis concutientibus unda
concutitur sic a regibus sibi ad invicem
contrariantibus populus populus conturbatur. Et ideo
quod hoc timuerunt ne scilicet parte et suo
rege adinvicem certantibus [illegible] ipsi pre-
lationibus involverentur. Et congregans
Herodes omnes sacerdotes et
et scribas congregatos sciscitabatur ab eis
ubi Christus nasceretur. Cum autem ab eis
didicisset quod in Bethleem, inde vocatis
ad se clam magis diligenter ab eis
didicit tempus stelle ut videlicet sciret quid
faceret si ad se magi non redirent dixit-
que eis ut invento eo ei renunciarent
simulans se velle adorare quem vo-
lebat occidere. Et notandum quod cum
magi in Ierusalem ingressi fuissent stelle
ducatum amiserunt et hoc propter tres
rationes. Prima ut de loco nativitatis
per querere cogerentur ut sic de ipsius
ortu certificarentur tam per stelle apparitionem
quam prophetie assertionem sic factum est.
Secunda quia auxilium querentes humanum
iuste quidem perdere meruerunt divinum

tertia quia signa infidelibus data sunt
secundum apostolum prophetia fidelibus et ideo
signum datum est illis dum adhuc essent
infideles non debuit apparere dum
venerunt inter iudeos fideles. Et hec tertia ra-
tio tangitur in glossa. Cum autem de Ierusalem
egressi fuissent stella antecedebat eos
usque ad domum veniens staret supra ubi
erat puer. De hac stella cuiusmodi
fuerit tres sunt opiniones quas ponit
Remigius in originali. Quidam dicunt
fuisse spiritum sanctum ut ille qui postmodum descen-
dit super dominum baptizatum in specie columbe
apparuit et magis in specie stelle. Alii ut
Crisostomus dicunt quod fuit angelus ut ille qui
apparuit pastoribus apparuit et magis. Sed
ipsis pastoribus iudeis tamquam racione uten-
tibus apparuit in forma racionalis creature,
gentilibus vero tamquam irracionalibus in specie
irracionabili. Alii quod verius creditur dicunt
quod fuit stella de novo creata que peracto
suo ministerio redijt in preiacentem materiam.
Ista autem stella secundum quod dicit Fulgencius
differebat ab aliis in tribus scilicet in situ quia
non erat cum aliis localiter sita in firma-
mento sed pendebat in meditullio aeris
proxima terre. In fulgore quia ceteris erat splen-
didior quod inde patet quod splendorem eius non
poterat splendor lucis obfuscare immo
in meridie lucidissima apparebat. In
motu quia precedebat magos more viatoris
non enim movebatur motu circulari sed quasi
motu animali et processivo. Alie tres differentie
tanguntur in glossa Mathei ij°. Et nunc incipit
hec stella dominice enim nativitatis hic
Prima in origine quia alie in mundi principio
sunt facte hoc modo. Secunda in officio quia
alie sunt facte ut sint signa et tempora
Genesis primo. Hec autem ut magis viam
magis preberet. Tertia in duratione quia
alie sunt perpetue. Hec completo officio
suo redijt in materiam preiacentem. Cum autem stellam
vidissent gavisi sunt gaudio magno
valde. Notandum quod quintuplex est stella

Salomonis ipsi sunt uel reges terre de quibus dictum est Reges terre desiderabant uidere presenciam Salomonis et audire sapienciam eius et offerebant ei munera aurum thus et mirram et audiebant xpm aut faciem uidebant foris auricula uoce loquentem Audiebant intus uocem suam per eius inspiracionem sonantem Non eis ipse nec eis angelus xpm nunciatum ostendit sed insensibilis creatura et inuisibilis gracia uero eos ad cunabula perduxit Quite fuerunt gle apud deum quam ~~mani~~ nitide declarant testimonia noui et ueteris testamenti Prophetat de eis propheta Dauid dicens Reges Tharsis et insule munera offerunt Reges Arabum et Saba dona adducent qui hic paulo superius Deus iudicium tuum regi da Et magnus ille doctor Surge illuminare Jerusalem quia uenit lumen tuum et gloria domini super te orta est Et ambulabunt reges in splendore ortus tui Et in sequentibus Omnes de Saba uenient aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes Ex hiis igitur testimoniis probatur eos reges fuisse non pretend quod ewangelista appellat eos magos et non reges utique propter sapienciam Alios quidam appellant philosophos Persi nominant magos de Arabia claros qui de xpo stella eis prestauerunt Erant astrologi de terra Caldeorum ubi Saba fluuius dicitur ~~vnde Saba~~ Sabea regio dicitur unde qua est Arabia ubi reges fuerunt quorum est unus colligitur quod unus ~~mu~~ munerum scilicet auro thure et mirra unde et Leo papa in suo sermone dicit Tribus igitur magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit Item sequitur Tres uenlens ductum quam perfecti fuerunt in caritate qui fortes in fide manifestius colligitur quod ewangelista lectorum est sex ubi diuina consideracione oritur que eorum maiestas dignitatis seu sanctitatis xpm est longitudo itineris eorum dicitur Ecce magi ab oriente uenerunt Jerosolimam Eorum constancia confessionis eorum subiungitur ubi est qui natus est Rex Judeorum Eorum leticie inmensitas eum dicitur uidentes autem stellam gauisi sunt gaudio magno Eorum fidei sinceritas in hoc quod procidentes adorauerunt eum Eorum munerum oblacionem dicitur apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum thus et mirram Eorum diuina apparicio in sompniis ne redirent ad Herodem per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam Eorum postea egerunt uel quando tempore uixerunt sic scriptum inuenimus ordinem eos in fide et timore xpi perseuerasse ut poterit ut de tri Hinc constringe quod eorum mirabiliter in eis splendor perenne glorie dignitatis est attende postquam igitur beata Elena corpora trium Magorum Constantinopolim deportauit ut uisum est fuerunt quam in eadem urbe cum maiori honore usque ad tempora Manuelis imperatoris fuerunt Eodem temporibus Eustorgius natiuitate grecus uir eruditissimus nobilis et religiosissimus habitu locubus predicatorum facundiaque dei seruicio omnino deditus affabilis et castus et Constantinopolitanus ciuis beati Ambrosii tempore Mediolanensis episcopi qui legatus imperatoris Manuelis a Constantinopolim Mediolanum digressus a populo Mediolanensi fuit electus episcopus unde Constantinopolim Eustorgius regressus imperatori gracias egit dicens Tunc pie et pie imperator Manuel quas possum ago tibi gracias quod me recipere dignatus es ad sanctam ciuitatem Mediolanensem tuam quam metropolim uel metropola dicebatur legasti scias per me omnia ut uoluisti completa et tributa ce pata integre et ibi me episcopus ciuitatis ecclesie eleccioni gracie dei et ad eius clemencie decet me indignum minus laudare precor quo rogatum ut redderem tibi et notificarem quod pro deo et te domine me tuus benivolus et tibi devotus ipsius huius legatus ad te me ad gratiarum actionem fecit. Estote igitur memor mei et iube quod factum sit. Cui inter cetera imperator dixit: Esto vir digne, vir digne presul. Dixit ad Eustorgius: Gratias ago tibi et deo. Rogo karissime domine iube de dei et de tuis sacris quos voluero meam si dei clemencia annuerit ad sanctam urbem Mediolanum et ad eius ecclesiam sacris reliquiis honorandam transportari ut ipsum tibi subiectum remunerare. Dixit imperator: Que velis sumpto accipe fortiter ut et si potes fieri melior efficiaris et a tuo censu ab omni tributo absolve. Letus itaque discessit, perfecto cum multo labore archam marmoream cum corporibus trium regum qui Christo munera auri thuris et mirra obtulerunt Mediolanum ad multis vigiliis veniens dei ope et inita detulit ad urbem. Posito archa ipsa posita est in ecclesia quadam foris muros prope urbem Mediolanum que postea in honorem sancti Eustorgii consecrata est et ibi est fons celeber et sanctissimus in quo baptisabantur sancti venientes in fide ab omnibus Christianis devotissime reverentibus quos infundendo lumen splendidum ineffabiliter illuminat et ab eius diligit. Anno ab incarnacione domini M°C°lxiiii° cum Fridericus Romanorum imperator Mediolanenses rebelles sibi subiugasset ut esset in eius potestate, Raynaldus Coloniensis Coloniensis episcopus sepe dictos beatos reges dari sibi petiit et obtinuit. Sustulit inde eciam alios duos preciosos martires Felicem et Naborem qui ibidem passi fuerant pro Christo nomine qui nimium exultans tam reges quam martires per honestas personas Coloniam transmisit quibus appropinquantibus tota civitas obviam ivit tam clerus quam populus usque senes omnis etas cum ymnis et canticis thesaurum sibi celitus missum in ecclesiam Petri ita ut usque hodie sanctorum regum altari et de insulis maris et diversis regionibus fideles confluere non desinunt reddentes ibi vota sua que distinxerunt labiis. Et videtur in ea illud Ysaie impletum: Tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum quando conversa fuerit ad te multitudo maris et fortitudo gencium venerit tibi. Exnunc ergo gratias agamus deo patri qui regiones et civitates nostras tam splendidissime stellis illuminare dignatus est, illis in nostro occidente qui stellam filii eius videre meruerunt in oriente domino nostro Jesu Christo cui cum patre et spiritu sancto honor sit et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

In illo tempore quidam abbas Elsinus nomine de ecclesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad legacionem peracta Wilhelmi ducis pro qua missus fuerat in Daciam dum in Angliam rediret et navem conscendisset cum sociis et per altum maris pergerent, contrarius ventus surrexit, mare funditus commovit, omnes quoque qui in navi erant forti formidine replevit. Timore namque gravati nimium et penitus spes ad lacrimis fundunt et se gravissime deliquisse miserabiliter gemunt. Nam syrenes pre oculis aspiciunt turbas maris amplius et dubii et velut in morte positi clamant ad deum fortiter: Deus altissime et pater clementissime dignare nos respicere miseros pro immo crimine. Respice nos dulcissime de sede tue glorie, visita nos positos extremo in articulo. Assit tua benignitas, assit maxima bonitas, assint dona gratuita, succurrere nobis miseris pietas

Helsing

ineffabilis ne nos sorbeat interitus pro nostris miseris criminibus. Parce deus cognoscimus quia quamvis deliquimus peiora committimus et commisimus quia tibi peccavimus benigna tua gratia fatentibus indulgeat. Confitemur nostra crimina tu dele tua gratia qui promisisti miseris qua quacumque hora ingemuerit et corde penituerit salvos statim fieri. Parce nobis confitentibus miserere gementibus miserere nobis flentibus et vere penitentibus. Gloriosa mater domini ora pro nobis miseris et tuo filio domino commenda nostra. In flamma namque maris sunt tradita nostra misera corpora. Cumque sic desperantes clamarent nautae quendam pontificalibus vestibus ornatum viderunt iuxta navem assistere. Qui in Helsinum abbatem ipsum nomine appellans haec ei retulit dicens: O tu Helsine surgens veni et meam loquelam. Cum admirantibus omnibus quenam esset persona praefata ut credimus angelica haec ei dixit: Si vis effugere et mortem evadere si vis patriam terramque tuos et lares visere promitte fidelissime mihi deo promissione te facturum praecelebrem conceptionis ipsius diem in qua ipsa virgo incomparabilis futura dei genitrix in alvo matris concepta fuit, et doce quoscumque poteris et qui scire voluerint ut praecelebrem huius virginis diem agant solemnitate. Abbas Helsinus ut erat prudens haec nuncio infert: Domine carissime libenter faciam qui dies vel quando celebrari debeat penitus ignoro. Cui nuncius reddit: In sexto idus Decembris est celebrandus huius conceptionis dies. Hunc ut celebres moneo et celebrandum dicito et qui scire voluerint. Ait abbas Helsinus: Et quali ministerio fruito iubes me uti in hoc festo. Cui divinus nuncius reddit dicens: Omne servicium quod in eius nativitate dicitur et in conceptione eius agatur. Sic et ubi in illa festivitate nativitas dicitur conceptio in ista celebritate dicetur. Praedictus abbas postquam audivit deo gratias retulit et depositisse venti

tempestas cessavit et serenitas rediit. Rursum haec festivitas aliquo modo alibi declaratur. Clericus enim Karoli regis Francorum, clericus quidam ordine levita Ungarie regis germanus, beatam genitricem Mariae toto corde diligebat eiusque horas cantare solitus erat. Parentum vero suorum consilio nubere volens cum quadam adolescentula pulcherrima accepta compositione in parochiali benedictione die quadam ut iam missa fuit confessio cum celebrata recordatus est cursum beatae virginis Mariae horis die illo nondum more suo non cantasse, omnes ecclesia coegit exire sponsam ad domum mittens ipse in ecclesiam solus remansit. Cumque solus dudum nostras horas decantaret et antiphonam Pulchra es et decora diceret, subito apparuit ei domina mundi et speciosa dei genitrix virgo Maria cum duobus angelis dexteram et levam eius tenentibus ei dicens: Si ego pulchra sum et decora quid est quod me dimittis et aliam sponsam accipis? Si aliquid non sum pulchrior inquit? Numquid non sum ego decora valore ubi vidisti tam pulchram? Cui ille: Domina mater mea pulchritudo tua omnem ornatum mihi praecellit. Tu es super choros angelorum elevata, tu es super celos celorum exaltata. Quid ergo vis ut faciam? Ait illa: Si sponsam quam cepisti cum adherere vis amore dei dimiseris, me sponsam in celesti regno habebis et si festum meae conceptionis annuatim sexto idus decembris solemniter celebraveris et celebrandum praedicaveris, mecum in regno filii mei laureatus eris. His dictis domina mundi ab oculis se videntibus disparuit. Clericus vero in veritate rediens absque parentum consilio ad abbatiam quandam opera patrum illuc pergens monachali habitu decoratur et postea hoc aliquando tempus multum beatae virginis Mariae quam diligentius se ipse decorat et beatificat. Aquilegiae patriarcha fit et conceptionis Mariae festum praefata die quamdiu vixit cum suis beatus diligenter celebravit et celebrandum aliis praedicavit. Ecce haec festivitas aliter alibi declaratur.

in pace [illegible] | Canonicus quidam secularis ecclesie solitus cantare horas beate virginis a villa quadam cum uxore alterius fornicatus fuerat rediens ad ecclesiam fluvium transire cupiens, in quo [illegible]. Tandem cum se caute transfretare cupiens solus navi ingressus et dum inter horas navigando canere cepit. Cumque invitatorium Ave maria gratia plena dominus tecum diceret et iam in medio fluminis esset, ecce turba demonum in profundum pellagi eum cum navicula precipitavit et eius animam sic precipitatam rapuit ad tormenta dicata ad locum quo demones tormentis afficere animam volebant. Venit beata dei genitrix cum sanctorum turba dicens eis: Ut quid animam mei famuli afflatis? Nos inquiunt eam debemus habere quam capta est in suo opere. Cui illa inquit: Ergo propria debet esse cuius opera faciebat. Ergo mea debet esse anima quia matutinas meas dum vos eum ~~premisistis~~ permisistis decantabat. Unde magis rei facti estis quia ita me ~~[illegible]~~ egistis.

ł inique

His itaque dictis demonibus desperantibus sanctissima virgo animam detulit ad corpus et per brachia hominem ab undis resuscitatum accipiens angelis a dextris et a sinistris stare iubens, qui mirum de profundo pellagi in portum incolumem adduxit. At ipse prostratus pedibus eius provolutus ait: Carissima domina mea et virgo gratissima, quid tibi retribuam pro talibus beneficiis que mihi fecisti? Peto igitur ego te dei genitrix ne amplius in adulterium [illegible] cadas, et ut festum conceptionis mee celebres sexto ydus decembris et cunctis celebrandum predices. Mox ut ipsa hec locuta est eo vidente celos ascendit. At ipse visa genitrice dei dicens quod sibi acciderit cunctis audire cupientibus enarravit et quamdiu vixit eandem diem celebravit et celebrandam cunctis predicavit. Et nos fratres dilectissimi hec corroborantes oportet ut unusquisque sit ita temporalibus rebus occupatus

aut corporis [illegible] desperatus quin beate virginis marie venerandam conceptionem celebret et eius horas per unam quamque diem excepto die dominico decantet. Nonne si aliquis propter peccatorum suorum desperationem officium facere noluit dum tamen deo reus erit propter quod peccatum fecit. Ergo quia pro peccato suo deo satisfacere noluit. Unde et quod dominus ad petrum ait: Si te peccatorem consideras non oportet quod a te deum repellas. Deum a se repellit qui propter peccata sua bona opera remittit. Ergo si nos peccatores cognoscimus oportet ut dei genitricem apud filium suum exoratricem et auxiliatricem habeamus. Si enim adversus nos summus iudex propter nostra peccata iratus fuerit, ipsa pro nobis eum faciet nobis placatum quem genuit. Nullus tam magnus peccator in seculo quem pro te si ipsa filium suum exoraverit pro eo qui recipiet vitam in futuro. Quilibet enim a filio suo pro eo petierit totum obtinebit. Nullus ergo sit piger nulli onerosum eius festa celebrare. Sciendum quod sicut in sancta ecclesia colitur eius nativitas sic et eius conceptio. Nisi enim concepta fuerit nunquam nasceretur. Iussu dei concepta et nata. Immo si divina ratio perspiciatur spiritualis dies fore maior conceptionis apparebat quam nativitatis. Res enim maior constat a deo creari quam filios ade de matre generari. Non enim mirum si hec creata nascitur de matre. Quicumque igitur presul aut abbas aut prelatus eius solemnia recolere diligenter et cunctos iubet diligenter colere, qui si ea toto corde amaverit nunquam tu a gradu dignitatis depositus erit in me metipso [illegible]. Erubescant igitur omnes insensati qui tantam diem tanta per inscientiam ac sacra tenebris ignorantie excecati respuunt celebrare eo quod viri ac mulieris copulatio in conceptione virginis constat. Si igitur eius conceptionem ideo quia carnalis constitit copulatio stultis non placet habere celebrare in illam diem et non est dignum quamvis incognita sint [illegible] in temporis esse et horas spiritualis eius

hodie conceptionis celebri ac delectat
qua gloria et tunc ipse animae creator
animam suae matris dignam sanctissimo corpori
eius virginali angelis ministrantibus initium
redemptionis et salutis nostrae ceteros
dies fecit pollere et sanctificare. Item
quod sunt duae conceptiones hominibus bene
omnibus notae scilicet una carnalis et alia
spiritualis / una quae carnalis copula viri et
mulieris agitur. Alia qua spiritualis anima
nova et pura deo operante corpori in
initus adunatur. Si non placet illis
celebrare dominae matris conceptionem placeat
eis recolere animae eius spiritualem creationem
corporis et animae copulationem. O quam est
dies ista qua reparatricis nostrae anima digna
creatur et consecratur et sanctissimo
corpori immittitur. Non est verus amator
virginis qui respuit eius colere diem
conceptionis. Erubescat itaque insanus
qui hanc diem colere noluit. Ideo quia
aliorum sanctorum conceptiones minime ecclesia co-
lere consuevit. Maxima quippe rusticitas
est eam aliis sanctis in hoc comparare in qua
deus carnem humanam assumpsit quam
ita super omnes sanctos angelos excellenter
sublimavit. Cuius cum ceteris sanctis
dies conceptionis eorum non sit concessum
ut coleretur. Illi vero assumptio concessum
quae maior et excellentior cunctis sanctis
est pulchre et digne hanc donationem
super ceteros sanctos ista debet habere
per quam omnes beatificantur. Dicat cunctus
status sanctorum deo et hanc sanctam sanctorum.
Et sicut summo more naturae summus deus
dispositor super omnes sanctos et sanctas
iam dignitatis illi tribuit ut una causa sanctorum
virgo conciperet et virgo pareret / virgo
post partum permaneret. Sic ipse prae
omnibus hanc dignitatem illi instituere contu-
lit ut eius conceptionis et nativitatis solemnia
in sacrosancta ecclesia celebrentur. Nam con-
ceptionem dominae nostrae colere Christi generatricem
et concedere etiam eius conceptionem Christi
generationis in Luca evangelista. Evangelii
liber generationis hanc diem sicut in natali

eius ad laudes meae debito decantamus
et in missa legimus. Concepto igitur colitur
et filii generatio et matris conceptio quia
conceptio et nativitas matris generatio est filii
celebremus ergo hodie dignis officiis ac
laudibus utriusque eius honorabilem conceptionem
spiritualem scilicet et humanam ut ipsius meritis
et precibus a secularibus malis et a cunctis
vitiis mereamur eripi et ad aeterna gau-
dia paradisi perduci praestante domino Jesu Christo

Incipit epistola Philippi Cipri regis
cancellarii ab eo missa christianis
occidentalibus de praesentatione beatae Mariae
virginis in templo cum devotione

Universis in domino
fidelibus occiden-
talibus Philippus
de Maseriis picar-
dus miles insignis regni Cipri indi-
gnus cancellarius vocatus ac gloriosissimae
virginis Mariae zelator ab ortu usque ad
iram summi iudicis per malam operationem et
ad vitam aeternam praemia proclamans ple-
rumque compellit dolore quae et male gerun-
tur in lucem ad memoriam reducere. Dicere
igitur possumus ad latinos qui redempti sunt
a domino Jesu de nobis christianis rubor in
facie et livor infamiae quod non sunt oc-
cultata hodie a filiis alienigenarum
infidelium quae in cunctis nostro sunt mala ex-
plicabilia christianis a deo inflicta pesti-
fere innumerabilibus scilicet nempe pestilen-
tiae seditiones mortalitates guerrae per-
ditiones et clades temporibus nostris
insurrexerunt maxime ad placandam caritatem
talem sicut patet in Maccabeis. Flagellavit
etenim deus et continue flagellat christianos
quos ad mortem quos ad gladium quos ad
famem et captivitatem. Hodie non immerito
dici potest sapientiam vincit malitia abdere
ubique scientia nimis ut committetur
iustitiae zelus et non est qui faciat bonum
non dico velit sed possit. Superbi inique
agunt usque qua et nullus audet contradicere
et ut sic ignorantia tuta esset et

instancia [illegible] ipsa sufficiat [illegible] sionem. Hec est enim vera mater pietatis et fons venie quam a patribus nostris prius redemptorem non celebrarit quia utilis est nobis aliter facere suam et gratiam [illegible]

Currendum igitur fiducialiter desperancia abiecta in instantibus periculis, flagellis et pressuris secularibus, ad portum salutis festinandum, videlicet ad advocatam peccatorum, mediatricem Dei et hominum, reginam nostram et matrem Dei, intemeratam virginem Mariam confugiamus, ut videlicet sua pietas sinum sue misericordie nobis adaperiat et in recessione iocunditatis laudis sue presentacionis devocione allecta apud benedictum fructum ventris sui Jesum filium suum unigenitum intercedat. Ipsa quoque pro nobis intercedente ac nos protegente a malis liberemur, ad viam veritatis rectam reducamur, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate et iusticia omnibus diebus nostris. Cantemus igitur carmine novum regine celi et antiquas laudes nove presentacionis in templo Dei partibus orientis novis coruscantes.

Universis fratribus nostris christianis in plaga occidentali, australi et septentrionali de generibus pro antidoto et leticia spirituali annunciemus quod universis katholicis Europe et Affrice presentem devotam intemerate virginis cuius devotissima solempnitatem usque in ecclesia occidentali novam et rutilantem in cordibus zelatorum virginis comperimus antiquam in ecclesia orientali et ad novam devocionem concitetur.

Temporibus namque antiquis et ut creditur in primitiva ecclesia quando civitas sancta Jerusalem et terra sancta per christianos detinebatur ibique et in aliis partibus orientis in quibus vigebat fides katholica sanctis patribus instituentibus et veris signis miraculis declarantibus festum beatissime virginis Marie quando in tercio etatis sue anno in templo per seipsam quindecim gradibus templi fuit miraculose in templo Deo a parentibus suis presentata die xxi mensis novembris devotissime et solempniter celebrabatur ac adhuc in regno Cipri devotissime per fideles orientales colitur. De patre et habet officium totum proprium et devotissimum per usum curie Romane [illegible] notum. Ego quidem festum super meorum cancellarius Cipri indignus et inutilis presentacionis virginis et iocunditate admirans et in corde suo estimans indignum quod tanta solempnitas partes lateret occidentales in quibus per gratiam Dei fidei plenitudo consistit.

Ob reverenciam igitur ipsius beatissime virginis ipsa adiuvante dictam solempnitatem iam pluribus annis elapsis in aliquibus partibus Ytalie, videlicet in preclara civitate Venetiarum aliquibus electis devotis virginis ipsius civitatis solempniter celebrari fecit. Que presentacio consignata et devotissima aliquibus signis et visionibus dictam solempnitatem de cetero celebrandam confirmantibus et eam comitantibus de qua certe nova devocio et iocunda mentibus Dei in cordibus multorum fidelium non mediocriter aporta est. Adveniente pluries dicto cancellario ambassiatore serenissimi principis Petri Jerosolimitani et Cipri regis filii quondam armipotentis Machabei victoriosissime ac lacrimabilis memorie sui quondam presumptus orientalibus ad pedes nostri sanctissimi patris et domini domini nostri Gregorii pape undecimi sacrosancte Romane ecclesie ac universalis ecclesie summi pontificis toto nisu anhelante et solempnitas sepe ~~[illegible]~~ tacite presentacionis beate virginis ubique terrarum auctoritate apostolica divulgaret et ad illam humilitate qua potuit non qua debuit et devocione qualicumque oracionibus fidelium multorum devotorum virginis utriusque sexus et adiutus non in arcu suo sperans sed in arcu celesti qui divinam maiestatem inclinavit usque ad uterum virginalem domino sanctissimo pape Gregorio dictam solempnitatem rutilantem nove devocionis beatitudini sue fuit ignota devote communicat. At officium integrum cum musica notatum humiliter presentavit supplicando eius sanctitati ut festivitatem devotorum virginis ut solemnitatis solemnitas matris dei ab occidentalibus incognita et neglecta ubique terrarum auctoritate apostolica celebrari mandare dignaretur aut saltem devotis volentibus celebrare permitteret. Cum quidem sanctissimus pater Gregorius sane vigilans in huius fidei sue et extensione multiplici cerimonie divini cultus velut alter david ipsius virginis marie singulariter electus imitator in summa clemencia in mansuetudine et florida castitate et humilitate in zelo fidei et fervente devotione matris nec non utrique administratoribus lingwarum balbucientem abhorrens seu leprosum haurientem aquam minime repellens. Sed amore virginis tactus et inflammatus a corde affectu officii libellum in certam manibus propriis dignanter recepit ac postea multa et devotissima verba ipsius amatoris dicti cancellarii singulariter per devotionem penitencia concludendo. Sanctissimus igitur pater in laudes virginis prorupit dicens: O quam aliquod remedium ita efficax cum peccatorum sit recursum habere in omni necessitate ad beatam mariam virginem et ei complacere sibi servire et ipsam laudare. Hec ille. Dominus clementissimus papa Gregorius zelator honoris matris virginis viso officio et studio suo ipso importunitate dicti cancellarii postea pie prosequente voluit prius et mandavit sepe dictum officium per aliquos reverendissimos patres et duos cardinales ac magistros in sacra pagina satis solennes examinari debere quod et factum est. Nam tempore pape felicis recordationis Urbani pape ac domini nostri Gregorii pape confessor solemnis in theologia magister frater ordinis heremitarum sancti Augustini et illius temporis ordinis fratrum predicatorum etiam in sacra pagina magister sacri palacii primo examinaverunt dictum officium. Deinde reverendissimus pater dominus Glandatensis sancte prisce presbiter cardinalis solennis magister in sacra pagina de ordine minorum prius examinavit et demum ipsa correxit. Demum reverendissimi patres dominus Anglicus Albanensis episcopus cardinalis et dominus Petrus Hispanensis tituli sancte praxedis cardinalis presbiter. Postea istos vero duos fuit Thomas quondam minister ordinis generalis beati francisci minister hybernie procurator ordinis minorum omnes magistri in sacra pagina in simul congregati dictum officium viderunt et in presencia reverendissimi domini predicti cardinalis Glandatensis non solum dictam solemnitatem et officium approbaverunt solemnizandum sed etiam ut ~~celebr~~ celebrari debeat a devotis volentibus ubique instanter intercesserunt. Et facta ergo relatione de omnibus coram sanctitate domini nostri pape eius vicarius dignissimus et imitator illius qui non cessat matrem honorare in terris corporis devotissimus vicarius et prudentissimus in maturitate maturus et deliberatione et in parte procedere volens quam plures duos cardinales ad se vocavit et in isto consilio supplicatione dicti cancellarii habita inde ventilata tandem divina clemencia honore matris salute et consolacione nostrorum verisimiliter revelante ac virgine gloriosa in corde vicarii sui filii inspirante cum plene intellexit per tempore et loco cultum divinum corrigere modificare tollerare augmentare et de novo instituere celebrandum. Demum ergo publice solemnitatem presentationis beate Marie a fidelibus pie sancte et digne tollerandam seu permissionem intercedit concessit et festa solemnitas presentationis beate Marie cum officio suo ipso spectata in curia Romana beatissimo papa Gregorio ~~tollerante~~ tollerante ac in sacro palacio suo degente Avinione ecclesia fratrum minorum videlicet die dominica xxi die mensis Decembris Anno nativitatis domini MCCC lxxii indictione decima pontificatus domini Gregorii pape undecimi anno secundo in vigilia ipsius dominice vespere solempniter et devote matutinis de officio celebrato per fratres minores celebriter fuerunt et dicta predicta missa solempnis et pontificalis in eadem ecclesia fratrum minorum celebrata fuit per reverendum patrem dominum episcopum Chironensem Coronensem Romanum in sacra pagina magistrum solempnem de ordine predicatorum, ad sermonem eiusdem solempnitatis ad clerum in missa et predicatum vulgariter in vesperis sequentibus ad populum laudabiliter factum per fratrem Franciscum de Fabrica magistrum Astensem sollempnem doctorem in theologia, verbum ad honorandum celebratam festivitatem beate Marie qui in missa interfuerit devoti reverendi in Christo patres domini et domini cardinales infrascripti, videlicet Anglicus Albanensis episcopus cardinalis frater quondam sancte memorie Urbani pape quinti. Dominus Papilonensis tituli sancte Anastasie presbyter cardinalis et vicecancellarius ecclesie Romane. Dominus Guillelmus tituli sancti Clementis presbyter cardinalis consanguineus domini nostri pape. Dominus Petrus Florentinus tituli sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis consanguineus domini nostri pape. Dominus Bertrandus Glandatensis tituli sancte Prisce presbyter cardinalis. Dominus Johannes de Cruce tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis. Dominus Hugo sancti Marcialis tituli sancte Marie in porticu diaconus. Dominus Johannes Lemovicensis tituli sanctorum Nerei et Achillei presbyter cardinalis. Dominus Petrus de Vernio tituli sancte Marie in via lata diaconus cardinalis. Interfuerunt insuper et alii domini et prelati, utpote dominus patriarcha Constantinopolitanus, prothonotarii, archiepiscopi, episcopi, abbates, magister sacri pallacii et alii magistri in theologia, diversarum legionum in sacra pagina doctores sollempnes utriusque iuris ac clerici. Plus utriusque sexus quorum non erat numerus. Omnis in laudem novum virginis Marie gloriose sociati plerique novo spirituali cibo a virgine conquisito repleto finaliter

in vero ceteris habet viri patres et fratres cum quo plerique in ista sancta solempnitate ingressio nos conveniunt ut nullus contemplando quamplura adeo referri potest et faciam pauca ideo cibus dici potest quamdiu presentacio Marie sanctitate summo sanctissime trium annorum de domo patris carnalis ad domum patris eterni de tenebris seculi huius putandum ad visionem ipsi servit in aulam regis viventium. Virginis etiam sicut de translacione ossium mortuorum sancta ecclesia festivitatem facit quanto fortius de translacione beate Marie virginis presentis de domo ad templum domini. Ubi cibus imaginari potest oculis mentali, videlicet maxima ascensio Marie quindecim gradibus de quibus non inmerito etiam quindecim psalmos graduales in memoriam ascensionis celebrate sibi assumpsit ac sancti laudatores virginis in suis meditationibus quindecim gaudia virginis Marie devotius recitarunt. Quanta autem cibus et in sollempnitate tam principalis et ipsius presentacionis beate Marie in templo ad deum patrem cogitando quippe et comedens erat ut illa que ab initio et ante secula ordinata erat ad concipiendum et portandum in utero proprium humane redemptorem deum eternum presentaretur in templo deo patri. Ubique a sponso de divinis instructum et a conversacione et a consortio mundanorum totaliter abstraheret. Delectabilis est sic cibus iste contemplantibus presentacionis redemptoris nostri in Maria. O quot cibus virgines mentes et castas inebriaret. Debet Maria plerique presentata in templo summo pontifici, et reducta in contuberniis virginum expectans redemptorem. Iste tunc modo humanum a sponso educata in templo in qua virginitatem vovit quod in deo placuit ut mater filii fieret ut virginitatem non emitteret. Quilibet plerique cibus et mentem devotam et bonam tocies revelare debet. Item contemplando totam vitam Marie singulares actus et virtutes eius a presentacione ipsius in templo usque ad annum xiiii sanctissima vita sua continue ibidem in templo reluceret. Cuius tam plene contemplari valet divinam illam dispensacionem atque novitatem in qua virgo regia sponsa Joseph nupti traditur florente virga Joseph applaudente iudaico populo admirante. Quia etenim ista sanctissima misteria et preparatoria adventus salvatoris Maria in templo subsequenter oblata fuit de quibus omnibus sub oculo presentacionis hodie in ecclesia dei mens devota sabbatisando in corde iubilat agitur. Sancti patres nostri sub misterio sollempnitatem istam gloriosam ut ~~tanta~~ in multo laudem dei et virginis instituerunt in qua nobis Christus promittitur tot misteria preparata et fundamenta humane redempcionis nostre et omnia in cantibus officii plebicitate presentacionis nostre devocionis lucidius apparebunt. Istam modicam epistolam compositam ac in sale conditam in devotissimo officio presentacionis Marie in templo patres et domini prelati occidentales meridionales et septentrionales memorie Cancellarius Cipri vir et zelator ardentissimus devocionis virginis multum decrevit ad concitandum corda fidelium maxime devotorum regine celi unionem ad reaccendendum ipsius laudes dignissimas non ut inde venam humane laudis acquirat ipsa intemerata virgine teste sed ut ipsa inspirante et filio suo confirmante frequentibus signis in cordibus nostris tanta sollempnitas pateat et quoque in Consistorio contemplacionis nostre sollempnitatis in Mariam rapti et allecti per eternam graciam ad vincula vera devoto quoque apud ipsam misericorditer dignetur [illegible] honorat ut eius multiplici intercessoris caritas suas [illegible] inter sinum inducat per intercessionem beate Marie semper virginis [illegible] iam credere meamus et illam beatissimam visionem tuam semper Augustin

omnes finis est proximus valeat quod nobis concedere dignetur fructus Marie benedictus qui vivit ac regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Que est ista puella mater et virgo speciosa fratres karissimi que inter mundo omnia quindecim gradibus ascendens hodie in templo a parentibus presentatur. Vix pressit ad quid ascendit et quare virtus constat audiamus. Consurgit de medio doctorum egregius dominus Fulbertus et dicat: Cuius autem putas qualis olim fuit vel fuit sit ista persona que sanctis omnibus spectanda promittitur ~~[illegible]~~ imitanda. Hec autem in primis instruit et presentas est quod arca cuius et caro quam elegit et habitaculum sibi fecit Sapiencia dei patris ab omni malicia et immundicia fuit purissima quibus in ea et de ea verbum dei contexit suam carnem dicente scriptura: In malivolam animam non introibit spiritus sapiencie nec habitabit in corpore subdito peccatis. Tot misteria. Cum omnes itaque sanctos huius beatissime virginis Marie memoria frequencius agitur quo maiorem gratiam apud deum gratiam impetrasse creditur. Licet siquidem virgo Maria prius quam nasceretur divinis est oraculis denunciata et miraculis designata. Tandem iam nata virgine divinitus ordinata. Nata siquidem est ut legimus Nazareno prope Bethlehemita nunc quasi urbes ipsius nativitatis ut conspeccionem destinatas esse non timuerunt proprie. Descendit autem a radice ipsius patriarchi Abrahe cui superne promissa fuerat omnium benediccio gencium in suo semine. Descendit a stirpe David quem deus Christus notum sibi prestitit sublimavit dicens: Inveni virum secundum cor meum. De regali nempe tribu simul et sacerdotali duxit originem que summum erat paritura regem ac de pontifice quod [illegible] electus ut aaron virga desiccata innata in manu generatione virens quod longe ante prius huiusmodi relicta est repromissum. Cum igitur de Abrahe semine et de regalibus orta que est illi generatione ob singularitatem privilegium sanctitatis divinitus agnosci habuit expressa esse. Hec enim inter figuras ut dictum est mistica sacerdotalis virga dum sine radice floruit. Hec Gedeonis vellus dum in medio aree sicce madruit. Hec in visione Ezechielis orientalis porta que nulli umquam patuit prefigurabat. Hanc eciam inter prophetas pre ceteris Ysaias innuit ex radice yesse virgam orituram innuit evidencius virginemque parituram promittebat. De hiis autem et de quibus similibus cum Jeronimus inquit rhetorum prorogationibus ita ut nullis iam usibus esset mancipanda nisi divinis paulisper loquamur ad edificationem ac divini nominis laudem ut per famulatum religio fiet et per affectum devocio augeatur. Cum igitur hec virgo que sola universaliter puritate [illegible] invenit sola post deum. Sic quoque nos in omni studio conficit sive quod commendet et amplificetur precibus ut et ipsi digni inveniamur in eius laudibus a quibus siquidem humana mortalitas non debet cessare sed de illius gloria nec sileat pater devocio nec dignum aliquid poterit concipere cogitacio vel inerudita proferre locucio. Ait enim Bernardus: hec enim est que totius mundi reparacionem obtinuit salutem omnium impetravit. Cuius tandem o benedicta mater nunc tue longitudinem et latitudinem sublimitatem et profundum investigare possit. Longitudo enim ipsius usque in diem novissimum succurrit universis invocantibus eam. Latitudo eius replet orbem terrarum et sua quoque misericordia plena sit omnis terra. Sublimitas eius civitatis superne ruinas instaurat. Profunditas quoque sedentibus in tenebris et in umbra mortis redempcionem obtinuit. Sic ergo tu pie pietatis o Maria ipsa quam apud deum gratiam invenisti nota facit mundo sancte precibus tuis obtinenda reis veniam egris medelam pusillis corde robur afflictis consolacionem periclitantibus adiutorium et liberacionem. Talis namque fuit vita ipsius virginis Marie conversantis in templo redemptoris generis humani. Dicit Ambrosius: Sit itaque nobis tanquam in imagine virginitas descripta Marie de qua velut in speculo refulget species castitatis et forma virtutis. Virgo erat corpore et mente corde humilis verbis gravis animo [illegible] loquendi parcior legendi studiosior intenta operi verecunda sermone non in incerto divitiarum sed in prece pauperis spem reponens. Arbitrum mentis non hominem sed deum querens nullum ledere omnibus bene velle maioribus assurgere equalibus non invidere iactanciam fugere. Quando illa lesit parentes quando fastidivit pauperem quando derisit humilem quando vitavit pauperem vel inopem. Nihil torvum in oculis nihil procax in verbis nihil in actu inverecundum non gestus fraccior non incessus solucior non vox petulancior ut ipsa species corporis fieret simulacrum mentis et figura probitatis. Ipsa namque est illa attestante Jeronimo que celis regem dedit terris deum pacem que refudit gentibus fidem viciis finem vite ordinem moribus disciplinam. O plena gratia. Item Bernardus: non solum pueris Abrahe sed et camelis potum tribuens de superaffluenti ydria tua quia tu es vere puella preelecta et altissimo filio preparata. Offerant mater virginis regi sed per caritatem [illegible] ipsa sola vendicat sibi. Et ut dicit Jeronimus: ad dei genitricem colendam nemo inveniatur idoneus in votis omnibus non debet cessare quis eius pector a laudibus quia in laudibus salvatoris [illegible] In honore igitur sancte dei genitricis eius a laudibus nolite cessare. Ipsa enim virgo Maria ut asserimus consistens

Fulgebat ipsius ingens a nullo virtutum gratia vacabat cum gratie plenitudinem in esse dei imaginem asserebat cuius eam ad admirationem iocunda non spectaret ipsius adolescentule nec fortitudinem et potentiam ac sine fine [illegible] in angelis ubi constat eam alloquitur quam prudenter interrogat tam facile credidit quibus vero iusticia meritis quo sit universa precepta divine legis adimplere satagebat ut nichil ad se non pertinentia quecumque velut purificationem legalem incompleta relinqueret. Ipsius quoque temporis satis eminuit que virginitatis lilium in humilitatis valle produxit. Reprimebat itaque virtutes in cogitatione et affectu cordis eius ineffabilem armoniam quam ipsa creatrix et inhabitatrix eius dei sapientia delectabatur audire. Coruscabat foris quoque in superficie sermonis et actibus ut posset homines glorificare deum et [illegible] salutem accipere. Altius igitur intuemini fratres karissimi et cum [illegible] considerate quanto devotionis affectu Mariam a nobis honorari voluit qui totius boni plenitudinem in ea posuit ut proinde si quid in nobis spei si quid gratie si quid salutis ab ea noverimus redundare que ascendit deliciis affluens. Orti plane deliciarum quem non solum afflavit sed et perflavit superveniens ille auster divinus ut undique fluant et affluant aromata illius. Totis ergo medullis cordium et votis omnibus veneremur Mariam quia sic est voluntas eius qui totum nos habere voluit per Mariam. Ipsa quippe est apud deum advocata nostra que non potest sustinere repulsam quia apud deum per eam invenit gratiam. Prudens quippe virgo non sapientiam ut Salomon non divitias non honores quemadmodum sed gratiam requirebat. Sola nimirum est gratia qua salvamur, sola gratia qua indigemus. Quid aliud concupiscamus? Queramus igitur gratiam sed per inventricem gratie Mariam quia qui querit invenit et frustrari non valet. Ceterum quoque est id quod offerre paras deo Marie commendare memento et modicum quod offerre desideras gratissimis illis et omni acceptione dignissimis Marie manibus offerendum trade. Si igitur non vis repulsam sustinere ne formides ad Mariam accedere quia Ieronimo testante tanta gratia est repleta et spiritu sancto perfusa ut fieret celis sublimior [illegible] purior sanctitate gloriosior. Denique si diligenter intendas Mariam, Bernardus inquit, omnes singulas virtutes in ea proculdubio invenies singulares que videbantur communes esse. Etenim angelica puritas illi audebat comparari quia digna fuit fieri sacrarium spiritus sancti et habitaculum summi filii dei. Si pro eo pensamus verum de caritate super omnes est id que proposuit angelicam in terris vitam ducere et inter proposita virginitatis immobile quod nec aliquatenus titubabat angelo filium promittente. Ascensiones namque in corde suo Maria disposuit quibus ascenderet et oratione. Ascendit denique in montana cum festinatione. Dicamus igitur [illegible]. Ascendit post in templum ut ibi putaret deo patri ibique legem dei servaret et pro redemptione generis humani precem suam in abscondito et cubiculo cordis oraret. Fervebat siquidem in quendam gratia caritas splendebat in carne virginitas in obsequio eminebat humilitas. Merito proinde candor ille divinus in eius admirationem provocabat. Verum ista que ascendit plane ascendit super homines ipsos etiam angelos transcendit nimirum super angelos aqua viva [illegible] ut hauriat quam hominibus refundat. O benedicta inventrix gratie genitrix vite mater salutis quesumus ut per te suscipiat nos qui per te datus est nobis. Fiat benedicta per gratiam quam invenisti ut qui te mediante fieri dignatus est particeps et miserie nostre te quoque intercedente participes nos faciat glorie et beatitudinis sue Christus filius tuus dominus noster qui est super omnia deus in secula benedictus. Amen.

Paulus primus heremita, ut testatur Ieronimus qui eius vitam scripsit, fervente Decii persecutione heremum vastissimam adiit ibique in quadam spelunca lx annis ignotus hominibus permansit. Iste autem Decius dicitur fuisse Galienus binominis qui cepit anno domini CC. Hoc videns igitur sanctus Paulus Christianis tot tormentorum genera irrogari in heremum aufugit. Eo siquidem tempore quo iuvenes Christiani comprehenduntur, quorum unus toto corpore ungebatur melle et sub ardore solis aculeis muscarum, crabronum et vesparum lacerandus exponitur. Alter vero mollissimo lecto imponitur, ubi aer erat temperies, pulcre fontibus et cantus avium et florum olefactus, funibus tamen floridis coloribus obtectis iuvenis cingitur ut manibus vel pedibus se iuvare non posset. Et ecce quedam iuvencula corpore pulcerrima et impudica ac impudice tractabat iuvenem dei amore repletum. Cum ac re in carne motus contrarios boni sensisset, non habens arma quibus ab hoste se erueret, linguam propriam dentibus suis incidit et in faciem impudice puelle conspuit et sic temptationem dolore fugavit et tropheum laude dignum promeruit. Horum et aliorum penis sanctus Paulus territus heremum petiit. Eo tempore quo Anthonius primum se inter monachos heremi cultores solum cogitaret, in sompniis audivit multo se meliorem heremi incolam esse. Quem dum eum per silvas inquireret, obvium habuit ipocentaurum, hominem equino mixtum, qui ei viam dexteram demonstravit. Post modum habuit obvium animal ferens fructus palmarum, superius imagine hominis insignitum, deorsum vero formam capre habens, quem dum ipsum per deum coniuraret ut diceret quis esset, dixit se esse Satyrum deum silvestrem secundum errorem gentilium. Postremo ei lupus obviavit qui eum in cellam sancti perduxit. Paulus autem sciens Anthonium venientem hostium clausit. Anthonius vero rogavit ut sibi aperiat, asserens se nunquam inde recessurum sed ibi potius moriturum. Victus autem Paulus precibus ei statim aperuit, statimque ambo in amplexus ruunt. Cumque prandii hora esset, duplicatam partem panis attulit corvus. Cumque de hoc Anthonius miraretur, respondit Paulus quod deus sibi secundum dies predictos ministraret et hac nona propter hospitem duplicavit. Pia lis oritur quis magis dignus esset panem dividere. Defert Paulus panem hospiti et Anthonius seniori. Tandem utrique manus apponunt et in equas partes panem dividunt. Cum autem Anthonius rediens et iam celle sue appropinquaret, vidit angelos Pauli animam deferentes. Qui velociter rediens invenit corpus Pauli flexis genibus in modum orantis erectum ita ut ipsum vivere estimaret. Sed ad ipsum mortuum dixisse dicitur: O sancta anima, quod gerebas in vita in morte monstrasti. Cum autem non haberet unde sepulturam faceret, ecce duo leones advenerunt et foveam paraverunt. Sepultoque eo ad silvam redierunt. Anthonius autem tunicam Pauli ex palmis contextam assumpsit, qua postmodum in sollempnitatibus utebatur. Obiit circa annos domini CC lxxxvij.

Maurus ex senatorum genere oriundus a parentibus sancto Benedicto duodennis traditur. Et nutriendus cum exemplo plurimis ditavit virtutibus in ebdomada modicum cibum sumens, carnem diversis afflictionibus edomuit, stando vel sedendo plus dormiens quam iacendo sic solus ad benedictum inter monachos incedebat. Videns quod quidam monachus de oratorio per vestes frequenter trahebatur a dyabolo. Hic etiam missus a benedicto usque ad medium lacus cucurrit sicco pede per undas puerum colligens qui prius inciderat. Item servum cellararii qui in lacum ceciderat ligno. Item puerum mutum et claudum gressum restituit et loquelam. Item cuidam ceco lumine oculorum restituit. Item cuiusdam vidue filium potentem habentem spiritum reddidit sanum matri quam dimisit tristem sinam quam accepit fuisse Maurus oracionibus remotum. Deinde sabbato post festum pasche Maurus cum quinque monachis ad quem tunc venerat et cum aliis psallendo dum pervenisset ubi beati Benedicti qui pronunciat mortuum commortuum decantante Maurus raptus in spiritu aspexit a loco a quo fuit egressus suppositum et ad celum sancti Benedicti viam lampadibus et diversis stratoriis adornatam usque ad celum tendentem per quam Benedictus in celum ascendit. Inde Aurelianis perveniens fama didicit Vencisonum episcopum ad dominum migrasse et alium substitutum qui in fortuna ei Benedictus predixerat eventurum ad aliquo recederet. Cumque successor predicti episcopi negasset Mauro similiter ecclesie construendum que suus antecessor promiserat. Quidam nobilis de regno Francie Florus dictus qui de consensu regis Mauro claustrum construendum exhibuit ubi dum artifices cotidie laborarent Floro instruente in conspectu omnium clericus quidam cecidit de alta machina ita ut sepultura eius pareret. Tamen Mauri oracionibus est sanatus. Item cum quidam cooperariis Mauro detraheret ipsum valde gulosum et vane cupidum assereret malignus spiritus collum eius tres invadens unum acriter contorsit alios diu vexans atrociter quos Maurus liberavit a demone.

et [illegible] fratribus [illegible] ad dominum annuente ut xxxvi fundacionis anno cum supplicacione regis Francie Lotharii intimi perfecit ut centum quinquaginta fratribus xxv annis deinde duo abdicasset dilimitasset vitam in pace finiit post ea filium suum Bartoldum in tanta religionis perfectione reliquit quod eum Maurus ante mortem suam de consensu tocius conventus sibi constituit successorem. Post modum sciens Maurus mortem sibi imminere biennium quod tempus Mauri vite dies ei pervenerint duos annos et dimidium in afflictione carnis et contricione spiritus solus manet noctem quadragesime intrare volens. Item prohibitum a demone hec dicente: O Maure qui nos a propriis sedibus eiecisti sic de te in proximo triumphabo ut nec unus quidem de tua congregacione vivus remaneat. Cui Maurus cum diceret Increpet te dominus sathana mendax in tanto strepitu sicut fumus evanuit ut omnia fundamenta ecclesie concuteret. Cumque dominum Maurus orasset sibi quod ut dignaretur revelare apparuit ei angelus domini dicens merito consumeris licet dignius commisisti que frequenter operatur inclita convincendo loquitur de cetero propria vera tibi futura providit precipue enim magna pars congregacionis infra breve tempus colligetur ad dominum sed non ut ipse asseruit in aliquo triumphabit quos omnes tu feliciter subsequeris quod et factum est centum et xvi fratres quorum meses mortui sunt post quos beatus Maurus quadragesimo post suum adventum ad Gallias anno xviii kalendas Februarii vite vero sue lxxii anno migravit ad dominum.

Marcellus dictus est

quasi arcens mala vel Marcellus quasi maria percellens, id est mundanas adversitates percuciens et conculcans. Assimilatur enim mundus mari quia sicut dicit Crisostomus super Mathe[um]

In mari et somnis formis formis [illegible] con- fusus timor continuus imminente mortis vindice cotidie infatigabilis meditationes [illegible]

Marcellus [illegible]

Marcellus summus pontifex cum et Maximianum imperatorem de nimia in christianos severitate increparet et in quandam cuiusdam matrone in ecclesiam consecratam missam, iratus imperator domum illam fecit stabulum iumentorum et ipsum Marcellum ibidem custodia ad servicium animalium deputavit, in quo servicio multis in domino quievit circa annum domini CCLXXXVII secundum septimum.

Antonius dicitur ab ana quod est sursum et tenens quasi supera tenens et mundum despiciens. Despexit autem mundum quia mundus est inquietus, transitorius, deceptivus, amarus. Unde de his dicit Bernardus: O munde immunde, quid pretendis, quid tu nos conaris tenere vis fugiens? Etiam quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, qui amarus dulcia alimenta mentiris? Eius vitam Anastasius scripsit.

Antonius cum esset XX annorum et audisset legi in ecclesia: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes et da pauperibus, omnia sua vendens pauperibus erogavit et heremiticam vitam duxit. Hic innumera a demonibus temptamenta sustinuit. Cum enim aliquando spiritum fornicationis virtute fidei superasset, dyabolus in specie pueri nigri ante eum prostratus apparuit et se ab eo victum confessus est. Nam et hic precibus impetravit ut videret fornicationis demonem iuvenibus insidiantem, quem in puerili forma videt. Ipse in vilissima inquit apparuisti specie, te ultra non timebo. Alia vice dum in quodam tumulo lateret, multitudo demonum adeo eum laceraverunt ut minister eius eum quasi mortuum propriis humeris asportaret. Cumque eum omnes qui convenerant quasi mortuum plorassent, dormientibus cunctis subito Anthonius revixit et a ministro ad pristinum tumulum se iterum portari fecit. Cum ergo ibi pre dolore vulnerum prostratus iaceret, ex virtute animi ad conflictum demones provocabat. Tunc illi in formas variarum ferarum se mutantes apparuerunt et eum iterum dentibus, cornibus et unguibus crudelissime laceraverunt. Tunc subito splendor ibi mirabilis apparuit et demones cunctos fugavit. Anthonius autem continuo sanatus est et ibique Christum adesse intelligens ait: Ubi eras, bone Jesu, ubi eras? Quare a principio non affuisti ut me adiuvares et vulnera mea sanares? Cui dominus: Anthoni, hic eram, sed expectabam videre certamen tuum; nunc autem quia viriliter dimicasti, in toto orbe faciam te nominari. Tanti autem fervoris erat ut cum Maximianus imperator christianos occideret, ipse martyres sequebatur ut cum eis martyr fieri mereretur, et vehementer tristabatur eo quod sibi martyrium non dabatur. Cum autem in aliam heremum pergeret, discum argenteum reperit et intra se sic dicere cepit: Unde hic argenteus discus venit, ubi hominum vestigia nulla videntur? Si enim viatori cecidisset, utique pre sui magnitudine latere non posset. Hoc, dyabole, artificium tuum est, sed voluntatem meam numquam poteris immutare. Et hoc dicens discus ut fumus evanuit. Postmodum ingentem massam auri reperit, sed ut incendium eam fugit. Sicque ad montem fugiens XX annis ibi permansit innumeris coruscans miraculis.

Aliquando vero dum in spiritu raptus esset totum mundum laqueis sese inuicem connectentibus plenum vidit, qui exclamans ait: O quis istos euadet? et audiuit. Aliquando dum ab angelis in celum leuaretur, assunt demones ut eius transitum prohiberent, peccata eius a primordio natiuitatis ab exordio obicientes. Contra quos angeli: Non debetis ea narrare que iam sunt Christi pietate deleta. Si qua autem scitis postquam factus est monachus ea proferte. Et cum in pluribus defecerint, liber Anthonius sublimis tollitur et liber deponitur. Narrat Anthonius de se dicens: Vidi quendam diabolum excelsum corpore, qui se dei virtutem et prouidenciam ausus est dicere, et ait: Quid vis ut a me tibi detur Anthoni? At ego sputa ad os eius congeminans totum me in eum Christi nomine armatus ingressi, et statim euanuit. Huic diabolus aliquando in tanta proceritate apparuit quod celum capite tangere videbatur. Cumque eum Anthonius quis esset interrogasset, et ipse se Sathanam esse dixit, addidit Sathanas: Cur sic me impugnant monachi et maledicunt christiani? Cui Anthonius: Iuste faciunt, quia tuis sepe insidiis molestantur. Et ille: Ego eos nequaquam molesto, sed ipsi se conturbant inuicem. Ego enim ad nichilum sum redactus, quia iam in cunctis partibus Christus regnat. Quidam sagittarius beatum Anthonium cum fratribus gaudentem quadam vice conspexit et ei displicuit. Cui Anthonius: Pone sagittam in arcum et trahe. Quod et fecit. Cumque secundo et tercio fieri mandasset, dixit sagittarius: Tantum trahere possem quod de confractione dolerem. Cui Anthonius: Sic est de opere dei, quem si supra mensuram tendere vellemus, citius frangeretur. Expedit ergo rigorem aliquando relaxari. Hoc audiens ille edificatus recessit. Interrogat quidam Anthonium dicens: Quid custodiens placebo deo? Et respondens dixit: Quocumque vadis semper deum pre oculis tuis habeas, in hiis que agis testimonium sacrarum scripturarum adhibeas, in quocumque loco sederis non inde cito recedas. Hec tria custodi et saluus eris. Abbas quidam interrogat Anthonium dicens: Quid faciam? Cui Anthonius: Ne confidas in iusticia, ventris et lingue sit tibi licencia, et ne peniteat te de re transacta. Sicut pisces si in loco tardauerint in sicco moriuntur, ita monachi extra cellam tardantes aut cum viris secularibus immorantes a quietis proposito resoluuntur. Item dixit Anthonius: Qui sedet in solitudine et quiescit a tribus bellis eripitur, auditus, locucionis et visus, et contra unum tantum pugnam habebit, scilicet cordis cogitacionem. Quidam fratres cum quodam sene ad beatum Anthonium visitandum iuerunt. Dixitque eis Anthonius: Fratres bonum comitem habuistis senem. Deinde dixit seni: Bonos fratres inuenisti tecum abba. Cui ille: Bonos quidem inueni, sed habitaculum eorum non habet ianuam. Quicumque vult intrat stabulum, soluit asinum. Hoc autem dicebat quia quecumque erant in corde statim erant in ore eorum. Deinceps Anthonius: Scire conuenit nos quod tres sunt motus corporales: unus quidem nature, alius ex ciborum plenitudine, tercius ex demone. Frater quidam renunciauerat seculo, sed non plene, sed quedam sibi adhuc retinuerat. Cui Anthonius: Vade et eme carnes. Cumque vadens emit carnes et portans eas rediret, canes lacerabant eum. Cui Anthonius: Qui renunciant seculo et volunt habere pecunias, ita impugnati a demonibus discerpuntur. Anthonius dum in heremo tedio afficeretur dixit: Domine, volo saluus fieri et non permittunt me cogitaciones. Exiens iuit foras et vidit quendam sedentem atque operantem, deinde surgentem et orantem. Erat enim angelus domini, et dixit ei: Sic fac et saluus eris. Cum quadam vice fratres de statu animarum quesiuissent, sequenti nocte vox vocauit eum dicens: Surgens et exi et vide esse visit gigantem longum et terribilem caput usque ad nubes tollentem qui quosdam pennatos ad celum volare cupientes extensis manibus prohibebat et alios libere pervolantes retinere non poterat. Sed magnum gaudium mixtum cum magno dolore audiebat et intellexit autem illud esse ascensum animarum et dyabolum prohibentem quosdam quos obnoxias retinuerit et de sanctorum volatu quos retinere non poterat sic dolebat. Aliquando dum cum fratribus suis operaretur suspiciens in celum cum tristem visionem vidisset provolutus ante deum rogavit ut futurum scelus averteret. Instantibus vero super hoc cum interrogantibus cum lacrimis et singultibus dixit: Ecce inauditum nephas seculi ~~imminet~~ imminet. Vidit enim altare dei a multitudine circumdatum equorum qui calcibus omnia discerpebant ac per hoc magno turbine fides catholica subvertetur et homines iumentis similes christi sacra diripient. Et ecce vox domini dicens: Abhominabitur altare meum. Per duos annos erumpentibus arrianis ecclesie unitatem sciderunt, baptisterium et ecclesias polluerunt et super altaria christianos instar ovium mactaverunt. Dux quidam Egypti arrianus nomine Ballachius ecclesiam ita infestaret ut virgines ac monachos nudatos publice verberaret. Huic scripsit Anthonius: Video iram dei super te venientem, iam desine persequi christianos ne ira dei te occupet que proximum tibi minatur interitum. Infelix legit epistolam et risit et in eam expuens ad terram proiecit ac portitores multis verberibus afficiens Anthonio talia remandavit: Cum tibi tanta cura de monachis ad te quoque perveniat nostri disciplina vigoris. Post quinque autem dies equum suum mansuetissimum insedens morsu ipsius equi ad terram proditur crudelissime ac laceratis cruribus infra triduum expiravit. Cum quidam fratres verbum salutis ab Anthonio quesivissent ille ait: Audistis dominum dicentem qui te percusserit in unam maxillam prebe ei et aliam. Dicunt illi: hoc implere non possumus. Et ille: saltem de una patienter ferte. Et illi: etiam hoc non possumus. [illegible] Anthonius: Saltem ne velitis repercutere magis quam percuti. Et illi: nec hoc etiam possemus. Tunc Anthonius dixit discipulo suo: sucatos para discipule ut fratribus istis quia nimis delicati sunt. Sola oratio necessaria est nobis. Hec in vitis patrum. Tandem beatus Anthonius centesimo quinto anno vite sue fratres deosculans pacifice quievit sub Constantino qui cepit anno domini CCC quadragesimo.

Sancta Prisca civitatis Romane clarissimis parentibus orta tredecimo etatis sue anno ab apparitoribus ad Claudium imperatorem ducta est qui eam iussit templum Apollinis ingredi ut sacrificaret. Que cum in eodem templo oraret factus est terremotus magnus et civitas concussa est et Apollo cecidit et comminutus est et quarta pars templi ruit et oppressit multitudinem paganorum cum sacerdotibus ydolorum. Deinde expoliata et cesa et in carcere reclusa per totam noctem ymnum cantabat et glorificabat deum et visitacione angelica confortata erat. Mane vero educta de carcere pinguedine. Deinde adipem ferventi iubet perungi et minime lesa iussa est iterum ingredi templum et sacrificia offerre. Que signum crucis faciente et orante deum tonitruum factum est et cecidit ignis de celo et combussit ipsum circumstantes et ipsam partem parietum regis seu imperatoris a parte dextera ydolum redactum est in favillam. Tunc imperator iussit protinus uncis ferreis totum corpus eius dissipari. Postea vero iussit eam spaciis membra eius [illegible]. Deinde bestias ferocissimas que eam discerperent adhiberi qua orante in mansuetudinem sibi sunt commissa. Tunc carnifices iterum cum carnes eius inciderunt donec ad ossa pervenirent. Ipsa vero orante brachia carnificum aruerunt. Tunc imperator frendens iussit eam igne consumi, sed a pluvia magna de celo facta penitus extinctus est. Tunc iratus imperator comam capitis eius iussit radi in qua credebat magicam artem consistere. Postea inclusit eam in templo ut ibi fame deficeret. Die autem tertia ingressus vidit ancillam Christi que angelica oratione fuerat recreata et ydolum deiectum et comminutum, et iratus nimis iussit eam capite truncari. Educta ad viam Hostiensem miliario decimo ab urbe decollata est et a christianis occulte in eodem loco facto sepulchro honorifice sepulta est, ubi vero postea fabricata est ecclesia.

Temporibus Claudii imperatoris venit quidam vir de Perside nomine Marius cum uxore sua Martha et filiis suis Audiphax et Abacuk, viri christianissimi, ad orationem apostolorum. Venientes autem Romam ceperunt corpora sanctorum per carceres et sepulturas inquirere. Et dum frequenter et sollicite et curiose quererent, venientes in castra [illegible] cistiberim iuxta carcerem invenerunt hominem venerabilem nomine Quirinum qui iam multa verbera pro nomine Christi perpessus et facultate nudatus. Ad quem venientes miserunt se ad pedes Marius et Martha uxor eius cum duobus filiis Audifax et Abacuk ut pro eis oraret, et ibi manserunt diebus octo et ceperunt de facultatibus ministrare beato Quirino et lavare pedes qui in carceralis erant constricti. Eodem tempore precepit Claudius ut si qui christiani reperti fuissent in vico aut in custodia sine intermissione punirentur. Ipso precepto divulgato tenuit CCLX christianos via Salaria qui arenam fodientes damnati fuerunt pro Christi nomine, quos iussit ut in flamma foras muros porte Salarie ducerentur. In eodem loco clausi sunt in amphiteatro ubi eos militibus sagittari iussit interfici. Hoc cum factum ~~fuisset~~ fuisset, contristati nimis Marius et Martha uxor eius cum duobus filiis Audifax et Abacuk venerunt ad locum ubi corpora sanctorum interfecta fuerunt una cum Johanne presbytero, et ceperunt corpora sanctorum sub arena tegere et sepelire cum linteaminibus operientes et facultatibus suis, quia vir locu- [illegible] ples erat cum filiis suis et uxore, et quotquot potuerunt sepelierunt in cripta via Salaria in viridario. Cucumeris Claudius igitur audiens quod sancti dei sepelissent corpora martirum, iratus tradidit eos vicario Justiniano dicens: Si non sacrificaverint et non dereliquerint superstitionem, diversa in eos tormenta fac experiri. In eadem die sibi eos Justinianus iussit in testudine parari et omnia genera tormentorum deferri. Cumque diu adducti fuissent in conspectu eius, furore repletus dixit: Inimicatum est nobis que preceperunt principes nostri domini reipublice; omnia hec tormentorum genera in vobis compendentur si decretum non feceritis. Si vero audientes precepta principum et natales vestri renovabuntur et dignitate fulgebitis. Preclara hec iusserunt victores reipublice ut sacrificetis diis sine mora et estote amici principum. Respondit Audifax filius maior et dixit: Stulta iam locutus es. Dixit Justinianus ad Marium et ad Martham et ad Abacuk: Vos quid dicitis? Responderunt omnes qui uno ore locuti sunt. Justinianus iussit eos expoliari et fustibus cedi, Martham vero stare iuxta eos. Cumque diu cederentur sub voce preconia dicente: Precepta principum nolite contempnere, Martha gaudens dicebat sibi: Mei consortes estote. Marius vero laudabat dominum dicens: Gloria tibi domine Jesu Christe. Justinianus vicarius iussit eos de equuleo levari et suspendi in aculeo. Cum diu traherentur vero voce clara clamabat Audifax filius maior: Gloria tibi domine Iesu Christe qui nos vocare dignatus es et cum sanctis tuis dimicare. Iratus Iustinianus iussit ignem ad latera eorum apponi et ungulis ferreis eos radi. Illi autem clariter voce leta clamabant: Gratias agimus tibi domine Iesu Christe. Iustinianus iussit eos deponi de aculeo in conspectu Marthe et manus eorum precidi. Cumque manus eorum fuissent precise, cepit sanguis emanare. Martha autem colligens sanguinem mariti sui et filiorum faciem suam et caput suum liniebat cum gaudio. Tunc iussit ut manibus ad colla ligatis sic per civitatem ducerentur sub voce preconia dicente: Deos blasfemare nolite. Clamant ergo Marius et Audifax et Abacuc: Non sunt dii sed demones quibus vos preces facitis et principem vestrum. Tunc ducti via Cornelia miliario tredecimo ad Nymphas Catabasi ibi in eodem loco decollati sunt sub Quirinio Marius et Audifax et Abacuc. Martham in nympham necaverunt. Horum corpora iussit Iustinianus iterum incendi ne sepulturam haberent. Matrona vero nomine Felicitas rapuit corpora et in predio suo intus se sepelivit. Martham vero levavit de puteo et iunxit corporibus sanctis tredecimo kalendas februarii regnante domino nostro Iesu Christo qui vivit et regnat in secula seculorum amen.

Fabianus quasi fabricans beatitudinem supernam sibi acquirens triplici scilicet iure adoptionis emptionis et debellationis.

Fabianus civis Romanus fuit et cum papa defuncto pro alio eligendo populus convenisset inter eos ipse venit rei exitum scire volens et ecce columba candida descendit super caput eius ~~deo~~ cu omnes mirarentur ab eis in papam eligitur. Hic ut ait Damasenus ipse per omnes regiones septem diacones misit et eis septem subdiacones dedit qui omnium gesta martirum colligerent. Hic ut ait Haymo imperatori Philippo volenti interesse pasce vigiliis et communicare misteriis restitit ut quousque peccata confiteretur et inter penitentes staret interesse permisit. Passus est autem anno domini CC.L.VIII. Tandem pontificatus sui anno XIII iussu Decii capitis obtruncatione martirio coronatur.

Sebastianus dictus est a sequens et beatitudo sul a se quod est civitas et ana quod est sursum quasi sequens beatitudinem superne civitatis scilicet eam possidens et acquirens et est centuplica denario singularem scilicet paupertate regnum, dolore gaudium, labore requiem, ignominia gloriam, morte vitam. Vel dicitur Sebastianus a basto quod est equus et ita fuit miles et equus ecclesie et bastum sine sella. Et ideo est Sebastianus quo mediante Christus in ecclesia militat. De multis martiribus victoriam obtinuit. Vel dicitur Sebestianus seu interpretatur vallatus vel circuiens: vallatus quia sagittis tamquam ericius fuit vallatus, circuiens quia omnes martires circuibat et omnes confortabat.

Sebastiano vir christianissimo Narbonensis genere civis Mediolanensis Dyocletiano et Maximiano imperatoribus a deo carus erat ut principatum prime cohortis ei traderent et suo aspectui semper iuberent astare. Hic clamidem militarem ad hoc tantum ferebat et christianos quos in tormentis videret deficere confortaret. Cum autem clarissimi viri Marcellianus et Marcus gemini fratres pro fide Christi deberent decollari, ad eos parentes advenerunt ut ipsorum animos a suo proposito revocarent. Advenit igitur mater et sparso capite scissis vestibus uberibus que ostensis dicebat: O predulces filii, circumdat me inaudita miseria et mesticia et intolerabilis luctus. Heu me miseram, amitto filios meos ad mortem ultro tendentes, quos si mihi hostes auferrent, per media bella sequerer raptores; si violenta iudicia concluderent carcerem, irrumperem moritura. Novum est pereundi genus in quo carnifex rogatur ut feriat, vita optatur ut pereat, mors invitatur ut veniat. Novus hic luctus, nova miseria, in qua natorum iuventus sponte amittitur et parentum miseranda cogitur senectus ut vivat. Hec dicente matre pater senior adducitur manibus famulorum et capite asperso pulvere clamans voce dicebat: Ad celum ad mortem ultro properantibus filiis maledicturus adveni, ut quod mee sepulture paraveram in filiorum sepulturam infelix compendam. O filii mei, baculus senectutis et geminum viscerum meorum lumen, cur sic mortem diligitis? Venite huc iuvenes et flete super iuvenes sponte pereuntes. Venite huc senes et mecum super filios plangite. Huc accedant patres et prohibete ne talia patiamini. Deficite plorando oculi mei ne videam filios meos gladio cedi. Hec dicente patre adveniunt coniuges aspectibus eorum proprios filios offerentes atque eiulando clamantes: Cui nos dimittitis? Qui erit horum infancium dominus? Quis vestras largas dividet possessiones? Heu quam ferrea corpora habetis quod parentes despicitis, amicos respuitis, uxores abicitis, filios abdicatis et vos carnificibus spontaneos exhibetis. Ad hec ceperunt corda illorum mollescere. Tunc sanctus Sebastianus qui ibi aderat erumpens in medium dixit: O fortissimi milites Christi, nolite per miseram blandimenta coronam deponere sempiternam. Et parentibus dixit: Nolite timere, non separabuntur a vobis, sed vadunt in celum parare vobis sidereas mansiones. Nam ab initio mundi hec vita nisi se credentes fefellit, se operantes decepit, de se presumentes irrisit, et ita omnia incerta reddidit ut omnibus probetur esse mendax vita. Hec admonet furem ut rapiat, iracundum ut seviat, mendacem ut fallat; ipsa imperat omnia facinora, iubet scelera, suadet iniusta. Hec autem persecutio quam hic patimur hodie concitata desevit et cras evanescit, hodie concitata desevit et cras refrigescit; sub una hora inducitur, sub una hora concluditur. Dolor autem eternus renovatur ut feriat, augmentatur ut seviat, concitatur ut inflammat, ut puniat. In amorem igitur martirii nostros iam suscitemus affectus. Ibi enim dyabolus se vincere estimat qui dum capit captus est, dum tenet victus est, dum torquet torquetur, dum vigilat occisus est. Cum hec ait sanctus Sebastianus, hec et hiis similia predicante, Zoe uxor Nicostrati in cuius domo sancti martires custodiebantur, que loquelam amiserat, pedibus eius provoluta nutibus veniam postulabat. Tunc Sebastianus ait: Si ego famulus verus Christi sum et si vera sunt omnia que ex ore meo procedunt, hec mulier audivit et credidit, aperiat os eius qui aperuit os Zacharie prophete sui. Ad hanc vocem mulier exclamavit: Benedictus sermo oris tui et benedicti qui omnibus que locutus es credunt. Vidi enim angelum dei librum ante te tenentem ubi omnia que dixisti scripta erant. Vir autem eius hoc audiens procidit ad pedes sancti Sebastiani, veniam sibi postulans indulgeri. Statim absolvens martires rogabat ut liberi abirent. Qui dixerunt se nullatenus destituros coronam et victoriam quam cepissent. Tantam igitur gratiam et virtutem [illegible] quam [illegible] tur [illegible] Marcellianum et Marcum in martyrii constantia roboraverunt, sed et primum [illegible] Tranquillinum et insuper cum aliis multis ad fidem convertit. Quos omnes Policarpus presbiter baptizavit. Tranquillinus autem morbo gravissimo laborans mox ut baptizatus est sanitatem recepit. Prefectus autem urbis Rome, qui et ipse morbo gravissimo laborabat, rogabat Tranquillinum ut ad se adduceret qui sibi sanitatem redderent. Cum ergo ad eum venissent Policarpus et Sebastianus et ipse eos rogaret ut sanitatem reciperet, dixit ei Sebastianus ut prius ydola abnegaret et confringendi ea sibi potestatem daret et sic sanitatem reciperet. Cum autem Cromacius prefectus urbis diceret quod servi sui hoc facerent et non ipse, dixit Sebastianus: Timidi deos suos confringere formidarent, sed et si dyabolus hac occasione eos lederet, dicerent infideles eos esse ob hoc lesos quod deos confregerunt. Sic ergo Policarpus et Sebastianus abeuntes plus quam ducenta ydola confregerunt. Post hec autem dixerunt Cromacio: Cum a nobis ydola confringerentur sanitatem recipere debuisti. Certum est ergo quod aut infidelitatem nondum abiecisti aut aliqua ydola reservasti. Tunc indicavit se habere thalamum in quo erat omnis disciplina stellarum, pro quo pater suus plus quam ducenta pondera auri expenderat et per que futura omnia previdebat. Cui Sebastianus: Quamdiu hoc integrum habueris te ipsum integrum non habebis. Cumque ad hoc ille assentiret, Tyburcius eius filius iuvenis egregius dixit: Non patiar opus destrui tam preclarum, sed ne per tue sanitati videar esse contrarius duo clibani accendentur, ut si destructo opere pater meus sanitatem non receperit ambo vivi cremetur, scilicet Sebastianus et Policarpus. Cum [illegible] illud destruerent angelus domini prefecto apparuit et sibi a domino sanitatem redditam nunciavit. Statim ergo sanus effectus cucurrit post eum ut eius pedes osculari vellet, qui eum prohibuit eo quod baptismum nondum receperat. Sic ergo ipse Tyburcius filius eius et mille quadringenti de familia eius baptizati sunt. Zoe autem ab infidelibus tenta et diu cruciata emisit spiritum. Quod cum audisset Tranquillinus prorupit et dixit: Femine ante nos ad coronam procedunt, ut quid vivimus? Ipse autem post paucos dies lapidatus est. Sanctus autem Tyburcius super prunas allatas iubetur aut incensum diis imponere aut super ipsas nudis plantis incedere. Qui signum crucis faciens constanter super ipsas nudis pedibus ingressus est dicens: Videtur michi quod super roseos flores incedam in nomine domini nostri Iesu Christi. Cui prefectus dixit: Quis ignorat magicam artem Christum vos docuisse? Cui Tyburcius: Obmutesce infelix quia non es dignus nomen tam sanctum et tam mellifluum nominare. Tunc iratus prefectus iussit eum decollari. Marcellianus autem et Marcus stipiti affiguntur. Cumque fuissent affixi psallentes dicebant: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Quibus prefectus: Infelices amenciam deponite et vos ipsos liberate. Cui illi: Nunquam tam bene epulati sumus. Utinam tamdiu nos sic esse permittas quamdiu corporis tegimur indumento. Tunc prefectus iussit eos per latera transfigi et sic martirium consummaverunt. Post hec Dyocleciano imperatori prefectus de Sebastiano suggessit. Quem ad se vocans dixit: Ego te inter primos in pallacio meo semper habui et tu contra salutem meam et deorum meorum iniuriam actenus latuisti. Cui Sebastianus: Pro salute tua semper Christum colui et pro statu Romani imperii deum qui in celis est semper adoravi. Tunc Dyoclecianus iussit eum in medio campo ligari et a militibus sagittari

Tantum ita eum sagittis impleverunt ut quasi ericius videretur et existimantes illum quasi mortuum abierunt. Qui infra paucos dies liberatus stans super gradum palacii imperatores venientes de malis que christianis inferebant dure redarguit. Dixeruntque imperatores: nonne iste est Sebestianus quem dudum sagittis interfici iussimus? Quibus Sebestianus: ad hoc me dominus resuscitare dignatus est ut conveniam vos et redarguam de malis que Christi famulis irrogatis. Tunc imperator tamdiu eum fustigari iussit donec spiritum exalaret fecitque corpus eius in cloacam proici ne a christianis pro martire coleretur. Sanctus autem Sebastianus sequenti nocte sancte Luciane apparuit et corpus eius sibi revelavit et ut iuxta ~~vestigia~~ iuxta vestigia apostolorum illud sepeliret precepit quod et factum est. Passus est autem sub Diocleciano et Maximiano qui ceperunt circa annos domini CCLXXXVII. Refert Gregorius in primo libro dialogorum quod quedam mulier in Tuscia nuper nupta cum ad dedicacionem ecclesie sancti Sebestiani ab aliis invitata esset in ipsa nocte quam sequitur dies ut debebat carnis voluptate stimulata a viro suo se abstinere non potuit. Facto autem mane magis erubescens homines quam deum illuc profecta est. Mox autem ut oratorium ubi erant reliquie sancti Sebestiani ingressa est dyabolus eam arripuit et coram omnibus vexare cepit. Tunc presbiter illius ecclesie pallium altaris arripiens eam operuit et dyabolus statim et eum presbiterum invasit. Duxerunt autem amici sui eam ad incantatores ut suis incantacionibus dyabolum effugarent sed mox dum incantaret iudicio ~~dei~~ dei legio demonum id est sex milia sexcenti sexaginta sex demones ingressi in eam ipsam acrius vexare ceperunt. Tunc quidam vir nomine Fortunatus sanctitate conspicuus eam sanavit. Legitur eciam in gestis Longobardorum quod tempore Gumberti regis Ytalia tota tanta peste percussa est ut vix vivi sufficerent aliis sepellire et hec pestis maxime Rome ac Papie grassabatur. Tunc visibiliter multis bonus angelus multis apparuit malo angelo sequente et venabulum ferenti precipiens ut percuteret ac cederet faciet quociens autem aliquam domum percuciebat tot inde mortui efferebantur. Tunc autem divinitus revelatum est quod nequaquam hec pestis cessaret donec sancto Sebestiano altare Papie construeret quod quidem constructum est in ecclesia Petri que dicitur ad vincula quo facto statim illa cessavit quassacio et illuc a Roma reliquie sancti Sebestiani sunt delate ad ecclesiam. Ambrosius in prefacione sic ait: beati martiris Sebestiani in confessione nominis tui domine venerabilis sanguis effusus est simul et mirabilia tua manifestat que perficis in infirmitate virtutem et nostris studiis studiis dat profectum et infirmis apud te prestat auxilium.

De sancta Agneta

Agnes dicta est ab agna quia mitis et humilis tanquam agna fuit vel a greco agnos quod est pium quia pia et misericors extitit. Vel agnes ab agnoscendo dicitur quia viam veritatis cognovit. Veritas autem secundum Augustinum opponitur vanitati falsitati et duplicitati que tria a se removit per veritatem quam habuit.

Agnes virgo prudentissima ut testatur Ambrosius qui eius passionem descripsit XIII anno etatis sue mortem perdidit et vitam invenit. Infancia quidem computabatur in annis sed erat senectus mentis immensa corpore iuvencula sed animo cana pulchra facie sed pulchrior fide. Que dum a scolis revertitur a prefecti filio adamatur cui ille gemmas et divicias [illegible] promisit si consensum eius non negaret. Cui Agnes inquit: Discede a me fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis, quia iam ab alio amatore preventa sum. Cepit quoque ipsa suum amatorem et sponsum a quinque commendare que sponsus in sponsa vel que sponse in sponso precipue requirunt, scilicet a nobilitate generis, a decore pulchritudinis, a diviciarum abundancia, a fortitudine et potencie efficacia et ab amoris excellencia sic dicens: Iam longe te nobilior est et genere et dignitate cuius mater virgo est, cuius pater feminam nescit, cui angeli serviunt, cuius pulchritudinem sol et luna mirantur, cuius opes numquam deficiunt, cuius divicie non decrescunt, cuius odore reviviscunt mortui, cuius tactu confortantur infirmi, cuius amor castitas est, tactus sanctitas, unio virginitas. Hec autem quinque ponit in quadam auctoritate dicens: Cuius generositas celsior, possibilitas forcior, aspectus pulchrior, amor suavior et omni gracia elegancior. Deinde ponit quinque beneficia que sponsus suis sponsis contulit et aliis sponsis confert, scilicet quia eas anulo suo fidei subarrat, multiplici virtutum varietate eas vestit et ornat, passionis sue sanguine eas signat, vinculo amoris eas sibi copulat et thesauris celestis glorie eas ditat, sic dicens: Anulo suo subarravit me dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis, induit me cyclade auro texta et immensis monilibus ornavit me. Posuit signum in faciem meam ut nullum preter ipsum amatorem admittam, et sanguis eius ornavit genas meas. Iam amplexibus eius castis astricta sum, iam corpus eius corpori meo sociatum est, et ostendit michi thesauros incomparabiles quos se michi daturum si in eo perseveravero repromisit. Audiens hec insanus iuvenis lectum petiit et quod amore egrotaret per alta suspiria a medicis aperitur. Cumque pater iuvenis causam virgini replicaret et illa pactum sponsi se violare non posse assereret, cepit prefectus inquirere quis esset ille sponsus de cuius se Agnes potestate iactaret. Cumque quidam assereret quod Christum diceret sponsum suum, blandis eam primo aggreditur promissionibus et demum terroribus eam pulsat. Cui Agnes: Quidquid vis age, quia quod queris non poteris obtinere. Ipsum eum terrentem et blandientem similiter deridebat. Cui prefectus: Unum tibi de duobus elige: aut cum virginibus dee Veste sacrifica si tibi virginitas placet, aut cum meretricibus scortaberis. Quia enim nobilis erat vim sibi inferre non poterat et ideo titulum christianitatis apposuit. Cui illa: Nec sacrificabo diis tuis nec polluar sordibus alienis; mecum enim habeo custodem corporis mei angelum domini. Tunc prefectus iussit eam expoliari et nudam ad lupanar duci. Tantam ad densitatem deus capillis eius contulit ut melius capillis quam vestibus tegeretur. Ingressa autem turpitudinis locum angelum domini paratum invenit, et statim locum claritate nimia circumfulsit sibique stolam candidissimam preparavit. Sic quoque lupanar locus fit orationis adeo ut mundior exiret quicumque fuisset ingressus qui immenso lumini dabat honorem. Prefecti autem filius cum aliis iuvenibus ad lupanar venit et eos ad ipsam prius intrare invitavit, qui ingressi fuerunt sed quoque miraculo territi redierunt. Quos ille miseros appellans ad eam fremens intravit et dum vellet contingere in ipsum lumen irruit, qui cum deo non dedisset honorem prefocatus a diabolo expiravit. Quod prefectus audiens cum ingenti ploratu ad eam venit et causam mortis eius diligencius sciscitatur. Cui Agnes: Cuius voluntatem voluit perficere in eum potestatem accepit et occidit eum. Nam socii eius visis dei miraculis territi redierunt illesi. Cui prefectus: In hoc apparebit quod non magicis artibus hec egisti si impetrare poteris ut resuscitetur. Filius meus orante Agnete iuvenis resuscitatur et Christus ab eo publice predicatur. Ad hoc pontifices ydolorum sedicionem concitantes in populo exclamaverunt: Tolle magam, tolle maleficam que mutat mentes et alienat animos prefectus at ipse in miraculo eam liberare voluit sed suspicionem metuens vicario dereliquit Et quia eam liberare non potuit tristis abscessit Tunc vicarius Aspasius nomine iussit eam in copiosum ignem iactari Sed in duas partes flamma divisa sediciosum populum comburebat et eam minime contingebat Tunc Aspasius in gutture eius gladium immergi precepit et sic sponsus candidus et rubicundus ipsam sibi sponsam et martirem consecravit Passa est ut creditur tempore Constantini magni qui cepit Anno domini CCC ix Cum igitur corpus eius christiani et parentes eius cum gaudio sepelirent vix a paganis lapides mittentibus in eos evaserunt Emerenciana autem eius collactanea virgo sanctissima licet adhuc kathecumina iuxta sepulcrum cum staret et constanter gentiles argueret ab eis lapidata est Statim que sic mox coruscaciones et fulgura contigerunt adeo quod ex paganis plurimi perierunt ita quod ipsi de cetero venientes ad sepulcrum virginis nullum leserunt Corpus autem Emerenciane iuxta corpus sancte Agnetis positum est Cum ac parentes eius octo diebus iuxta tumulum vigilarent viderunt chorum virginum vestibus aureis radiancium inter quas viderunt beatam Agnetem simili veste fulgentem et a dextris ~~agne~~ agnum candidiorem nive stantem dicens illa videte ne me quasi mortuam lugeatis sed congaudete mecum et congratulamini quia cum hiis omnibus lucidas sedes accepi Propter hanc visionem celebratur festum sancte Agnetis Constancia autem virgo filia Constantini lepra gravissima laborans cum hanc visionem ~~vidisset~~ audisset tumulum eius adiit et ibi dum in oracione persisteret obdormivit vidit que beatam Agnetem sibi dicentem Constanter age Constancia si in christum credideris continue liberaberis Ad hanc vocem pervigilans perfecte se sanatam invenit que baptismum recipiens super corpus beate Agnetis basilicam fecit et ibi in virginitate degens multas exemplo suo ibi virgines congregavit Quidam vir nomine Paulinus in ecclesia sancte Agnetis sacerdotii fungens officio mira cepit carnis temptacione vexari sed cum deum offendere nollet a summo pontifice licenciam petivit contrahendi matrimonium Cuius bonitatem et simplicitatem papa considerans anulum ei cum smaragdo dedit et iussit ut ymagini formose sancte Agnetis que in ecclesia sua depicta fuerat et ex parte sua preciperet ut permitteret se desponsari Cumque sacerdos ymagini innueret hec illico digitum anularem porrigens et anulo suscepto manum retrahens omnes temptaciones a sacerdote fugavit Porro anulus dicitur adhuc in eius digito apparere Alibi tamen legitur quod ecclesia sancte Agnetis rueret papa eidem sacerdoti dixit se sibi velle quandam sponsam custodiendam et nutriendam scilicet ecclesiam sancte Agnetis committere dansque ei anulum iussit ut dictam ymaginem desponsaret quam illa ostendente et retrahente manum sic digitum desponsavit De hac virgine sanctus Ambrosius in libro de virginibus Hanc senes hanc iuvenes hanc pueri ~~laud~~ laudent nemo est laudabilior quam qui ab omnibus laudari potest tot homines quot precones qui martirem predicant dum loquuntur Stupete universi quia eam divinitatis glorie testes existere potestis que adhuc arbitrata sui per etatem esse non posset fecit tamen denique ut ei de deo crederetur ~~cui~~ cui de homine non crederetur cui quod ultra naturam [illegible] nondum idonea pene et iam matura victorie certare difficilis habilis coronari magisterium virtutis implevit que iudicium non habebat etatis ut sic ad thalamum non nupta habilis properaret ut ad supplicium locum leta successu gradu festina virgo processit. Item Ambrosius in prefacione: Beata Agnes generositatis oblectamenta despiciens celestem meruit dignitatem societatis humane vota contempnens eterni regis sociata in consortem preciosam mortem pro Cristi confessione suscipiens simul ei facta est conformis.

v

incentius dicitur quasi vicia incendens vel vincens

incendia vel victoriam tenens. Ipse enim incendit id est consumpsit vicia per carnis mortificacionem, vicit incendia suppliciorum per constantem passionem, victoriam tenuit mundi per ipsius despectionem. Vicit enim tria que erant in mundo scilicet falsos errores, immundos amores et mundanos timores, quos vicit per sapienciam, mundiciam et constanciam. De quibus Augustinus: ut cum omnibus erroribus et amoribus et timoribus vincatur hic mundus sanctorum martirum docuerunt exempla. Passionem quidem beatus Augustinus asserit compilasse quam Prudencius versibus luculenter declamat.

/ quam

v

incencius nobilis genere sed fide et religione nobilior

beati Valerii episcopi dyaconus fuit. Cum episcopus quia impedicioris lingwe erat vices suas ei commiserat et ipse contemplacioni et oracioni vacabat, iussu igitur Daciani presidis Valerius et Vincencius trahuntur et duro carceri mancipantur. Cumque eos fame pene defecisse crederet, iussit eos suo aspectui astare. Quos cum sanos et gaudentes invenit [illegible] Quid dicis tu Valeri, qui sub nomine religionis contra decreta principum facis? Cumque beatus Valerius lenius responderet, dixit ei Vincencius: Noli pater venerabilis quasi mente timida submurmurare, sed libera voce exclama. Si tu iubes pater sancte [illegible] respondere iudici aggrediar. Cui ille: Iam dudum tibi fili carissime loquendi curam commiseram, nunc pro fide qua astamus committo. Tunc Vincencius conversus ad Dacianum: Actenus inquit a te sunt de neganda fide sermones prolata, sed nephanum apud christianos prudenciam esse cognosce divinitatis cultum abnegando blasphemare. Tunc Dacianus iratus episcopum in exilium mitti precepit, Vincencium vero tamquam contumacem et presumptuosum iuvenem ut ceteri terrerentur in eculeo distensum membris eius dissipari. Cumque totum corpus eius dissipatum esset, ait Dacianus: Dic michi Vincenti ubi tunc miserum corpus tuum conspicis? At ille subridens ait: Hoc est michi quod semper optavi et votis omnibus concupivi. Tunc iratus preses cepit ei omnia genera tormentorum minari nisi ei assensum preberet. Cui Vincencius: O felicem me quo in irasci te gravius putas eo modo melius incipis michi misereri. Insurge ergo miser et toto spiritu malignitatis debacchare, videbis Dei virtute me plus posse dum torqueor quam possis ipse qui torques. Ad hec preses cepit clamare et carnifices ad fustibus et virgis verberare. Et ait Vincencius: Quid dicis Daciane? Ecce tu ipse me vindicas de operatoribus meis. Tunc preses amens dixit: Miserrimi nichil facitis. Cur deficiunt manus vestre? Adulteros et parricidas vincere potuistis ut nichil celarent illata supplicia celare possent et ipse solus Vincentius potuit superare tormenta. Tunc carnifices pectines ferreos usque ad intima costarum infixerunt ita ut de toto eius corpore sanguis effluet et solutis costarum compaginibus viscera praecordia paterent. Et ait Dacianus: Miserere tui Vincenti ut possis tuam pulchram recuperare iuventutem et ea quae supersunt futura tormenta. Et ait Vincentius: O venenosa diaboli lingua, tormenta tua non timeo, sed hoc valde timeo quod te fingis mihi misereri velle. Iam quo te magis iratum video eo amplius exulto. Nolo ut aliquid minuas de suppliciis ut victum in omnibus fatearis. Tunc ex aculeo depositus ad ignis patibulum raptus moras carnificum arguendo ad poenam alacriter properabat. Craticulam igitur sponte conscendens ibidem assatur, uritur et crematur, membris quoque omnibus uncini ferrei et ardentes laminae infiguntur. Ubi sanguine flamma respergitur, vulnera vulneribus imprimuntur. Sal insuper in ignem spargitur ut in corpus eius undique vulneratum resiliens stridentibus flammis crudelius combureretur. Iam quoque non ad artus sed ad viscera tela iaciuntur, ipsa quoque intima viscera de eius corpore foris labuntur. Inter haec ille manet immobilis et sursum erectis luminibus Dominum precabatur. Cumque ministri haec Daciano retulissent, Heu ait Dacianus vincimur. Sed iam non diutius ~~vincit~~ ut vivat in poena, ipsum teterrimo carceri includite et ibi testas acutissimas colligite, pedes eius ligno affigite, sine humano solatio extensum super testas relinquite et cum defecerit intimate mihi. Fiunt quoque ministri crudeles domino crudeliores. Sed ecce rex pro quo miles patitur poenam commutat. Nam tenebrae carceris ab immensa luce expelluntur, testarum asperitas in omnium florum suavitatem mutatur, pedes dissolvuntur et angelorum solatio veneratione perfruitur. Cumque super flores cum angelis psallens incederet, modulatio dulcis et mira suavitas florum per exteriora diffunditur. Perterriti custodes cum per rimas carceris quod intus erat vidissent ad fidem conversi sunt. Hoc audiens Dacianus amens factus ait: Et quid ei amplius faciemus? Ecce enim victi sumus. Transferatur ad lectulum instratum mollioribus, reponatur, ne ipsum eum gloriosum faciamus, si forte deficeret in tormentis, sed potius recreatus ~~nob~~ novis iterum suppliciis puniatur. Cum igitur ad stratum molliorem deportatus esset et ibidem paululum quievisset statim spiritum tradidit circa annum Domini lxxxvii sub Diocletiano et Maximiano. Quo audito Dacianus vehementer se victum dolens ait: Et si non potui eum superare viventem, puniam vel defunctum, satiabor vel de poena. Et si non potuit mihi proveniet victoria. Iussu igitur Daciani corpus eius in campum avibus et bestiis devorandum exponitur, sed statim angelorum custodia premunitur et ~~intactum~~ intactum a bestiis et avibusque servatur. Denique corvus in custodiam ei deditus alias aves se maiores impetu alarum abegit et clamoribus lupum accurrentem morsibus effugavit, et clamoribus quoque reflexo capite in conspectu sacri corporis retinetur, utpote qui ibidem angelorum custodiam mirabatur. Quod audiens Dacianus ait: Puto quod nec defunctum potero superare. Iubet ergo corpori eius ingentem molam alligari et in pelagum proici ut quod a bestiis sumi non potuit in terra saltem in pelago a marinis beluis devoretur. Nautae igitur corpus eius in pelagum summergunt, sed ipsis nautis velocius corpus littora petiit, quod a quadam matrona et quibusdam aliis ipso revelante invenitur et ab eis honorifice sepelitur. De sancto [illegible] per [illegible] vincit in [illegible] vincit in penis et confessione vincit vincit in tribulacione vincit [illegible] vincit submersus vincit vivus vincit mortuus. Item colliget Vincencius ut operetur flagellatur ut erudiatur tenditur ut solidetur comburitur ut purgetur. Ambrosius in prefatione de ipso sic dicit: Torquetur Vincencius, vincitur, tenditur, flagellatur et invictus pro sacro nomine animus non concutitur. Plus ardens igne celesti quam ferri, plus strictus timore dei quam seculi, plus voluit placere deo quam foro, plus dilexit mundo moriri quam domino. Item Augustinus: Ante oculos nostros mirandum spectaculum constitutum est: iniquus iudex, tortor cruentus, martir invictus, crudelitatis pietatisque certamine. Prudencius qui claruit tempore Theodosii senioris qui cepit anno domini CCClxxxvii tempore Vincencius Daciano ait: Vidisse tormenta carceris ungule stridensque flamma lamina atque ipsa penitus ultima mors christianis ludus est. Dum Dacianus Vincencium retorquet brachiis sursum ac deorsum extenditur compago ossium donec diversa membrorum crepat medulla ut per latebras vulnerum iecur iniectum palpitet. Videbat miles dei manus cruentas macerantes que stigna profundius inferret acta ungula. Cum esset in carcere angelus ad eum venit: Surge martir inclite, surge secum tu, surge et aliis celibus noster sodalis adhere. O miles invictissime, fortior fortissimis, iam te pena seva et aspera tormenta victorem tremunt. Exclamat Prudencius: Tu solus orbis vicisti, solus bravium duplicis palmam tulisti, tu duas simul passim [illegible] laureas.

b

Basilius grece venerabilis episcopus et doctor precipuus

[illegible] cepit [illegible] qui [illegible] heremita [illegible] Effrem in visu monstravit. Cum enim beatus Effrem in extasi positus esset vidit columnam ignis cuius caput usque ad celum pertingebat et vocem de celo dicentem audivit: Talis est magnus Basilius qualis hec columna ignis. Veniens igitur in civitatem in die Epiphanie ut tandem virum videre posset, cum vidisset eum stola candida indutum cum clericis venerabiliter precedentem ait intra se: Ut video in vanum laboravi. Iste enim cum tali honore sit positus nequaquam talis potest esse quemadmodum vidi. Nos enim qui portavimus pondus diei et estus nichil tale consecuti sumus. Et hic cum in tali honore et constipacione positus sit columna ignis sit miror. Ista Basilius in spiritu cernens fecit eum ad se introduci. Qui cum introductus esset vidit linguam igneam per os eius loquentem et ait Effrem: Vere magnus Basilius, vere columna ignis Basilius, vere spiritus sanctus loquitur per os eius. Dixit ei Effrem: Obsecro domine ut grece loquar. Cui Basilius: Rem difficilem postulasti. Pro eo tamen oravit et continuo grece loqui cepit. Et cum quidam alius heremita videns Basilium alias in pontificali habitu procedentem eum despexit iudicans eum in corde suo quod in tali pompa plurimum delectaretur, et ecce facta est vox ad eum dicens: Tu amplius delectaris in palpando caudam catte tue quam delectatur Basilius in apparatu suo. Valens imperator Arrianorum fautor quandam ecclesiam catholicis abstulit et Arrianis dedit. Ad quem accedens Basilius ait: Imperator scriptum est honor regis iudicium diligit.

et cum [illegible]
[illegible] imperasti ut katholici
de ecclesia eicerent et Arianis da-
ret. Cui imperator: Iterum ad contume-
lias redis, o Basili, non te decet.
At ille: Decet me pro iusticia etiam mori.
Tunc Demostenes prepositus esculentorum
imperatoris, fautor Arianorum, cum loqueretur
pro eis fecit barbarismum. Cui ait Basilius:
Tuum est de pulmentis regis cogitare,
non dogmata divina decoquere.
Qui mox confusus tacuit. Dixit imperator
Basilio: Vade et iudica inter eos,
sed non secundum immoderatum amorem populi.
Abiens igitur dixit coram katholicis et
Arianis ut fores ecclesie clauderentur
et utriusque partis sigillo munirentur et
ad quorum orationes aperirentur sua esset
ecclesia. Quod cum omnibus placuisset, orantibus
Arianis tribus diebus et noctibus ad
fores ecclesie venerunt et non sunt aperte.
Tunc Basilius processione ordinata
venit ad ecclesiam et facta oratione levi
ictu de baculo pastorali fores tetigit
dicens: Attollite portas principes vestras.
Et continuo sunt aperte et intrantes deo
gratias reddiderunt, et reddita est ecclesia ka-
tholicis. Promisit autem imperator multa
Basilio, ut in hystoria tripartita legitur,
si sibi consentiret. Et ille: Pueris ista conve-
niunt; nam qui in divinis saginantur eloquiis
corrumpi de divinis dogmatibus nec unam
sillabam patiuntur. Tunc imperator indi-
gnatus, ut ibi dicitur, dum de eius exilio
sententiam vellet scribere, primo, secundo et tercio cala-
mus fractus est, et dexteram tremor eius manum
invasit, unde indignatus cartam fregit.
Vir quidam venerabilis nomine Eradius
filiam unicam habuit quam consecrare domino
disponebat. Sed dyabolus humani generis inimicus
hoc advertens unum de servis predicti Eradii
adiit et in amorem puelle ipsum plurimum in-
flammat. Videns autem impossibile fieri
ut ipse qui servus erat in amplexus tam
nobilis puelle accedere posset, adiit unum

maleficum [illegible] pecuniam [illegible]
pecunie si eum ad eius amorem vellet adiu-
vare. Cui dixit maleficus: Ego hoc agere non possum,
sed si vis mittam te ad dominum meum dyabolum,
et si feceris que tibi dixerit tuum desiderium
obtinebis. Et dixit iuvenis: Quecumque dixerit
michi faciam. Ille igitur maleficus ad dyabolum
epistolam fecit et eam per dictum iuvenem in
hec verba transmisit: Domine mi, quoniam
oportet me festinanter et sollicite quoscumque
a christianorum religione abstrahere et tue ad-
ducere voluntati ut pars tua cotidie
multiplicetur, misi tibi presentem iuvenem
cupiditate in talem puellam exarsum, et po-
stulo ut suum desiderium assequatur et in
isto glorier coram te et alios tibi de cetero
facilius valeam aggregare. Et dans ei
epistolam dixit: Vade tali et tali hora no-
ctis, sta super monumentum gentilis et
ibi demones invoca et hanc cartam
in aere expande, et adherunt tibi statim. aderunt
Qui vadens demones invocabat et
cartam per aerem eiciebat, et vallatus multi-
tudine demonum qui cum epistolam perlegisset
ait ad iuvenem: Credis in me ut tuam
compleam voluntatem? Qui ait: Credo domine.
Cui dyabolus: Et abnegas Christum tuum? Qui ait:
Abnego domine. Dixit dyabolus: Perfidi estis
vos christiani, quia quando me opus habetis
ad me venitis, cum autem desiderium vestrum
assecuti fueritis statim me abnegatis et ad
Christum vestrum acceditis. Ille autem quia clementissimus
est suscipit vos. Sed si vis ut tuam compleam
voluntatem, fac michi manu tua scri-
ptum in quo confitearis te abnegare Christo
et baptismati et christiane professioni, et
meum servum esse et mecum in iudicio
condempnandum. Qui statim manu propria scri-
ptum fecit quod Christo abrenunciaret et ser-
vitio dyaboli manciparet. Continuo igitur
dyabolus accersivit spiritus qui erant super for-
nicationem, iubens eis ut ad predictam puel-
lam accederent et cor eius in amorem
iuvenis inflammarent. Qui accedentes eam
adeo succenderunt ut puella flens

[illegible] impone [illegible] pater miserere mei quia [illegible] amore eius pueri iam misere crucior [illegible] et paternalem michi amorem ostende et puero quem amo et pro quo crucior coniunge me sin autem non post modicum me mortuam videbis et pro me in die iudicij racionem reddes. Pater autem eiulans dixit Hew me miserum quid contigit misere filie mee quis meum thezaurum furatus est quis dulce lumen oculorum meorum extinxit ego volebam sponso celesti coniungere te et tu in amorem lascivie insanis. Sine filia ut te sicut disposui deo coniungam ne deducas senectutem meam cum dolore ad inferos. Illa autem clamabat dicens Pater mi aut cito desiderium meum complebis aut mortuam post modicum me videbis. Cum igitur illa amarissime fleret et quasi insaniret pater eius in magna desolacione positus et amicorum consiliis deceptus suam voluntatem complevit et eam puero in uxorem dedit ac universam substanciam sibi tribuit dicens Vade filia mea misera. Cum autem insimul manerent iuvenis ille ecclesiam non intrabat nec sibi signaculum crucis faciebat nec deo se recommendabat ut de hoc notatus a nonnullis qui uxori sue dixerunt Scias quod vir tuus quem tu elegisti christianus non est nec ecclesiam ingreditur. Quod illa audiens vehementer extimuit et humi se prosternens unguibus seipsam discerpere cepit et pectus suum tundens ac dicere Hew me miseram cur nata fui et nata continuo mortua non fui. Cumque viro suo que audierat retulisset et ille negaret sic esse assereret quod omnino falsum quod ipsa audierit affirmaret. Et illa ait si vis ut credam tibi cras et tu ecclesiam ingrediaris. Videns ille quod celare non posset narravit ei totum ordinem rei geste. Quod illa audiens vehementer ingemuit et ad beatum Basilium pervenit ei quod dixit illud quod viro suo et sibi contigerat. Basilius autem puerum vocans et omnia ab eo audiens dixit ei Vis fili reverti ad deum qui ait utique

[illegible] pecco quod dyabolo sum proprius et ipsum abnegavi et abnegacionis mee scriptum feci et dyabolo ipsum dedi. Cui Basilius Non sit tibi cure benignus est enim dominus et te penitentem suscipiet. Et continuo apprehendens puerum in eo signum sancte crucis in eius fronte fecit et ipsum per tres dies reclusit. Postea eum visitavit et dixit Quomodo habes te fili. Cui ait In magna sum domine desperacione nec sufferre possum clamores et terrores seu dilapidaciones demonum tenentes enim meum scriptum causantur me dicentes Tu venisti ad nos non nos ad te. Et dixit sanctus Basilius Noli timere fili tantummodo crede. Et dans ei modicum esce faciensque signum crucis iterum eum reclusit et pro eo oravit. Post aliquot dies eum visitavit et ait Quomodo habes te fili mi. Cui ait Pater a longe clamores eorum et minas audio sed neminem video. Et dans ei iterum escam et signans et claudens hostium abiit et pro eo oravit. Et xl die rediens dixit Quomodo habes. Inquit Bene habeo sancte dei vidi enim te hodie in visu pro me pugnantem et dyabolum vincentem. Post hoc eum educens omnem clerum et omnem populum convocavit et omnes pro eo orare admonuit tenens quoque manum pueri ducebat eum ad ecclesiam. Et ecce dyabolus cum multitudine demonum ad eum venit et visibiliter apprehendens puerum conabatur eum eripere de manibus eius et cepit clamare puer Sancte dei adiuva me. Et tanta eum instancia aggressus est ut etiam sanctum impelleret trahens puerum. Cui ait ad eum Improbissime non sufficit tibi perdicio tua et ut dei mei temptas plasma. Dyabolus autem dixit ad eum multis audientibus Preiudicas michi o Basili. Tunc omnes clamaverunt Kyrieleyson. Dixit quoque ad eum Basilius [illegible] dyabolus [illegible] iniuriam michi o Basili. Non abii ego ad eum sed ipse ad me et abnegavit Christum suum et professus est michi. Ecce scripturam eius in manu habeo. Cui ait: Non cessabimus orare donec reddideris scripturam. Et orante Basilio et tenente ad celum manus, ecce carta per aerem delata et ab omnibus visa venit et imposita est in manu Basilii. Quam suscipiens dixit puero: Cognoscis has litteras, frater? At ille: Etiam, de manu mea scripte sunt. Et scissa scriptura Basilius perduxit eum ad ecclesiam et dignum eum fecit sanctis misteriis instruens et [illegible] sibi dans reddidit eum mulieri. Mulier quedam peccata multa fecerat et ea in carta conscribens in fine gravius omnium conscripsit et scripturam ipsam sancto Basilio tradidit rogans ut pro ea ~~rogaret~~ oraret et sicut oracionibus peccata sua ipse deleret. Cum ergo orasset et mulier cartam aperuisset, omnia peccata preter illud gravius deleta invenit. Tunc ait ad Basilium: Miserere mei, serve dei, et pro hoc uno indulgenciam impetra sicut pro aliis impetrasti. Cui ait ad illam: Recede a me mulier, quia homo peccator sum indigens indulgencia sicut et tu. Cum illa instaret dixit ei: Vade ad sanctum virum Effrem et ille tibi que postulas poterit impetrare. Cumque abisset ad sanctum virum Effrem et cur ad eum a beato Basilio missa sit intimasset, ille ait: Recede a me mulier, quia homo peccator ego sum. Sed redi, filia mea, ad Basilium, et qui tibi pro ceteris veniam impetravit, pro isto quod impetrare valebit. Festina cito ut eum invenias vivum. Que cum in civitatem venisset, ecce Basilius ad tumulum ferebatur.

illa [illegible] proiciens [illegible] videat deus et iudicet inter me et te quia cum posses placare deum pro me ad alium misisti. Cumque proiecisset cartam super feretrum et post modicum iterum recipiens illud peccatum penitus deletum invenit. Sic quod ipsa et omnes qui aderant deo innumeras gratias reddiderunt. Antequam vir dei migraret a corpore positus in infirmitate qua et mortuus est, quendam iudeum nomine Joseph medicinali arte valde peritum, quem vir dei plurimum diligebat eo quod se illum ad fidem conversurum previdebat, ad se quasi eius ope indigeret vocavit. Ille vero eius pulsum tangens et per tactum mortem in ianuis esse cognoscens dixit familie: Que ad sepulturam sunt necessaria parate, quia continuo morietur. Quod Basilius audiens dixit: Nescis quid dicis. Cui Joseph: Crede domine quia sol ad solem occidet hodie. Cui Basilius: Quid tu eris? Et tu cum sole occides hodie? Cui Basilius: Quid facies si non moriar hodie? Cui ille: Impossibile domine. Cui Basilius: Et si in crastinum usque ad horam sextam supervixero, quid facies? Et Joseph: Si usque ad horam illam supervixeris utique ego moriar. Et Basilius: Esto moriens peccato et vives Christo. Et ille: Scio quid dicis, et si usque ad illam horam supervixeris, faciam quod hortaris. Tunc beatus Basilius licet secundum naturam illico moriturus esset, a domino tamen moratus inducias impetravit et usque in crastinum ad horam nonam vixit. Quod cernens Joseph dixerat(?) supervivens Basilius videns et stupens Joseph in Christum credidit. Basilius autem pre virtute animi imbecillitatem corporis superans de cubiculo suo surrexit et ecclesiam ingrediens eum suis propriis manibus baptizavit. Post ea autem ad lectulum suum rediens feliciter spiritum reddidit. Effloruit circa annos domini CCCLXX.

ohanes elemosinarius

[illegible] oratione persisteret vidit puellam pulcherrimam sibi assistere et coronam olivarum in capite habentem. Quam ille videns nimium stupefactus que esset inquisivit. Et illa: Ego sum misericordia que de celo dei filium adduxi. Me in sponsam accipe et bene tibi erit. Intelligens ergo quod per olivam misericordia designatur, ab illa die factus est misericors ut Eleymon id est elemosinarius vocaretur. Pauperes autem suos semper dominos appellabat, et in hospitalariis habent ut pauperes dominos suos vocent. Omnibus igitur suis famulis convocatis eis dixit: Discurrite per totam civitatem et conscribite michi usque ad unum omnes dominos meos. Illis non intelligentibus dixit: Quos vos egenos et mendicos vocatis, istos ego dominos meos et auxiliatores predico. Isti enim nobis auxiliari et celeste regnum donare poterunt. Volens homines ad elemosinam invitare narrare consuevit quod pauperibus ad solem semel se calefacientibus ceperunt inquirere de elemosinatoribus conferre et bonos collaudare et malos vituperare. Erat autem quidam dives thelonearius nomine Petrus valde potens sed pauperibus inmisericors qui ad domum suam accedentes cum indignacione nimia repellebat. Cum ergo nullus eorum inventus fuisset qui in domo elemosinam accepisset, unus illorum dixit: Quid michi datis si ego hodie ab eo elemosinam accipiam? Et facientibus cum eo pactum ad domum eius venit et elemosinam postulat. At ille domum rediens et pauperem pre foribus videns, cum mancipium eius panes siligineos in domum eius refferret, ille lapides non inveniens panem unum siligineum arripuit et ad eum in eum proiecit. Quem protinus accipiens pauper ad socios rediit et quod de manu eius elemosinam accepisset indicavit. Post duos dies ille infirmatus ad mortem [illegible] in iudicio stare et mauros quosdam in statera mala eius appendere, quod altera ex parte stetere quidam dealbati tristes stabant eo quod nichil quod ibi apponerent sicut nec invenire valebant. Dixit unus illorum: Vere nichil habemus nisi unum panem siligineum quem ante duos dies pro se dedit Christo coactus. Quem dum super stateram ponerent, equalitas ut sibi videbatur facta est. Dixerunt ergo: Adauge ad siligineum hunc, alioquin mauri apprehendent eum. Evigilans ait et liberatus dixit intra se: Si una siligo quam per furorem iactavi ita proficit, quanto magis qui omnia sua indigentibus elargietur. Ambulans ergo in die ad opus vestimentis indutus per viam pergeret, quidam naufragus ab eo tegumentum aliquod postulabat. Continuo ille precioso vestimento se expoliavit et illi dedit. Accipiens statim vendidit. Cum autem thelonearius rediret et vestimentum suum suspensum videret, contristatus est adeo ut nec cibum sumere vellet dicens: Non fui dignus ut mei haberet memoriam egenus. Et cum dormiret, vidit quendam super solem fulgentem et super caput crucem ferentem et indutum vestimento quod dederat egeno et sibi dicentem: Quid ploras Petre? Cum ei causam sue tristicie exposuisset, ille ait: Cognoscis hoc vestimentum? Et ille cum dixisset: Etiam domine, ait ei: Ego vestior ex quo michi dedisti et gracias ago bone voluntati tue quia frigore affligebar et cooperuisti me. In se ergo reversus cepit egenis benefacere et dicere: Vivit dominus quia non moriar donec fiam unus ex eis. Dans ergo pauperibus omnia que habebat et accersito notario dixit ei: Secretum volo committere tibi, quod si me non audieris barbaris vendam te. Dat ei decem libras auri dixit

// quod se appellans

et [illegible] tibi erit et me alicui vende christiano et pretium pauperibus tribue. Illo autem recusante dixit: si me non audieris ego barbaris vendam te. Duxit ergo eum ut dixerat cuidam argentario vestibus sordidis indutum tamquam servum suum vendidit et XXX numismata inde accipiens pauperibus erogavit. Petrus ergo omnia vilia officia faciebat ita quod ab omnibus contempnebatur et ab aliis conservis frequenter percutiebatur et iam amens appellabatur. Dominus autem frequenter sibi apparebat vestimenta et numismata sibi ostendens ipsum consolabatur. Interim imperatore et universis de amissione tanti viri dolentibus quidam vicini eius Constantinopolim de Roma ad visitanda loca sancta venerunt et a domino ipsius invitati ad prandium sibi invicem in aure dicebant: quam similis est puer iste domino Petro thelonario. Et curiose respicientibus unus dixit: Vere dominus Petrus est, surgam et tenebo eum. Quod ille advertens latenter fugit. Erat autem hostiarius mutus et surdus qui per signum hostium aperiebat. Cum Petrus ut sibi aperiret non signis sed verbis imperavit, et ille continuo audiens et loquelam continuo recipiens sibi respondens aperuit et domum ingrediens cunctis de eius loquela mirantibus dixit: Ille qui coquinam faciebat exivit et fugit sed videte ne servus dei sit. Dum enim michi dixit: tibi dico aperi, mox de ore eius flamma exivit que linguam et aures meas tetigit et continuo auditum et loquelam recepi. Et exilientes universi currentes ipsum amplius non potuerunt invenire. Tunc omnes de domo illa penitentiam egerunt eo quod talem virum sic ~~viliter~~ viliter tractaverunt. Monachus quidam nomine Vitalis volens sanctum Johannem

[illegible] infra civitatem omnes prudentes meretrices conscripsit. Intrabat quoque ad illas per ordinem dicens cuilibet: dona michi noctem istam et noli fornicari. Ipse autem domum eius intrans in angulo flexis genibus tota nocte in oratione stabat et pro illis orabat precipiens quibus ne alicui revelaret. Una autem vitam eius manifestavit que statim atrocissime a demone vexari cepit. Cui omnes dicebant: reddidit tibi deus quod meruisti quia mentita es, ut enim fornicaretur ingreditur pessimus iste et non propter aliud. Vespere autem facto dicebat predictus Vitalis cunctis audientibus: volo ire quia talis domina exspectat me. Multis vero ipsum criminantibus dicebat: numquid enim non habeo corpus ut alii aut monachis solis irascitur deus? Vere et ipsi homines sunt ut ceteri. Dicebant ei quidam: accipe tibi mulierem unam abba et muta habitum ut non scandalizes alios. Ille fingens se iratum dicebat: vere non audiam vos, ite a me. Qui vult scandalizari scandalizetur et det de fronte in parietem. Numquid iudices constituti estis super me? Ideo ite et de vobis curam habete, vos pro me non reddetis rationem. Hoc autem cum clamore dicebat. Cumque ad beatum Johannem querimonia deferretur, cor eius deus induravit ne hiis fidem adhiberet. Deprecabatur autem deum ut post mortem suam opus suum alicui revelaret ut non imputaretur in peccatum hiis qui pro eo scandalizati sunt. Multas igitur de hiis predictis mulieribus ad conversionem perduxit et in monasteriis collocavit multas. Cum quodam mane ab una illarum egrederetur obviavit ei quidam ingrediens ad fornicandum cum ea dans quoque ei alapam dixit: usque quo pessime non emendas te ab

54

[illegible] [illegible] Alexandriam [illegible] et cum [illegible] dicens dyabolus in specie mauri sibi alapam dedit dicens hanc accipe alapam quam misit tibi Vitalis abbas et statim a demonio vexabatur ita quod ad vocem eius tota Alexandria concurrebat. Sed tamen penitens per eius orationem liberatus est. Vir autem dei morti appropinquans hanc scripturam reliquit nolite ante tempus iudicare. Mulieribus autem confitentibus que faciebat omnes glorificabant deum papue beatus Johannes dixit o utinam alapam quam ille accepit accepissem et ego. Quidam mendicus pauper in habitu peregrini ad Johannem venit et ab eo elemosinam postulat. At ille vocato dispensatore dixit: Da ei sex numismata. Que cum accepisset et abiens habitum mutat et iterum ad patriarcham rediens ab eo elemosinam postulat. Ille autem dispensatore vocato dixit: Da ei sex aureos. Quos cum dedisset sibi et ille abiens dixit ei dispensator: Per orationes tuas pater iste idem mutato habitu hodie bis accepit. Beatus Johannes qui hec se nescire dissimulavit. Iterum ille tercio mutato habitu ad Johannem venit et elemosinam postulat. Tunc dispensator beatum Johannem tetigit innuens quod ille esset. Cui beatus Johannes inquit: Vade et da ei duodecim numismata ne forte sit dominus meus Jesus Christus qui me velit temptare utrum plus possit ille recipere quam ego dare. Alia vice cum patricius quidam pecuniam ecclesie in mercationibus ponere vellet et patriarcha nullatenus acquiesceret set pauperibus eam dispensare vellet ambo plurimum contendentes irati ab invicem recesserunt. Sed veniente [illegible] per archipresbyterum dicens: Domine sol ad occasum est. Quod ille audiens lacrimis infusus ad eum venit et veniam postulavit. Cum quidam suus nepos a quodam tabernario gravem iniuriam audivisset et ob hoc patriarche lamentabiliter conquereretur nullatenus consolari posset, patriarcha inquit: Nonne omnino ausus est tibi aliquis contradicere et os tuum contra te aperire? Crede fili mee parvitati quia faciam in eo hodie talem rem ut tota Alexandria admiretur. Quod ille audiens consolationem accepit putans quod eum graviter faceret verberari. Videns Johannes quod consolationem accepisset pectus eius osculatus est dicens: Fili, si nepos humilitatis vere mee es, prepara te et flagellari et convicia pati ab omnibus. Vera enim cognatio non carne et sanguine sed virtute mentis cognoscitur. Confestim igitur pro illo homine misit et ab omni pensione et tributo liberum eum fecit. Quod et omnes audientes mirati sunt et intellexerunt hoc esse quod dixerat: Faciam in eum talem rem ut tota Alexandria miretur. Audiens patriarcha consuetudinem esse quod mox ut imperator coronatus est confestim monumentorum edificatores sumunt quatuor vel quinque minutias marmorum pusillas diversi coloris. Et ingredientes ad imperatorem dicunt: De quali marmore vel metallo iubet imperium tuum fieri sibi monumentum? Imitatus hoc fieri sibi monumentum precepit. Sed tamen usque ad obitum suum illud imperfectum manere fecit. Ordinavitque aliquos qui ad eum cum in celebri festivitate cum clero consisteret accederent sibique dicerent: Domine monumentum ~~tuum~~ tuum imperfectum est precipe ut consumetur

eo quod vestiat quia ipsa in [illegible]
Dives quidam cum vidisset beatum Johannem
in strato viles pannos habere eo quod
lectos pauperibus erogasset quoddam
valde pretiosum coopertorium emit et
beato Johanni tradidit quod cum ille nocte super
se haberet tota nocte dormire non
potuit cogitans trecentos domesticos suos
de tanto cooperiri posse Tota igitur
nocte lamentabatur et dicebat quanti
incenati quanti in foro pluviis made-
facti quanti pre frigore dentibus stri-
dentes dormire hodie non dormierunt
Tu vero grandes pisces devoras
et in thalamo requiescens cum omnibus
malis tuis et super te coopertorium
xxxvi numismatum valente Tale
facies humilis Johannes alia vice hoc
non vestietur Statim ergo mane facto
illud vendi fecit et pretium paupe-
ribus erogavit Quod audiens di-
ves ipsum coopertorium secundo emit et
beato Johanni tradidit rogans ut ipsum
de cetero super seipsum teneret At ille
illud accipiens iussit iterum vendi
et domesticis suis pretium erogari Quod
dives audiens iterum abiit et
ipsum redemit ac beato Johanni detulit
eique congratulando dixit Videbimus
quis deficiet aut tu vendendo aut
ego redimendo Et sic suaviter quasi
divitem vindemiabat dicens quod pos-
set aliquis intentione dandi pauperibus
taliter conspoliare ut peccatum duo
enim lucratur talis unum quod animas illorum
salvat alterum quod ex hoc ipse mer-
cedem non modicam habet Volens
homines ad faciendum elemosinam pro-
vocare narrare cepit de sancto Sera-
pione quod cum amictum suum pauperi
tribuisset et alteri obvians qui
frigus patiebatur tunicam similiter
tribuisset et evangelium tenens nudus
sederet et interrogavit eum quidam quis

[illegible]
[illegible]
Alias et aliud pauperem vi-
dens evangelium ipsum vendidit et pauperi pretium
dedit Qui cum interrogaretur ubi evangelium
haberet audivit ut precepit dominus Vade et
vende omnia et da pauperibus seipsum
quem habebat et se vendidit ut [illegible]
Cum cuidam elemosinam petenti dare
precepisset quinque nummos et indignatus
quia maiorem elemosinam non fecisset contumeliis
in contumelias ipsius prorupit ac in
eius faciem conviciari fecit quod audi-
entes eius famuli in eum voluerunt ir-
ruere at ipsum omnino cedere quod beatus Johannes
omnino prohibuit dicens Dimitte fratres
dimitte ut michi maledicat ecce enim
habeo lx annos blasphemans per opera mea // mea
et unam non portabo ab isto Iussit
ergo sacculum afferri et coram ipso apponi
ut inde tolleret quantum vellet Cum
plebs lecto evangelio extra ecclesiam exiret et
fabulis otiosis vacaret quadam
vice post eos exiens procedens ad eos exivit
et in medio eorum sedere cepit Omnibus
vero de hoc mirantibus ait ad eos dixit
filii ubi oves ibi et pastor aut ergo intrate
et ergo ingrediamini aut manete hic et co-
pit manebo vobiscum Semel igitur ibi hoc fecit
et sic populum stare in ecclesia erudivit
Cum quidam iuvenis sanctimonialem
rapuisset quidam et clerici illum iuve-
nem coram beato Johanne increpabant
et ipsum excommunicandum dicebant esse
utpote qui duas animas perdiderat
scilicet suam et illius Compescuit eos sanctus
Johannes dicens Non sic filii non sic ostendo
vobis quod et vos duo peccata committitis
Primo contra preceptum domini facitis dicen-
tis Nolite iudicare et non iudicabimini
Secundo quia nescitis pro certo si usque hodie
peccaverit et si non penituerit ~~frequenter~~
Frequenter autem orante beato Johanne in extasi
est in contemplatione mentis posita talibus

[illegible] in domo [illegible] et in ministrando ubicumque [illegible] cat eam febre correptam se morti appropinquasse dixit. Christus ergo ubi deus qui exaudisti miseriam meam rogantem dominum tuum ne veniret morienti in vinum tremuisse. Stat igitur pauperibus dare iubeo. Positum est igitur venerabile corpus eius in sepulcro ubi corpora duorum episcoporum fuerunt tumulata. Et corpora illa mirabiliter beato Johanni cesserunt et locum medium mane dimiserunt. Ante autem paucos dies quam moreretur eam quedam mulier quoddam flagitiosissimum peccatum commisisse et nulli umquam confiteri vellet nec auderet. Dixit ei sanctus Johannes ut saltem id scriberet eo quod scribere sciebat et sigillatum ei afferret et ipse pro ea oraret. Cui illa assensit et peccatum diligenter conscribens sigillat et beato Johanni tradidit. Sed post paucos dies beatus Johannes infirmatus in domino requievit. Illa autem audiens illum defunctum se vituperatam et confusam putat credens quod scriptum alicui dimisisset et ad manus alicuius devenisset. Ad tumulum igitur sancti Johannis accessit et ibi uberrime flens clamabat dicens heu heu putans confusionem vitare omnibus confusio facta sum. Cumque amarissime fleret et beatum Johannem rogaret ut sibi diceret ubi scriptum suum dimisisset. Ecce beatus Johannes in habitu pontificali de tumulo processit cum duobus episcopis qui secum quiescebant sicut inde vallatus dixit ei: mulier cur nos tantum infestas et me et sanctos istos qui mecum sunt quiescere non permittis. Ecce stole mee lacrimis tuis omnibus madefacte sunt. Porrexit [illegible] scriptum suum sigillatum ut prius fuerat dicens ei vide sigillum hoc et aperi et scriptum tuum lege. Cum illa aperiens peccatum suum omne deletum invenit et ibi taliter scriptum reperit: Propter Johannem servum meum deletum est peccatum tuum. Sicque illa timensas deo gratias agens ita et beatus Johannes cum aliis duobus episcopis in monumentum rediit. Floruit circa annos domini DC quinto tempore Phoce imperatoris.

Timotheus fuit filius cuiusdam mulieris vidue patre gentili doctus a sancto Paulo apostolo et sep comes itineris eius. Paulus autem veniens cum ipso in Ephesum ubi sanctus Johannes evangelista predicat reliquit eum ibi et fuit discipulus Johannis sancti. Cum autem sanctus Johannes in exilium ductus esset et sanctus Thimotheus remanens ibidem factus est archiepiscopus. Cum tali igitur die cum pagani secundum ritum suum festa gentilium celebrabant et sanctus Thimotheus eos argueret irati fustibus eum et lapidibus cedebant et ad eum semivivum relinquentes. Eam tulerunt eum in secretum quendam montem et ibi migravit ad dominum.

Conversio sancti Pauli facta est eodem anno quo Christus passus est et Stephanus lapidatus. Anno non naturali sed emergenti. Nam Christus octavo kalendas Aprilis passus est Stephanus eodem anno tertio die Augusti lapidatus est. Paulus vero

[illegible] sermonem conversus est
Causa autem cur eius conversio potius
quam aliorum sanctorum celebratur triplex
solet ratio assignari. Primo propter exemplum
ut nullus quantumcumque peccator desperet
de venia cum tantum et tam ta-
lem in culpa post modum conspiciat fuis-
se in gratia. Secundo propter gaudium sicut
enim ecclesia magnam tristitiam habuit
in eius conversione persecutoris ita
maximam letitiam habuit in eius
conversione. Tertio propter miraculum quod
dominus in eo ostendit quia de sevis-
simo persecutore fecit fidelissimum
predicatorem. Eius enim conversio fuit
miraculosa ratione efficientis dispo-
nentis et patientis. Ratione efficientis
scilicet Christi qui eius conversionem fecit ibi
enim ostendit suam mirabilem potentiam
in hoc quod ei dixit durum est tibi contra
stimulum calcitrare, et in hoc quod ipsum tam
subito mutavit. Unde continuo immutatus
inquit Domine quid me iubes facere.
Augustinus super hoc verbo occisus est agnus
a lupis. fecit agnos de lupis iam
parat se ad obediendum qui prius sevi-
ebat ad persequendum. Secundo ostendit eius
mirabilem sapientiam. mirabilis enim sa-
pientia fuit in hoc quod ipsum a ~~tumo~~
tumore superbie deiecit. offerendo
infima humilitatis non ad sublimia ma-
iestatis. Ego inquit sum Iesus nazarenus
Glossa Non deum vel filium dei se vocat
sed humilitatis mee infima suscipe
et superbie tue squamas depone. Tertio
ibi ostendit suam clementiam mirabilem
qua notatur quod licet ipsum consistentem
in actu et voluntate persequendi converti-
t. Licet enim haberet deformem affectum et actum
quia spirans minarum processum conti-
nuo habuit quod accessit ad principem qui
se ingerens ad persecutionem actum quod ibat
ut vinctos perduceret in Jerusalem et so

[illegible] eius possit [illegible]
[illegible] Secundo fuit miraculosa ratione
disponentis id est lucis que ipsum ad conversionem
disposuit. Ipsa enim lux dicitur fuisse subita
immensa et celica. Et subito inquit circum-
fulsit eum id est circumquaque fulsit eum lux de
celo. Paulus enim in se tria vicia habebat
primum erat audacia quod notatur in hoc quod se/
accessit ad principes sacerdotum. Glossa Non
vocatus sed sponte zelo ~~gestante~~ agitante
eum. Secundum erat superbia quod notatur in hoc
quod dicitur spirans minarum et cedis. Tertium erat
carnalis intelligentia quam scilicet in lege ha-
bebat. Unde Glossa super id: Ego sum Iesus
ego deus de celestibus loquor quem mor-
tuum putas sensu iudaico. Ipsa igitur lux
divina fuit subita ut audacem terreret
et fuit immensa ut sublimem vel superbum
in infima humilitatis prosterneret. fuit celi-
ca ut carnalem eius intelligentiam in
celestem mutaret. Vel potest dici quod istud
disponens fuit in tribus scilicet in voce ac-
clamante in luce fulgente in virtute po-
tente. Tertio fuit miraculosa ratione pati-
entis id est ipsius Pauli in quo facta est
conversio in eo enim licet tria miraculosa [illegible]
facta fuerint scilicet prostratio obcecatio et
triduana ieiunatio. Est enim prostratus ut
erigatur quantum ad depravatum affectum. Augustinus
Prostratus est paulus ut cecaretur cecatus
est ut mutaretur mutatus est ut mitteretur
missus est ut pro veritate pateretur. Item Augustinus
Elisus est seviens et factus est credens. Eli-
sus est lupus et factus est agnus. Elisus est
persecutor et factus est predicator. Elisus est
filius perditionis et factus est vas electionis.
Est obcecatus ut illustraretur quantum
ad tenebrosum intellectum. Unde et in illo
triduano quo mansit obcecatus dicitur
quod doctus fuit evangelium. Non enim accepit
illud ab homine neque per hominem ut ipse
testatur sed per revelationem Iesu Christi. Augustinus
Paulum dico virum a Christo celesti do-
ctum ab illo vinctum ab illo crucifixo [illegible]

[illegible] corpus eius ad omne bonum dispositum nam esuriem et similia sciebat et ubique in omnibus instructus erat et omnia adversa libenter sufferebat. Unde tyrannos ac populos sevientes fugere velut quosdam culices esse estimabat, mortem vero atque tormenta et mille supplicia quasi ludum putabat esse puerorum. Hec amplectebatur libenter et magis decorabatur cathena vinctus quam dyademate coronatus ac libencius recipiebat vulnera quam alii munera. Vel ista tria dicuntur fuisse in eo contra tria que fuerunt in primo parente. In ipso enim fuit contra deum erectio, e contra in paulo ad terram prostratio; in ipso oculorum apertio et e contra in paulo oculorum obcecacio. In ipso fuit manducacio cibi vetiti et e contra in paulo abstinencia cibi liciti.

p

aula fuit nobilissima matrona cuius vitam beatus Jeronimus composuit in hec verba: Si cuncta corporis mei verterentur in linguas et omnes artus humana voce [illegible] consonarent, nichil dignum paule sancte ac venerabilis virtutibus dicerem. Nobilis genere sed multo nobilior sanctitate, potens quondam diviciis sed nunc Christi paupertate insignior. Testor Jesum et sanctos angelos eius ipsumque proprium angelum qui custos fuit et comes admirabilis femine me in gratiam nichil dicere more laudancium, sed quicquid dicturus sum pro testimonio minus esse eius meritis. Vult lector breviter scire eius virtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit et sic [illegible] gemmas preciosa gemma micat et iubar solis parvos igniculos stellarum obruit et obscurat, ita cunctorum virtutes et potencias sua humilitate superavit minimaque fuit omnium ut omnium maior esset. Et quanto plus se ~~[illegible]~~ deiciebat tanto a Christo sublevabatur. Latebat et patebat; fugiendo gloriam gloriam merebatur que virtutem quasi umbra sequitur et appetitores suos deserens appetit contemptores. Hec ad quinque liberos edidisse Blesillam super cuius mortem eam Rome consolatus sum, Paulinam que sanctum et admirabilem virum et propositi et rerum suarum Pammachium heredem reliquit, ad quem super eius obitum parvum libellum edidimus, Eustachium que in sanctis locis virginitatis et ecclesie monile preciosissimum est, Ruffinam que inmaturo funere pium animum consternavit, et Thoxocium post quem parere desiit, ut intelliges eam non servire voluisse officio coniugali sed mariti desiderio qui mares optabat liberos obedisse. Postquam vir mortuus est ita eum planxit ut prope ipsa moreretur; ita se convertit ad dei servitutem ut mortem eius videretur optasse. Quid ego referam ample et nobilis domus et quondam opulentissime omnes pene divicias in pauperes erogatas? Hec Paulinum episcopum Anthiocenum et Epiphanium qui Romam venerant accensa virtutibus per momenta patriam deserere cogitabat. Quid ultra differo? Descendit ad portum fratre cognatis affinibus et quod his maius est liberis prosequentibus. Iam carbasa tendebantur et remorum ductu navis ~~[illegible]~~ in altum protrahebatur. Parvus Thosocius supplices manus tenebat et tendebat in littore, Ruffiana nubilis ut suas operiret et impleat fuerunt plebs obsecrantes et tamen siccos oculos tendebat ad celos impietatem in filios pietate in deum superans. Nesciebat se matrem ut Christo se probaret ancillam. Torquebantur viscera et quasi a suis membris distraheretur cum dolore pugnabat. Hec contra iura tenere plena fide patiebatur, immo gaudens animo appetebat et amorem filiorum maiore in deum amore contempnens in solo Eustachio que et proposito et navigacionis eius comes erat acquiescebat. Sulcabat interim navis mare et cunctis qui cum ea vehebantur littora respicientibus illa aversos tenebat oculos ne videret quod sine tormento videre non poterat. Cumque ad loca sancte terre venisset et proconsul Pallatine qui familiam eius optime noverat premissis appitoribus iussisset parari pretorium, humilem elegit cellulam et cuncta loca tanto ardore ac studio circuibat quod nisi ut ad reliqua festinaret a primis non posset abduci. Prostrataque ante crucem quasi pendentem dominum cerneret adorabat. Ingressa quoque sepulcrum resurrectionis osculabatur lapidem quem ab hostio monumenti amoverat angelus et ipsum corporis locum in quo dominus iacuerat quasi siciens desideratas aquas fidei ore lambebat. Quid ibi lacrimarum quantum gemitum quid doloris effuderit testis est tota Ierosolima testis est ipse dominus quem rogabat. Deinde perrexit Bethleem atque in ~~affectum~~ salvatoris ingrediens vidit sacrum virginis diversorium et me audiente iurabat cernere se fidei oculis infantem pannis involutum vagientem in presepio, deinde magos adorantes, stellam fulgentem desuper, virginem lactantem, pastores nocte venientes ut viderent quod factum fuerat et iam tunc evangeliste

//specum

[illegible] Herodem sevientem, Ioseph et Mariam fugientes in Egyptum mixtis quoque cum gaudio loquebatur: Salve Bethleem domus panis in qua natus est panis qui de celo descendit. Salve Effrata regio uberrima cuius fertilitas deus est. David loquitur confidenter: introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Et ego miserrima peccatrix sum digna iudicata ~~deo~~ osculari presepe in quo dominus parvulus vagiit, orare in spelunca in qua virgo puerpera dominum fudit infantem et pro celebritate nominis videre gessisset. Hec requies mea in seculum seculi quia domini mei patria. Hic habitabo quoniam salvator elegit illam. Tanta humilitate se deiecit ut qui eam vidisset et pro celebritate nominis sui et celeritate considerando ipsam esse non crederet sed ancillarum ultimam, et cum frequenter quibusdam choris virginum cingeretur, veste, voce et habitu et incessu omnium minima erat. Numquam post viri mortem usque in diem dormicionis sue cum ullo viro comedit etiamsi eum sanctum sciret et in pontificali culmine positum sciret. Balneas nisi periclitans non adiit. Mollia etiam in gravissima febre lectuli stramenta non habuit sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat, si tamen illa quies dicenda est que iugibus pene oracionibus dies noctesque iungebat. Ita levia peccata plangebat ut illam gravissimorum criminum crederes esse ream. Cumque a nobis crebrius moneretur ut parceret oculis et eos evangelice servaret lectioni, aiebat: Turbanda est facies quam contra dei preceptum unguento et cerusa et stibio sepe depinxi. Affligendum est corpus quod multis vacabat deliciis. Longus risus perpetuo compensandus est fletu. Mollia linthiamina et serica preciosissima asperitate cilicii commutanda. Que viro et seculo placui nunc Christo placere desidero. Si inter tales tantasque virtutes [illegible] sunt que se ita gessit ut numquam ei de eis maledicorum quisquam auderet ficta confingere. Fateor errorem meum, cum in largiendo esset profusior, arguebam illam, proferens de apostolo: Non ut aliis refrigerium, vobis autem tribulatio, sed ex equalitate in hoc tempore ut vestra abundantia sit ad illorum inopiam, et providendum esse ne quod libenter faceret semper facere non posset, et multaque huiusmodi, que illa miro verecundia et sermone parcissimo dissolvebat, testem invocans dominum se pro illius nomine facere et hoc habere voti ut mendicans ipsa moreretur, ut unum nummum filie non dimitteret et in funere suo aliena sindone involveretur. Ad extremum inferebat: Ego si supplicavero multos inveniam qui michi tribuant; iste mendicus si a me non receperit quod ei etiam possum de alieno tribuere, si mortuus fuerit, a quo eius anima requiretur? Nolebat in hiis lapidibus effundere pecuniam qui cum terra et seculo transituri sunt, sed in vivis lapidibus qui volvuntur super terram, de quibus apocalipsis Johannis dicit civitatem regis magni construi. Exceptis festivis diebus vix oleum in cibis accipiebat, ut ex hoc uno intimaret quid de vino et liquamine et piscibus et lacte et melle et ovis et reliquis que gustui suavia sunt iudicaret. In quibus sumendis quidam abstinentissimos putant et suos ventres ingurgitaverint tutam pudiciciam suspicantur. Novi susurronem quendam, quod genus hominum pessimum est, quasi benivolum nunciasse ut videretur insana et cerebrum illius diceret confovendum. Cui illa respondit: Theatrum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines quas ex diversis provinciis congregaverat tam nobiles quam medii et infimi generis in tres turmas et monasteria divisit, ita dumtaxat ut et in opere et in cibo separate essent, in psalmis et orationibus iungerentur. Iurgantes inter se sermone lenissimo federabat. Lascivientem adolescentularum carnem crebris et duplicatis ieiuniis frangebat, malens stomachum dolere quam mentem, dicens mundicias corporis atque vestium anime esse immundicias, et quod inter seculi homines vel leve putatur vel nichil, in monasterio gravissimum dicebat esse delictum. Cum aliis languentibus large preberet omnia et esum quoque carnium, si quando ipsa egrotaverat sibi non indulgebat, et in hoc eo inequalis videbatur, quod in aliis clementiam in se duriciam commutabat. Referam quod expertus sum. Mense Julio ferventissimis estibus incidit in ardorem febris, et post desperationem cum dei misericordia respirasset et medici suaderent ob refectionem corporis vino esse opus tenui et parvo, ne aquam bibens in ydropisim verteretur, et ego clam beatum papam Epiphanium ut eam rogaret immo compelleret vinum bibere, ut erat prudens et sollertis ingenii statim sensit insidias et subridens meum esse quod ille diceret intimavit. Quid plura? Cum beatus pontifex post multa ortamenta exisset foras, querenti michi quid egisset respondit: Tantum profeci ut seni homini pene persuaserit ne bibam vinum. In luctu mitis erat et suorum mortibus frangebatur, maxime liberorum. Nam et in viri et liberorum dormicione semper periclitata est. Et cum os stomachumque signaret et matris dolorem crucis niteretur impressione lenire, superabat affectus et credula mentem parentis viscera consternebat, animoque vincens fragilitate corporis vincebatur. Sacras scripturas tenebat memoriter. Et cum amaret historiam et illam diceret veritatis fundamentum, magis sequebatur intelligenciam spiritualem et hoc culmine edificationem anime protegebat. Loqui et in aliis que forsitan cunctis videbantur incredibilia. Hebream linguam quam ego ab adolescencia multo labore et sudore ex parte didici et infatigabili meditacione non desero ne ipse ab ea deserar discere voluit et consecuta est ita ut psalmos ebraice caneret et sermone absque ulla latine lingue proprietate personaret. Et quod usque hodie in sancta filia eius Eustachia cernimus. Hucusque prosperis navigavimus ventis et crispancia maris equora labens carina sulcavit. Nunc in scopulis incurrit oracio. Quis enim posset siccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in gravissimam valitudinem immo quod optabat invenit ut nos desereret et domino plenius iungeretur. Quid diu sto et dolorem meum in aliis tractando facio longiorem? Sentiebat prudentissima femina adesse mortem et frigente iam corpore atque membrorum solum anime teporem tepore in sancto et sacro pectore palpitare et nichilominus quasi ad suos pergeret alienosque desereret versiculos susurrabat: Domine dilexi decorem domus tue. Et quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Et elegi abiecta esse in domo dei mei. Cumque a me interrogaretur cur taceret nollet respondere clamaret an doleret aliquid sermone greco respondit nichil se habere molestie sed omnia quieta et tranquilla prospicere. Post hec obmutuit et clausis oculis quasi iam humana despiceret usque ad expiracionem anime versiculos repetebat vix ut audiremus quid dicebat. Nullus monachorum latencium in heremo cellula sua tenuit. quam secreta virginum cubiculorum tenuerunt ~~familiaritas~~ sacrilegium putabat qui non tali femine ultimum reddidisset officium. Verum ut subtracta et in conspectum dei collecta venerabilis femina virgo Eustachia que [illegible] a matre [illegible] poterat [illegible] oculos herebat vultui totum corpus amplexabatur et se cum matre velle sepeliri testabatur. Testis est Jesus ne unum quidem nummum ab ea filie derelictum verum ut supra dixi magnum es alienum et quod his difficilius est fratrum et sororum immensam multitudinem quos et sustentare arduum et abicere impium est. Vale Paula et cultoris tui ultimam senectutem oracionibus iuva. Amen

7 Johannes agnomento Crisostomus Antiochenus episcopus filius secundi et Anthuse nobilium fuit. Cuius vita et conversacio genus et persecucio in hystoria tripartita plenius declarantur. Cum enim philosophie studium impendisset tandem deserens divinis lectionibus incumbebat. Presbiter ordinatus propter castitatis zelum severior habebatur et fervidi ingenii magis quam mansuetudini favebat et propter vite rectitudinem ad futura in confabulacionibus cavens a nescientibus superbus putabatur. In docendo erat precipuus in exponendo egregius ad mores corrigendos optimus. Regentibus igitur Archadio et Augusto Honorio et Damasco et Romane sedi presidente factus est episcopus. Cum vero vitam clericorum repente corrigere voluit omnes in suum odium concitavit cunctique eum velut furiosum declinabant et apud omnes ei detrahebant et quia neminem aliquem ad prandium invitabat nec ab aliquo invitari volebat dicebant eum hoc facere quia sordide manducaret. Alii propter excellentem et exquisitum cibum hoc facere eum predicabant. Revera propter abstinenciam stomachum et caput sepe dolebat et ideo prandiorum epulaciones evitabat. Plebs autem propter sermones quos in ecclesia faciebat eum plurimum diligebat parvipendens quid contra eum emuli loquerentur. Apposuit

[illegible] ... Eutropius vero prepositus imperatoris et consulis dignitatem [illegible] in quibusdam ad ecclesiam fugientibus volens se vindicare statuit ut lex ab imperatore poneretur ut nullus ad ecclesiam confugeret ymo qui dudum refugerant extraherentur. Post paucos autem dies cum Eutropius regem offendisset ad ecclesiam ipse confugit. Episcopus autem hoc audiens ad eum sub altari latitantem accessit et omelia increpatoria contra eum faciens ipsum durissime obiurgavit. De qua multos offendit eo quod homini infelici non solum noluit misericordiam impendere sed insuper non desistit obiurgare. Imperator ergo Eutropium rapiens caput eius abscidit. Per diversis igitur causis multos homines fiducialiter obiurgabat. Et ideo erat plurimis odiosus. Theophilus autem Alexandrinus episcopus Johannem deponere volebat et presbiterum quendam nomine Ysidorum intronizare affectabat. Et ideo causam depositionis diligenter querebat. Plebs autem defendebat Johannem et eius doctrina mirabili aviditate pascebatur. Sacerdotes secundum ecclesiasticas leges sanctiores vivere cogebat dicens non debere frui sacerdotii honore qui eorum vitam contempnunt imitari. Non solum autem civitatem Constantinopolim strenue gubernabat sed et plures circumiacentes provincias imperiali auctoritate providis legibus ordinabat. Cumque cognovisset in Fenice adhuc demonibus sacrificia ministrari clericos illuc et monachos destinavit omniaque templa ydolorum destrui fecit. Eodem tempore Gainas quidam nomine erat genere celticus consilio barbarus studio tyrannico vehementer elatus Ariana heresi depravatus magister militum factus. Hic imperatorem rogavit ut intra civitatem sibi suisque ecclesiam unam daret. Cui cum promisisset rogavit Rogavit Johannem ut ecclesiam unam

[illegible] ... [illegible] resistens(?) Ait Johannes vere fortissimus et toto zelo ignitus Noli inquit imperator hoc promittere nec sanctum dare canibus nec hunc barbarum metuas sed ambos nos iube vocari et sub silencio inter nos que dicuntur audi. Ego vero eius linguam sic refrenabo ut hanc rem petere non presumat. Audiens imperator gavisus est et utrosque altera die vocavit. Cumque Gainas unum pro se peteret oratorium ait Johannes Ubique tibi divina domus aperta est ut nullus te vetet orare. At ille Ego secte sum alterius et unum templum cum eis habere deposco multosque pro romana republica labores assumpsi. Et ideo non debeo in mea peticione contempni. Cui Johannes Plurima premia et que sufficiunt tua ~~[illegible]~~ certamina recepisti. Magister militum factus toga insuper exornatus et oportet te considerare quid dudum fuisti et qualis modo conspiceris que pristina paupertas et que modo substantia quibus vestimentis ante utebaris et quibus ornaris modo. Igitur cum parvi labores maxima tibi premia contulerunt contra honorantem te ne sis ingratus. His sermonibus os eius obstruxit eumque compulit ut taceret. Dum igitur Constantinopolitanensem civitatem civitatem strenue gubernaret Gainas potiri imperium ambiens cum in die nichil agere posset nocte barbaros misit qui pallacium concremarent. Tunc aperte monstratum est quo sanctus Johannes custodiebat civitatem. Barbaris enim angelorum armatorum ingens copia gigantum corpore turba apparuit et ipsos protinus effugavit. Quod cum suo duci nunciassent iste valde miratus est sciens exercitum militum per civitates alias constitutum. Cum ergo sequenti nocte iterum eos destinasset novissime et egressus multitudinem vidit et fugit existimans milites in die latere et nocte custodie egressus inde ad Traciam ivit et magno congregato exercitu [illegible] barbaricam feritatem imperatori. Igitur Iohanni sanctissimo onus imposuit legationis. Ille autem inimicitiarum immemor abiit et preces Gainas igitur obstupescens eius pietatem assumptam in itinere cum obviam sibi venit dexteram eius imposuit et suos filios suorum eius genua osculari precepit. Hunc itaque victus fuit ut ex parte turbines civiles cessaret et timeret. Eodem tempore questio mota est utrum deus corporeus sit. De qua questione contentiones et certamina surrexerunt, aliis hoc, aliis illud affirmantibus. Maxime vero monachorum turba simplicium est decepta dicentium deum forma corporea esse. Theophilus autem episcopus Alexandrinus contrarium sapiebat, ita ut in ecclesia contra eos qui humane forme deum assererent contenderet et deum incorporeum predicabat. Dum hoc Egipciorum monachi agnoscerent, habitacula sua reliquerunt et Alexandriam venientes seditionem contra Theophilum excitaverunt, ita ut eum occidere niterentur. Ille quidem agnoscens et timens ait illis: Sic vos inquit video sicut vultum dei. Et illi: Si non mentiris, dicas quod vultus dei sit, et ut anathematizes libros Origenis, qui nostre opinioni adversantur. Quod si non feceris, quasi imperatori et deo rebellis sis, a nobis sine dubio sustinebis. Et ille: Nolite inquit in me sevire; ego quidem que vobis placent facio. Et sic monachos a suo impetu revocavit. Exercitati vero et perfecti monachi in hoc seducti non sunt, sed simplicitate ardore fidei contra fratres contrarium sapientes insurrexerunt, multosque occidi fecerunt. Dum hec in Egipto fierent, Iohannes apud Constantinopolim doctrina florebat. Verum ad Arianorum plurimum pullulavit et extra civitatem ecclesiam habentes sabbato et dominico die inter portas et porticus congregati hymnos et antiphonas nocte cantabant. Diluculo autem ad ipsas antiphonas per mediam noctem portas egressi ad suam ecclesiam pergebant. Hoc autem ad vituperationem orthodoxe fidei non cessabant frequenter hec decantantes: Ubi sunt

[illegible] instituit ut sibi [illegible] hymnis insisterent et ut illorum opus insulsum efficeret, quasdam cruces argenteas que ad argenteis cereis deportabantur. Unde Ariani zelo accensi invidie usque ad mortem insurgunt. Una igitur nocte percussus est petra Brisson eunuchus Auguste qui ad hymnos doctores fuerat deputatus, sed et quidam de populo utriusque partis extincti sunt. Pro hiis motus imperator prohibuit Arianos hymnos publice decantare. Eodem tempore Severianus Gabalensis episcopus eloquentissimus apud plures et ab ipso imperatore Augusto multum dilectus Constantinopolim venit et a Iohanne gratanter susceptus. Eunte in Asiam Iohanne ecclesiam suam ei commendavit. Ille autem non fideliter ambulabat sed in eccipium ipso commendabat. Seraphion autem clericus Iohannis studuit irritare. Transeunti autem Severiano non assurrexit Seraphion. Ille autem indignatus clamabat: Si Seraphion clericus clericus mortuus non fuit, Christus in humana natura non est natus. Hec autem audiens Iohannes rediit et ipsum tamquam blasphemum de civitate eiecit. Quod Auguste multum displicuit et ipsum revocari fecit, rogans Iohannem ut ipsum sibi reconciliaret. Quod cum recusaret, accepit domina Augusta filium suum Theodosium, eius genibus imponens, supplicans et iurans ut Severianum reconciliaret. Eodem quoque tempore Theophilus Alexandrinus episcopus Dyascorum virum sanctissimum et Isidorum presbiterum sibi amicissimum deiecit iniuste. Qui Constantinopolim venerunt ut principi et Iohanni eius facta narrarent. Iohannes autem eos quidem honorabat, sed ante cause cognitionem eis participare nolebat. Et falsus quidam rumor ad Theophilum venit quod Iohannes eis communicaret et eis auxilium ferret. At Theophilus indignatus non solum in eos vindictam operatur, sed et Iohannem deponere se fortiter armabat. Celans igitur intentionem suam misit ad [illegible] Epiphanium [illegible] scripsit [illegible] et amicum fecit ut ipse scilicet libros Origenis damnaret. Epiphanius vero eius simplicitate fallaciam non attendit et apud Cyprum suos episcopos convocat et lectiones Origenis interdixit rogans Johannem per litteras ut se ab horum librorum lectione suspenderet et que ordinata fuerant confirmaret. Johannes autem hec parvipendens in doctrina ecclesiastica laborabat et in ea florebat nichilque de eis que contra eum cogitabant curabat. Demum Theophilus odium diu celatum manifestavit et se velle Johannem deponere indicavit. Mox inimici Johannis multique clerici et proceres consilium ineuntes nitebantur ut contra Johannem apud Constantinopolim concilium fieret.

Post hec autem Epiphanius Constantinopolim venit dampnationem librorum Origenis secum ferens et invitationem Johannis tamen Theophili declinavit et quidam propter reverenciam Epiphanii dampnationi librorum Origenis subscribebant plurimi autem hoc facere recusabant. Ex quorum numero unus fuit Theotimus Scythie presul vir rectitudine vite famosissimus qui ita dixit: Ego inquit Epiphani neque eum qui dudum bene requievit iniurias non fero neque rem blasphemam temptare presumo dampnans ea que priores nostri respuere noluerunt nam neque malam doctrinam in libris eius esse comperio. Qui ergo has contumelias inferunt nesciunt semetipsos anathematizare. At defensor vite contra Arrianos testem sue fidei hunc virum appellabat illius libris suos coniungens et dicens: Admirabilis inquit et laboriosissimus Origenes hic de filio dei nobis testimonium perhibet asserens eum coeternum patri. Johannes autem indignatus non est quia absque regulis in ecclesia Epiphanius ordinationem fecerit sed eum rogavit ut [illegible] cum eo maneret. At ille nec secum manere nec secum orare voluit nisi Dyascorum eiceret et dampnationi librorum Origenis subscriberet. Johanne hoc facere renuente ad iniuriam Johannis et eius invidiam Epiphanius machinatur. Unde Epiphanius libros Origenis dampnat et Dyascorum adiungitur excommunicatque ac Johannem tamquam horum defensori detrahere cepit. Cui Johannes mandat dicens: Multa Epiphani contra regulas [illegible] quod ordinationem fecisti in ecclesia sub meo iure instituta deinde quod in ea auctoritate propria sacra celebrasti rursum quod invitatus te excusasti et nunc de tuo quia in te ipso confidis quapropter observa ne in populo seditio oriatur et tamen inde periculum sustineas. Hoc audiens Epiphanius discessit qui tamen cum ad Cyprum reversus esset nunciavit Johanni: Spero quod episcopus non manebis. At ille remandavit: Spero quod ad tuam patriam non redibis. Quod sic evenit nam Epiphanius in via obiit et Johannes post modicum de episcopatu depositus in exilio vitam finivit. Ad sepulcrum autem huius viri Epiphanii sanctissimi expelluntur demones.

Fuit autem vir mire liberalitatis ad pauperes. Quod cum quadam vice totam ecclesie pecuniam pauperibus erogasset et nichil ei remansisset quidam subito veniens sacculum multarum pecuniarum sibi obtulit at discessit nec unde veniret aut quo abiret scitum fuit. Pauperes quidam volentes Epiphanium decipere ut aliquid eis daret unus eorum supinum se in terram prostravit alter super eum stans quasi mortuum flebat et quod non haberet unde eum sepeliret posset clare flebilibus vocibus proclamavit. Epiphanius igitur superveniens ut in quiete obdormiret oravit et sepulture necessaria ministravit hominemque consolatus abiit. Ille autem socium pulsans ait: Surge hodie tuis laboribus epulemur. Quem cum crebro pulsasset et mortuum agnovisset ad Epiphanium cucurrit et quod acciderat intimavit ac ut eum suscitaret rogare cepit

Ille autem eum benigne consolatus est et pro eius sanitate voluit ne iustitia dei facile deluderetur. Unde cum Epiphanius discessisset revelatum est Johanni quod Eudoxia augusta contra eum Epiphanium incitasset. Qui subito zelo accensus sermonem ad populum fecit qui contra mulieres vituperationem omnimodam continebat. Hic sermo ab omnibus acceptus est et quasi contra augustam sit comprobatus. Quod dum augusta cognovisset imperatori conquesta est dicens contumeliam illatam uxori in eum proprius redundare. Ex quo ad hoc imperator contra Johannem praecepit synodum celebrari. Theophilus igitur festine episcopos convocavit omnibus quod Johannes nimis clariter consuevebat superbum et impium eum vocantes. Venissent autem episcopi apud Constantinopolim constituti non iam de libris Origenis tractabant sed contra Johannem se manifestius erigebant. Mittentes igitur pro Johanne ipsum citaverunt. Qui eos velut apertos inimicos vitare censuit ac universalem synodum fieri proclamavit. Illi autem eum de novo citaverunt. Cumque ad eos refugeret et synodum fieri proclamaret damnaverunt in nullo inculpantes nisi quod vocatus noluit obedire. Quod populus audiens ad seditiones maximas concitatus est et eum trahi ab ecclesia non sinebat, sed ut causa ad maius referretur concilium proclamabat. Iussio autem principis compellebat eum velociter eici et in exilium deportari. Johannes autem timens ne in populo seditio oriretur nesciente populo semetipsum tradidit in exilium deferendum. Quod cum populus cognovisset importabilis seditio orta est ita ut etiam multi inimicorum eius compassione moverentur dicentes eum calumniam passum quem paulo ante desiderabant videre depositum. Severianus autem de quo prius superius dictum est in ecclesia Johanni detrahebat dicens: Et si in nullum crimen incideret, eius tamen superbia depositionis sufficiens causa erit. Orta igitur contra imperatorem et episcopos immensa seditione

in populo augusta [illegible] ecclesia [illegible] fecit ut [illegible] quod magnus [illegible] civitatem invasit dicentibus cunctis hoc accidisse propter iniustitiam Johannis exilii. Missi sunt igitur legati ad Johannem rogantes ut cito veniret et civitati periclitanti orationibus succurreret et in populo seditionem concitatam sedaret. Aliique post illos et rursum alii destinati sunt qui eum cito compellerent. Qui cum nolentem redire ad ipsam reduxerunt, eum cum cereis et lampadibus universo populo occurrente. Ipse autem in episcopali sede residere noluit dicens oportere hoc fieri iudicio synodali et eos qui damnaverunt eum sententiam suam revocare. Populus autem mirum in modum accendebatur eum in episcopali sede residentem cupere videre et verba doctoris audire. Praevaluit igitur populus coactusque est sermonem ad populum facere ac in sua cathedra residere. Theophilus inde fugit. Qui cum Hierapolim advenisset mortuus est eiusdem civitatis episcopus. Rillaneron sanctissimus monachus in episcopum est electus. Ac ille cum crebro refugeret, Theophilus coepit suadere ei ne suae electioni consensum praeberet. Cui ille promisit dicens: Cras quod Domino placet implebitur. Crastina igitur die venientes ad cellulam suam ut suscipere in episcopum instantius rogabant. Qui ait: Oremus prius ad Dominum. Quod dum oraret, mox in illa oratione terminum vitae suscepit. Johannes itaque doctrinae sedule insistebat. Eo autem tempore statua argentea exaltata in platea iuxta ecclesiam sanctae Sophiae ad honorem ab Eudoxia augusta constituta erat, ubi milites et proceres ludos publice exercebant. Quod quidem Johanni plurimum displicebat eo videlicet quod ad ecclesiae spectaret iniuriam. Consueta igitur fiducia linguam suam armavit et cum oporteret principes per supplicationes verbo deflectere ut a talibus ludis recederent, hic vero fecit sed impetu sui usus eloquii iubentes fieri talia lacerabat. Augusta vero rursus ad suam hoc trahebat iniuriam et de novo laborabat ut adversus eum synodum iterum celebraret. Quod sentiens Johannes illam famosissimam in ecclesia protulit homeliam [illegible] [illegible] de [illegible] capit [illegible] [illegible] ampere [illegible] [illegible] ipsius [illegible] augustam. Cum autem quidam Johannem vellent occidere a servo ipsius comprehensus et ad iudicandum traditus sed a prefecto ne occideretur ereptus. Et quidam etiam servus cuiusdam presbyteri impetum in eum faciens ipsum occidere molitus est et quidam eum arguendo tenuit quem ille et alium astantem et tertium percussit tandem clamore facto multis concurrentibus plurimos interfecit. Et in illo tempore multitudo populi Johannem custodiebat eius domum diebus ac noctibus muniens. Suadente igitur Augusta episcopi Constantinopolim venerunt et accusatores Johannis fortius insistere ceperunt. Cum autem festivitas natalis superveniret mandavit imperator Johanni quod nisi prius crimine se purgaret non communicaret eidem. Episcopi autem nichil contra eum repererunt nisi quod post depositionem resedisset in sede episcopali sine decreto concilii presumpsisset et sic dampnaverunt eum. Appropinquante tandem solempnitate paschali mandavit ei imperator non posse secum in ecclesia manere cum eum duo concilia dampnassent. Vacabat igitur Johannes et nequaquam in ecclesiam descendebat. Illi qui Johanni favebant fructu doctrine ducebantur. Post ad modicum tempus imperator Johannem de civitate expelli fecit ac duci in exilium in quandam civitatem Armenie ubi cives Ponti imperii quidem romani subiecti que loca crudelibus barbaris fuit vicina. Sed clemens deus non permisit diu in locis talibus athletam suum fidelissimum commorari. Hoc Innocentius papa audiens volens quod concilium celebraretur scripsit clero Constantinopolitano ne Johanni successorem aliquem ordinaret. Cum igitur longo fuisset itinere fatigatus et dolore capitis vehementissime laboraret et ardorem solis intollerabilem pateretur sancta illa anima in Comanis xiiij° mensis septembris a carne soluta est. Quo defuncto grando vehemens Constantinopolim cecidit et omnia urbana descendit et destruxit omnibus dicentibus quod ira dei venisset eo quod iniuste fuit Johannes condemnatus. Cuius verbis fidem fecit mors auguste protinus subsecuta est. Quarta namque die post grandinem defuncta est. Mortuo autem tanto doctore occidentales episcopi cum orientalibus nullatenus communicare voluerunt donec illius sanctissimi viri nomen inter predecessores episcopos poneretur. Vir autem christianissimus Theodosius filius predicti Archadii qui avi sui nomen et pietatem tenebat faciens eius doctoris reliquias in mense Januario in regiam civitatem transferri fecit. Cum fidelissimo populo cum lampadibus et cereis obviavit Theodosius ac supplicat adorans reliquias pro Archadio et Eudoxia genitoribus supplicat ut ignorantibus delinquentibus veniam condonaret. Nudius enim parentes eius mortui fuerant. Hic Theodosius adeo fuit clementissimus ut nullum se ledentem morti adiudicaret dicens utinam mihi esset possibile ad vitam et mortuos revocare. Eius curia ad monasterium videbatur. Matutinas et laudes agebat codices bonos legebat. Huic erat uxor nomine Eudoxia que heroico metro multa poemata confecit. Habuit autem filiam nomine Eudoxiam quam Valentiniano quem imperator fecerat dedit in uxorem. Hec omnia de hystoria tripartita contracta sunt. Mortuus est autem circa annos domini ccc lxx. [illegible]

7 Julianus quasi iubilus ab ana quod est sursum dictus. Inde Julianus quasi iubilans qui cum iubilo superna peciit. Vel Julianus quasi iulius quod est incipiens et anus quia in dei servicio fuit senex longanimitate sed incipiens reputatione. Julianus Cenomanensis episcopus. Hic est Symon ille leprosus esse dicitur quem dominus a lepra curavit et qui dominum ad convivium invitavit. Hic post ascensionem domini ab apostolis Cenomanensium episcopus ordinatus est. Hic multis virtutibus clarus tres suscitavit mortuos et post modicum in pace quievit.

[illegible]

Hic est ille Julianus [illegible]
[illegible] pro inveniendo bono hospicio
vocant eo quod in domo eius fuit
magnus hospitalitas. Sed verius videtur esse alius
Julianus qui scilicet utrumque parentem occidit
ignoranter. Cuius hystoria infra ponetur.
Fuit et alius Julianus de Aluernia
genere nobilis sed fide nobilior qui de-
siderio martirii se ultro persecutoribus of-
ferebat. Tandem Crispinus vel ut alio nomine
Crispinus consularis dictus ministrum misit et
eum occidi mandauit. Quod audiens Ju-
lianus sponte foras prosiliit et querenti intre-
pidus se opponens pronus totus ictum ferientis
suscepit. Cuius caput leuantes ad sanctum
Ferreolum Juliani socium detulerunt ut eidem mor-
tem similem minarentur nisi protinus ymmolaret.
Cumque illis eum assentire nollet eum protinus
occiderunt et caput sancti Juliani cum cor-
pore Ferreoli in uno tumulo posuerunt.
Post multos annos sanctus Mamercius Wiennen-
sis episcopus invenit caput sancti Ferreoli ita ille-
sum et integrum ac si eadem die fuisset se-
pultum. Inter cetera huius sancti miracula
solet referri quod quidam dyaconus sancti
Juliani oues rapuit et pastores eius ex
parte sancti Juliani prohiberent ille dixit Ju-
lianus non comedit arietes. Et ecce post
modicum febre vehementissima corripitur
et invalescente febre quod a martire incenditur
confitetur. Effecit quod super se iactari aquam ut re-
frigeraretur. Sed statim tantus fumus et fetor
et eius corpore exiuit ut cuncti qui aderant
fugerent et ipse post modicum expirauit.
Cum quidam rusticus ut ait Gregorius Tu-
ronensis in die dominica arare vellet pro-
tinus contractis digitis manubrium securis
ad qua vomerem mundare volebat eius
dextre adhesit. Sed post duos annos in
ecclesia sancti Juliani ad eius preces curatus
est. Fuit insuper et alius Julianus frater
sancti Julii. Hii duo fratres ad Theodosium
imperatorem christianissimum venerunt petentes
ut templa ydolorum ubicumque invenirent
destruerent et christi ecclesias edificarent.
Quod imperator libenter faciens scripsit ut
omnes eis obedirent [illegible]
[illegible] sub pena capitis [illegible]
[illegible] Julianus et Julius in loco qui
dicitur Gaudianus ecclesiam fabricarent et
cuncti transeuntes eos in opere ad iussum
imperatoris adiuuabant. Contigit ut
quidam cum curru inde transirent ac ut
devenerunt ad invicem dixerunt qualem faciemus
pretendere poterimus ut liberi transeamus et
in ipso opere non occupemur. Dixerunt
quod venite et proiciamus unum ex
nobis in plaustrum supinum et eum pannis
operiamus dicentes quod hominem mortuum
in vehiculo habemus et sic liberi trans-
ire poterimus. Arripientes quendam hominem vivum
in plaustrum posuerunt et dixerunt
Tu sile et oculos claude et quousque trans-
eamus quasi mortuus iacebis. Cum autem hominem
tanquam mortuum cooperuissent et usque ad
famulos dei Julium et Julianum venissent
dixerunt ei servi dei: Consistite paululum fi-
lii et nos in hoc opere adiuuate.
Qui dixerunt non possumus hic stare quia
hominem in plaustro habemus. Quibus sanctus
Julianus ait: Quid ita mentimini fili? Et illi
non mentimur domine sed sic est ut loquimur.
Et sanctus Julianus dixit: Secundum veritatem dicti
vestri ita vobis contingat. Sic illi boves pun-
gentes pertransire perrexerunt. Accedentes
ad tantum repererunt collegam vocare eo no-
mine dicentes surge et stimula boves ut ce-
lerius ~~[illegible]~~ transeamus. Cumque ille
nullatenus moueretur eum pulsare
ceperunt dicentes ut quid delirans? Sur-
ge et stimula boves. Sed cum ille nullatenus re-
sponderet accedentes ad eum discooperuerunt
eum et mortuum invenerunt. Tantusque timor
invasit eos et ceteros invasit ut nullus
deinceps famulis dei mentiri auderet. Fuit
etiam alius sanctus Julianus qui utrumque parentem
nesciens occidit. Dum enim predictus iuvenis
ac nobilis quadam venationi insisteret et quendam
cervum repertum insequeretur subito cervus
ad eum se convertit et ei sic dixit: Tu me in-
sequeris qui parentum tuorum occisor eris?
Quod ille audiens vehementer extimuit
et ne forte sibi contingeret quod a cervo
audierat relictis omnibus clam

61

hic fuit sa
bestianus
drewno cu
[illegible]jowski

[illegible] principi militando adhesit et tam strenue viriliter in bello et in palacio se habuit quod princeps militem eum fecit et quandam castellanam viduam in coniugium sibi tradidit. Interea parentes Juliani pro amissione filii nimium dolentes vagabundi ubique peregrinabant et filium suum sollicite requirebant. Tandem ad castrum cui Julianus preerat devenerunt. Tunc autem Julianus a castro casu recesserat. Quos cum uxor Juliani vidisset et qui nam essent inquisisset et illi omnia que filio suo acciderant enarrassent, intellexit quod viri sui parentes erant, utpote que a viro suo hec causam frequenter audierat. Ipsos igitur benigne suscepit et pro amore filii eorum et viri lectum suum illis dimisit et ipsa alibi lectulum collocavit. Facto autem mane castellana ad ecclesiam perrexit et ecce Julianus mane veniens in thalamum quasi uxorem suam suscitaturus intravit et inveniens duos pariter dormientes, uxorem cum adultero suspicatus silenter extracto gladio ambos pariter interfecit. Exiens autem domum vidit uxorem ab ecclesia revertentem et admirans interrogavit quinam essent illi qui in lecto suo dormierunt. At illa ait: parentes vestri sunt qui vos diutissime quesierunt et eos in vestro thalamo collocavi. Quod ille audiens pene exanimis factus amarissime flere cepit ac dicere: heu heu miser quid faciam quia dulcissimos parentes meos occidi. Ecce impletum est verbum cervi quod dum vitare volui miserrimus adimplevi. Iam nunc vale soror dulcissima quia de cetero non quiescam donec sciam quod deus penitenciam receperit meam. Cui illa: absit dulcissime frater ut te deseram et sine me abeas, sed que fui tecum particeps gaudii ero particeps et doloris. Tunc insimul abeuntes iuxta quoddam magnum flumen ubi periclitabantur multi quoddam hospitale maximum statuerunt ut ibi penitenciam facerent, qui transire vellet flumen incessanter transveherent et hospicio universos pauperes reciperent. Post multum tempus dum Julianus fessus quiesceret et gelu grande esset audivit vocem quasi miserabiliter lamentantem et Julianum ut se transduceret [illegible] et voce lugubri vocat. Quod ille audiens cicius surrexit et iam gelu ipsum deficientem inveniens domum suam portat et ignem accendens ipsum calefacere studuit. Et cum calefieri non posset et ne ibi deficeret timuit, ipsum in lectum lectulum suum portavit et diligenter cooperuit. Post paululum ille qui sic infirmus et quasi leprosus apparuerat splendidus scandit ad ethera et hospiti suo dixit: Juliane, dominus misit me ad te mandans tibi quod tuam penitenciam acceptavit et ambo post modicum quiescetis in domino. Sicque ille disparuit et Julianus cum uxore sua plenus bonis operibus et elemosinis in domino requievit. Fuit et alius Julianus non quidem sanctus sed sceleratus, videlicet Julianus apostata. Hic Julianus primus monachus fuit et magne religionis simulator. Cui quedam mulier, ut refert magister Johannes Beleth in summa de officio ecclesie, commisit tres ollas plenas auri. Aurum illud in horificiis ollarum cinere ne appareret cooperuit et predictas ollas, que sanctissimum hominem estimabat, Juliano coram quibusdam monachis servandas tradidit. Quod autem ibi aurum esset non alicui indicavit. Julianus igitur predictas ollas accipiens et tam copiosum thezaurum inveniens totum furatus est et ollas implevit cinere. Post aliquod tempus cum mulier depositum suum requireret, ille ollas cum cinere reddidit. Cum vero aurum requireret, convincere eum non potuit quia de auro testes non habuerunt, quia monachi coram quibus hoc sibi tradiderat ca nil aliud quam cineres viderent. Et sic aurum obtinuit cum quo Romam fugit et per illud aurum Rome obtinuit consulatum, deinde imperium. Qui cum instructus fuisset a puericia in arte magica et multum sibi placeret, magistros inde secum plures habebat. Dicitur quadam, sicut in hystoria tripartita legitur, cum adhuc esset puer et incantatione magica se totum [illegible] et adiurationes demonum inciperet legem cum eo incitatur magna demonum adinstar ethiopum nigrorum convenit. Quod Julianus hec videns et metuens signum crucis protinus fecit et omnis illa multitudo demonum evanuit. Cum magistro suo redeunti quod sibi acciderat retulisset, dixit ei magister suus: hoc signum crucis demones multum timent et oderunt. Sublimatus igitur in imperium huius rei memoriam ad perficiendam magicam operam voluit apostatare et crucis signum ubique destruxit ac christianos in quantum potuit persecutus est, putans quod aliter sibi demones minime obedirent. Descendens quoque Julianus in Persidem, sicut legitur in vitis patrum, misit demonem in occidentem ut sibi inde reportaret responsum. Cum autem demon ad quendam locum venisset, per decem dies ibidem immobilis stetit, quia quidam monachus ibi die ac nocte orabat, et ei sine effectu reverso dixit Julianus: Quare tantum tardasti? Cui respondit: Sustinui per x dies Publium monachum si forte ab oratione cessaret et transire possem, et prohibitus sum transire et redii inaniter. Et tunc indignatus Julianus dixit quod cum ad illum veniret vindictam de monacho faceret. Cum ergo de Persis victoriam sibi demones promitterent, sophista suus dixit cuidam christiano: Quid putas nunc facit fabri filius? Et ille: Sepulcrum, inquit, parat Juliano. Cum igitur, ut in hystoria sancti Blasii legitur, Cezaream Capadocie devenisset, sanctus Blasius occurrit ei et panes ordeaceos ei pro munere misit. At Julianus indignatus eos accipere contempsit et pro panibus sibi fenum misit dicens: Pabulum irrationabile animalium nobis obtulisti, recipe quod misisti. Respondit Blasius: Nos

de quo iumenta [illegible] vos misistis nobis [illegible] animalium. Ad hec Julianus iratus dixit: Cum Persas subegero hanc urbem destruam et arabo ut frugifera magis quam hominifera nominetur. Sequenti nocte vidit Blasius in ecclesia sancte Marie in visu multitudinem angelorum et in medio eorum quandam feminam in throno sedentem et astantibus dicentem: Vocate mihi Mercurium cito, qui Julianum apostatam occidet. Erat autem Mercurius miles quidam qui ab ipso Juliano pro fide Christi fuerat interfectus et in eadem ecclesia fuerat sepultus. Statim quoque sanctus Mercurius cum armis suis que sibi servabantur affuit et missus ab ea in prelium se preparavit. Expergefactus Blasius ad locum in quo sanctus Mercurius iacebat cum armis suis vel quiescebat ivit et monumentum suum aperiens nec corpus suum ibidem reperit nec arma invenit. Quod custodem requirens quis arma asportaverit inquisivit. Ille vero cum iuramento affirmabat corpus heri vespere ibidem fuisse ubi prius et arma servabantur. Inde igitur Blasius recedens et mane illuc rediens invenit ibi corpus eius et arma et lanceam sanguine cruentatam. Et ecce quidam de exercitu veniens dixit: Cum Julianus imperator in exercitu moraretur, ecce quidam miles ignotus cum armis suis et lancea veniens urgens calcaribus equum audacter impetum fecit et lanceam fortiter vibrans ipsum valde per medium perforavit et subito abscedens nusquam comparuit. Ipse vero Julianus dum adhuc spiraret sanguine suo, ut dicitur in hystoria tripartita, manum implevit et in aera proiecit dicens: Vicisti Galilee, vicisti. Sic quoque in hiis vocibus miserabiliter expiravit, ab omnibus autem suis insepultus relinquitur et a Persis excoriatur et de corio suo regi Persarum subsellium efficitur.

62

[illegible]
esse in partes [illegible]
vidit in sompnis [illegible]
sim cuius quod per
latus eius natus fons
sanguinis ~~[illegible]~~ claritatis egrederetur
quod cum cuidam sancto diceret dixit
ei quod puer ille palmam martyrii ob-
tineret. natus ergo puer in germania
cunctis litteris imbuitur et quia gratus
omnibus erat archidyacono nutriendus
committitur omnibus quoque notus. Dum die
quadam ad eum multi pauperes convenissent
et elemosinam postulassent per famu-
lum suum novit quod non plus quam duos
denarios haberet. Cumque vidisset fami-
liam et dominum invocasset tanta plus
inventa est pecunia quod per totam sufficeret
pauperum catervam. Quadam die pa-
sche dum ipse ad mensam in solario cum
multis aliis sederet. tres inter eos ade-
rant qui a carnibus abstinebant. Cumque
eum alii deriderent sanctus preiectus eos
admonuit ut quos venerari debebant
irridendo non increparent. Sed cum illi
non se corrigerent subito pavimentum so-
larii cum irridentibus cecidit tantum quoque pre-
iectus cum abstinentibus residens adhuc
sanus remansit. Cum igitur felix episcopus ci-
vitatis obiisset et clerus et populus pre-
iectum eligeret. Quidam archidyaconus
urbis episcopatum usurpavit per pretium
sed non vixit ultra tamen xl. dies. Cum
ergo virum alium inclitum eligere voluis-
set ille electioni posse consilium dedit
et monuit ut preiectum in kathedra
collocaret seu sublimaret. Electus ergo
preiectus sanctitate et gratia pre omnibus polle-
bat. Quod utique ipse cum regem ffranc-
ie adire vellet transiit per quandam ab-
batiam ubi sanctus marius graviter egrotabat
quem oratione sanat. Deinde regem adiens
quod voluit impetravit. Cum ergo re-
diret marius abbas sepultus est cum

[illegible]
[illegible] confirmaret. Dum ergo in quodam
simul orarent super omnes partes urbis
invenit et sanctum marinum decollatum
eum sanctum preiectum se occidisse puta-
tes ad suos redire ceperunt. Cumque
sanctus preiectus de loco in quo orabat
voce cepit dicens Ecce ego quem que-
ritis facite quod optatis. Tunc unus ex
illis sanctum percussit in pectore qui cum
adhuc viveret et pro occisore suo dominum
exoraret ille gladio caput suum per-
cussit cerebrumque eiecit. Quidam
vero quod hiis qui morti eius consenserant
de prope stantes viderunt tres stolas sub-
ito super domum illam in qua sanctus illi
cum uno satellitum occisi iacebat Rad-
bertus qui sanctum preiectum occiderat
non inultum per ea a vermibus vivus
corrosus expiravit. Alius vero quadam
die veniret de equo corruens et
fracto dextro brachio ceterorumque mem-
brorum debilitatorum inventus. Cumque nec
ulla posset medicina curari ad se
reversus ad sanctum preiectum cum uxore
se contulit et veniam postulans de
oleo lampadis se perunxit sicque cito
curatus quoddam vas argenteum decem
marcarum sancto martiri presentat. Cumque
cum ceteri cognovissent similiter penitentes
multam copiam auri et argenti obtu-
lerunt

Sanctus Samnus

quidam dives et nobilis de pa
quinque filios habuit quo-
rum novissimum Samanum vocavit
de secunda vero quinque filias habuit quarum
similiter Samanam vocavit. Samanus
igitur licet adhuc paganus in bonis
operibus semper fuit intentus. legens autem
versum illum Asperges me domine etc
[illegible] hoc esset querebat sed hoc intel-
ligere non valebat unum intrans in cu-
biculum in cinere et cilicio se prostravit
dicens se malle mori quam non intel-

sensu ubi ante apparuit ei angelus domini eam in inmenso lumine et dixit Samana noli te affligere usque ad mortem quia invenisti gratiam apud deum. et nunc interroga quod inquiris. Cum baptisata fueris nive candidior eris. Sic recedente angelo leta facta postea ydola venerari contempsit. Unde cum pater eius comminaretur dicens deos quos adorabas neglig(is) et ut monialis quam nos omnes effugit et a nullo potuit inveniri. Cuius quoque soror eius Samana eam quottidie fleret et pro ea continue ieiunans semper ydola supplicaret. Tandem apparuit dormienti angelus domini Samana noli flere. Sed quem tu queris habebis. derelinque et invenies fratrem tuum honore maximo constitutum. Et tunc statim evigilans dixit ad collateranam suam Amica sensisti aliquid. Et tunc dixit sensi. Una et ita vidi hominem incognitum ante stantem sed nescio quid loquentem. At illa non me incusabis dixit. absit dua quod te incusem. Sed quid vis factum ne occidas te. Et sic in crastinum ambe omnia relinquentes fugerunt. Et eam pater eius fecisset tam querere per montes et valles et non posset invenire expandens manus ad celum dixit. Si tu es potens in celo qui salvare nos potes descende huc et perde omnia ydola que usque nunc adoravi quia ipsi non potuerunt salvare natos meos. Dum hec de celo intonans confregit omnia ydola que ibi erant. Et hoc multi audientes in cristum crediderunt.

Post hoc venit Samana ad tumulum sancti petri. Cum fama eius pervenisset ad Dozebud baptisavit eam et cum esset in albis in oratione sanat ibi duos cecos et duos contractos et fuit ibi quinque annis. Dormienti igitur apparuit angelus domini dicens Samana quid fecisti cum dimisisti parentes tuos et omnia que habebas et nunc in deliciis et [illegible] et te [illegible] et vade inde [illegible] in venies fratrem tuum. Evigilans ait dixit famule sue non oportet hic nos amplius habitare. Cui illa dixit quid vis facere domina cives diligunt valde te et tu vis in peregrinatione mori. Dixit Samana deus providebit nobis et accepto pane ordeaceo discessit inde et venit in urbem Ravanen. Cumque venisset ad domum cuiusdam divitis cuius filia moriebatur dixit ancille domus que fores domus aperiebat ut ibi hospitaretur. Et tunc dixit domina quomodo potes hospitari quia filia dominorum meorum moritur et astantes eam lamentantur. Cui beata Samana non propter me morietur. Intravit ergo ancilla ad dominam suam que occurrens introduxit Samanam. Et prius Samana manu dextera apprehensa morientem orans erexit eam sanam et cum vellent parentes retinere eam non potuerunt. Et inde venit ad Crothagantem ubi cum esset ad miliare unum dixit famule sue ut modicum repausaret. Cui de urbe quidam vir nobilis nomine Licinius dixit eis unde estis. Samana respondit Domine vere peregrina sum et diu petivi requiem meam. Dixit Licinius vir ille frater quem [illegible] paululum pro cristo decollatus est et ibi in domo illa sepultus. Vade ergo illuc et redite ad nos et bene tibi erit nobiscum. Et illo pergente Samana prostravit se et orans ait Domine deus meus qui semper me in castitate servasti non permittas me diutius incedere fatigari sed iube corpus meum a loco isto ulterius non moveri. Commendo tibi famulam meam que semper mecum tanta mala sustinuit et fratrem meum quem videre hic non potui da ut in regno tuo eum videam. et sic finita oratione animo suo [illegible] migravit ad dominum. Quod videns famula eius gemitum flere cepit. Illa autem flente Licinius veniens vel rediens ad urbem et Samanam inveniens iam defunctam ait ad famulam eius Ego vadam et celerius rediens ab urbe revertar ad eam sepeliendam. Dixit ergo pergens per urbem veniente

63

[illegible] omnes quicumque potuerunt et [illegible] ipsum tetigerunt ubi quedam mulier ceca et clauda et manu sinistra arida integram recepit sanitatem.

Damianus frater sancte Damiane domum patris fugiens venit

Tirthensem urbem. Cumque venisset ut ibi baptisaretur super fluvium Bezane oravit dominum et cum baptisatus fuisset venit vox de celo dicens: Damiane, dilige quod invenisti. Statim fixit baculum in terra et facta oratione coram multis virga illa ramos et flores et frondes produxit. Et conversi qui viderunt mille et [illegible] quasi. Sub Aureliano autem hec audiens qui omnes christianos ubique occidi precipiebat misit milites ut eum adducerent. Sed ubi venerunt ad eum videntes eum grandem timuerunt ad eum accedere. Tunc imperator misit ad eum plures milites pro omnibus qui illuc venientes ab eo [illegible] receperunt et surgentes dixerunt: Damiane, dominus imperator desiderat te videre. Venit ergo ad eum. Quem cum vidisset imperator de multis inquirens et immobilem animo comperiens iussit ei pedes et manus ligari et suppositis lignis cum oleo eum ignis incendio concremari. Cumque Damianus ei diceret quod ista supplicia non timeret, respondit imperator et vidit eum stantem et orantem in medio flamme. Quod ut vidit imperator exclamavit in facie eius dicens: Effecta mala non sufficiunt tibi artes quas perdidisti. Respondit Damianus: Adhuc multe artes credent per me et turpe. Et cum blasfemasset contra hoc imperator nomen Christi iussit eum sibi in crastinum sagittari. Cumque putasset imperator quod sagitte in eius corpore figerentur, sagitte a dextris et sinistris eius ipso illeso in aere suspendebantur. Et iussit eum a militibus custodiri ne

[illegible] ille venit imperator cum vidit et dixit ei: Ubi est deus tuus? Veniat et liberet te de sagittis tuis. Et statim conversa ad imperatorem sagitta unum eius oculum eruit. Tunc iratus iussit eum ferro vinctum a militibus in carcere custodiri. Tunc oravit sanctus Damianus ut ad locum in quo baptisatus fuerat transferretur et protinus confractis cathenis et hostiis apertis per medios milites non videntes exivit et velociter recessit. Audiens imperator iussit eum velociter illuc persequi et protinus decollari. Veniens autem Damianus super ripam Bezane et retro videns milites insequentes facta oratione super aquam quasi super petram pervenit ad locum ubi baptisma suscepit. Cumque milites transnatassent et eum formidarent percutere, ait illis: Venite et percutite me et portate de sanguine meo imperatori ut videat et convertatur ad veritatem dei. Percussus autem Damianus portavit caput suum. Passus xi kl. [illegible] anno. Statim quando ut tetigit imperatorem sanguis eius sanatus est oculus meus et dixit: Vere magnus et bonus est deus christianorum. Audiens hec quedam mulier que xl annis ceca fuerat fecit se duci ad locum et statim facta oratione sanata est. Acta sunt ix kalendas Februarii. Sepulti ibi in loco [illegible] ut fratris et sororis historia plenius cognoscatur de sanctis.

Item de festivitatibus que occurrunt infra tempus quod continetur sub tempore reconciliationis partim et

partim sub tempore peregrinationis. Et hoc tempus reputat ecclesia a nativitate usque ad lxxam. Sequitur videre de festivitatibus que eveniunt infra tempus deviationis quod maxime ab Adam

et durat usque ad [illegible]
Et quod tempus representat etiam a lxx
usque ad pascha. Septuagesima significat
tempus deviationis, Sexagesima tempus
viduationis, Quinquagesima tempus
remissionis, Quadragesima tempus
penitentie spiritualis. Inchoatur autem hoc
a dominica qua cantatur Circumdederunt
me et terminatur in sabbato post
pascha. Instituta autem est hoc propter
tres rationes sicut innuit de officio [illegible]
ipse Johannes Beleth. Sed prima ratio est redemp-
tionis, quia sancti patres statuerunt ut pro
veneratione diei ascensionis quo Christus
ad choros angelorum sublimatus est quo-
que quinta dies solemnis et ce-
lebris haberetur et ~~[illegible]~~ in ea ieiu-
nium observaretur, quia in primitiva eccle-
sia eque solemnis sicut dominica
et tunc solemnis processio fiebat ad
representandum processionem discipulorum ut
chorum angelorum. Ideo in usu venit
visum est ut dici dominice dicatur
cognata dici Jovis que antiquitus
eque fuit solemnis. Sed quia festa sanctorum
supervenerunt et celebrare tot festa e-
rat quasi honerosum, ideo solemnitas
illa cessavit. In redemptionem ergo
illorum dierum sancti patres unam
septimanam septuagesime in absti-
nentia addiderunt et hoc vo-
caverunt. Alia ratio est significationis,
quia per hoc significatur devocatio
in exilium et tribulatio totius huma-
ni generis ab Adam usque ad finem mundi.
Quod quidem exilium per revolutionem
septem dierum peragitur et sub septem
milibus annorum includitur. Per septua-
ginta dies septuaginta centenas
annorum intelligimus ab initio mundi
usque ad ascensionem septem milia annorum
et CC ~~xxx~~ computamus. Residuum
vero quod tempus restat usque ad fi-
nem mundi sub septimo millenario

[illegible] in [illegible] totius [illegible]
mus. Hoc igitur tempus in sexta
mundi etate et hoc seculo in spe eter-
ne retributionis reddita innocentie
stola per baptismum cepimus. Sed consummato
tempore nostri exilii utramque stolam nobis
perfecte decorabit. Hinc est quod in tempore
deviationis et exilii cantica letitie
deponimus. Sed in sabbato pasche unum
Alleluia decantamus tamquam in spe eterne
patrie gratulantes et stolam innocentie
in sexta mundi etate per Christum recuperan-
tes. Cui est tractus qui sequitur significat
significat labor quem adhuc in comple-
tione mandatorum dei in imple-
in sabbatis autem esse debemus
[illegible] autem terminatur post pascha in quo
cantamus quia completo [illegible] duo alleluia de-
stola glorie consequimur. Alia ratio est re-
presentationis, quia hoc representat septua-
ginta annos quibus filii Israel sub ca-
ptivitate babilonica fuerunt et quando
illi deposuerunt organa sua
dicentes quomodo cantabimus canticum
domini in terra aliena, et sic nos can-
tica laudis deponimus. Postea vero da-
ta autem licentia redeundi a Ciro se-
xagesimo anno ceperunt letari. Et nos
quoque in sabbato pasche tamquam in
lx anno alleluia decantamus eorum
representando letitiam. Sed tamen illi in ap-
paratu rerum et in colligendo sarci-
nulas multum laboraverunt, et nos post
alleluia tractum statim subiungimus qui laborem
significat. Sabbato autem quo lxx ter-
minatur duo alleluia cantamus corporis ple-
nitudinem per quam pervenit ad patriam
et exilii filiorum Israel captivitatis termi-
nationis. Representat tempus
~~[illegible]~~ lxx quia sic ipsi anno
in sexta mundi etate et sic et nos
in colligendo sarcinulas laboraverunt sic adhuc
nunc sic et nos liberati in completione

64

[illegible] [illegible] prius promissum fuit habere omni ex[illegible] sabit et gladium passionis erit et dupl[illegible] aliud in corpore cantabimus et aliud in hoc quod ipse capitulum etiam in his tribulacionibus pressa et fere in baratro desperacionis posita ab alto suspiria trahens clamat in officio et dicit Circumdederunt me gemitus mortis Et audit etiam in his suis tribulacionibus quod habebat et pro miseria contracta et pro duplici pena inflicta et pro culpa quo ad aliquos commissa Sed tamen ne desperet promittitur ei in epistola et ewangelio triplex salubre remedium et triplex premium Remedium est ut si ab illis vult perfecte liberari in vinea anime sue laboret abscidendo vicia et peccata postea ea in stadio presentis vite currat per penitencie opera dembilis in agone pugnet contra omnia diaboli temptamenta Et si hec fecerit triplex premium habebit quia laboranti dabitur denarius currenti bravium et pugnanti corona Circa ecclesie septuagesima propter tempus nostre captivitatis promittitur nobis remedium per quod a captivitate possimus liberari scilicet per cursum fugiendo per pugnam preliando per denarium redimendo

Sexagesima incipit a dominica qua cantatur Exurge

Exurge quare obdormis domine Exurge et ne repellas et finiatur in quinta feria post pascha instituta est propter redempcionem et propter significacionem et propter representacionem Propter redempcionem Melchiades papa et Silvester statuerunt ut bis in omni sabbato comederetur ne propter abstinenciam quam homines sustinuerunt sexta feria in qua omnis reiunant natura debilitaretur In redempcionem quod subbator illius temporis una [illegible] [illegible] et septima [illegible] propter significacionem quia Exurge [illegible] tempus viduitatis ecclesie et in memoriam illius propter abstinenciam sponsi quem frui [illegible] debet videlicet in consolacione autem illius post abstinenciam sponsi qui ad celum raptus est deinde ecclesie due ale scilicet operum misericordie operacionis et decalogi impletio unde vel sonat sexcies decem ut per sex intelligentur sex opera misericordie per decem intelligatur decalogus Tercia racio est propter representacionem nam vel non sit ~~cum~~ tempus viduitatis sed etiam misterium nostre redempcionis intelligitur Nam per decem intelligitur homo qui est decima dragma eo quod sit ut ruinam nove ordinem repararet Vel intelligitur per decem eo quod constat ex quatuor humoribus quantum ad corpus et habet tres potencias anime scilicet memoriam intelligenciam et voluntatem que sunt ut serviant benedicte trinitati ut in ipsam fideliter credamus et ut ipsam ferventer diligamus et semper in memoria teneamus Per sex intelliguntur sex misteria per que hec decem est redempta que sunt incarnacio nativitas passio descensus ad inferos resurrectio et in celum ascensio et protenditur vel usque ad feriam quartam in qua cantatur Venite benedicti patris mei Circa illi qui in operibus misericordie se exercent audient illud Venite benedicti patris mei ut ipse christus testatur Ubi tunc sponse jam a aspicitur et amplexu sponsi fruetur In epistola amonetur ut ad instar pauli tribulacionem de absencia sponsi paciencius tolleret In ewangelio ut seminacioni bonorum operum semper insistent et quecumque desperando clamaverit Circumdederunt me quia quod ad se revertens patet in officio in tribulacionibus adiuvari Et ab ipso eripi quibus Exurge quare Et ponit ibi triplex exurge quidam cum sunt in ecclesia qui ad visus primi sed non deiciunt tum quia etiam non teneant periculum et ne desperando eos frangat. Clamat ergo etiam ut compungat quoad primos ipsos confortando ad doctrinam videantur ipsos non excipiendo. Clamat ut compungat quoad secundos conterendo a quibus videtur fame autem ipsos quoque repellendo. Clamat etiam ut compungat quoad tertios ipsos adiuvando et liberando.

Quinquagesima durat a dominica qua cantatur

Esto michi in deum protectorem et terminatur in die pasche. Instituta est autem propter supplementum, propter significationem et propter representationem. Propter supplementum quia cum debemus XL diebus ieiunare ad similitudinem Christi et non sunt ibi nisi XXXVI dies ieiunabiles quia in dominicis non ieiunatur propter leticiam et reverentiam resurrectionis, tum exemplum quia Christus ipsa die resurrectionis bis comedit scilicet quando intravit ad discipulos ianuis clausis et ibi obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis et iterum ad discipulos euntibus in Emaus secundum quosdam. Ideo pro supplemento additi sunt quatuor dies. Et iterum clerici videntes quod sicut precedebant populum ordine ita precedere debebant sanctitate per duos igitur dies abstinere incipiunt et sic una septimana addita est que quinquagesima nominatur et hoc papa Thelesphorus ordinavit ut ait Ambrosius. Alia ratio est propter significationem quoniam quinquagesima significat tempus remissionis id est tempus penitentie in qua omnia peccata remittuntur. Quinquagesimus enim annus erat remissionis quia tunc debita dimittebantur servi liberabantur et omnes ad suas possessiones revertebantur per quod significabatur quod per penitentiam dimittuntur debita peccatorum, liberamur omnes a servitute demonum et revertimur ad possessiones celestium mansionum. Tertia ratio est propter representationem quia quinquagesima remissionis est [illegible] beatitudinem representat scilicet in quinquagesimo anno servi efficiebantur liberi, in quinquagesimo die a die agni ymolata est lex et in quinquagesimo die a pascha datus est spiritus sanctus et ideo numerus iste beatitudinem representat ubi erit adeptio libertatis, cognitio veritatis et perfectio caritatis. Tria autem sunt que necessaria que proponuntur nobis in epistola dominice: passionis memoria et fides que meretur illuminationem ceci et hec proponuntur in evangelio. Nam fides ipsa opera facit acceptabilia quia sine fide impossibile est placere deo. Memoria passionis facilitat. Unde Gregorius: Si passio Christi ad memoriam reducatur, nichil tam durum quod non equo animo tolleretur. Caritas facit ea optima quia sicut dicit Gregorius: amor dei non potest esse ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari negligit amor non est. Et sic in principio etiam quasi desperatus clamat: Circumdederunt me, et postmodum ad se rediens adiuvari petebat dicens: Exurge, quare. Ita iam concepta fiducia et spe venie propter penitentiam orat dicens: Esto michi in deum protectorem, ubi quatuor petit scilicet protectionem, firmamentum et ductum. Omnes autem filii dei sunt in gratia aut in culpa aut sunt in adversis aut in prosperis. Illis qui sunt in gratia petit firmamentum ut firmi ipsam gratiam conservent. Illis qui sunt in culpa petit ut deus eorum sit refugium. Illis qui sunt in adversis petit protectionem ut in ipsis tribulationibus protegantur. Illis qui sunt in prosperis petit ductum ut scilicet in ipsis a deo innocentes ducantur. Terminatur autem quinquagesima ut dictum est in die pasche quia penitentia ad novitatem vite facit resurgere et hoc ipse psalmus quinquagesimus scilicet Miserere mei deus qui est psalmus penitentie et remissionis plurimum frequentatur.

[illegible] pit et anima quia cantat invocavit me ubi ecclesia que tot tribulationibus pressa clamabat circumdederunt me et postmodum respiraverat invocando adiutorem deus exurge et esto michi in deum protectorem sive audit se exauditam dominus invocavit me et exaudiam ad quod xl continet xl dies computatis diebus dominicis ex quibus demptis dies sex dominicales substituuntur remanent xxxvi dies in abstinentia qui sunt decima totius anni. Annus enim habet ccclxvi dies decimatorum quatuor dies precedentes adduntur ut fiat numerus xl dierum quem salvator suo ieiunio consecraverit consecrant ecclesia at in hoc numero quadragenario ieiunium observamus triplex ratio assignari potest prima secundum Augustini quem in capitulo lxx rationes posuit ad hoc quod dominus suo ieiunio quadragenario numero ad nos descendit ut nos ad eum numero quadragenario ascendamus. Aliud rationem assignat [illegible] dominus ad hoc ut sciamus quadragenario quadragenario addiciamus est denarius. Ecclesia ad hoc ut veniamus ad beatam requiem oportet nos toto tempore presentis vite laborare. Unde et dominus xl diebus cum discipulis mansit et post decima die spiritum sanctum paraclitum misit. Tercia assignat magister prepositivus in summa de officiis dicens mundus in quatuor partes et annus in quatuor partes seu tempora dividitur et homo ex quatuor elementis et quatuor complexionibus constituitur et novam legem que in quatuor ewangeliis consistit et veterem quam in decem mandatis transgressi sumus. Oportet ergo ut denarius per quaternarium ut quadragenarius multiplicetur ut sic [illegible] faciamus mandata veteris et nove legis a toto tempore vite huius impleamus. Consistit quippe corpus nostrum ut dictum est ex quatuor elementis et quatuor sensus illa elementa in nobis habent. Nam ignis in oculis ignis in lingua et in naribus aqua in genitalibus terra in manibus et in aliis membris. Dicitur in hoc oculis regitur curiositas in lingua et in auribus scurrilitas in genitalibus voluptas in manibus et in aliis membris crudelitas. Hec quatuor confessus est publicanus quia a longe stans confitetur [illegible] que scientia est quod dicitur non audeo appropinquare domine ad in manibus tuis [illegible] non audet oculos ad celum levare confitetur curiositatem [illegible] manu percutit pectus confitetur crudelitatem et dicit propitius esto michi peccatori confitetur scurrilitatem [illegible] convenerunt peccatores [illegible] vel potius [illegible] Hec prepositivus. Gregorius quia in omni tres rationes ponit dicens [illegible] in absentia abstinentia quadragenarius numerus custoditur nisi quia virtus decalogi per libros quatuor ewangeliorum impletur. In hoc ergo mortali tempore et corpore ex quatuor elementis consistimus et per voluptates eiusdem corporis domini precepta contempnimus seu contrahimus. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus dignum est ut eandem carnem quater decies affligamus. A primi quoque die usque ad pascha sex ebdomade et xlii dies veniunt ex quibus dum sex dominici de abstinentia remanent xxxvi dies annus ducitur quia anni [illegible] decimas damus. Quare autem non observamus unum ieiunium eo quo tempore Christus ieiunavit qui statim post baptismum illud inchoavit sed ad pascha illud continuamus quadruplex ratio assignatur in summa de officio magistri Johannis de Beleth. Prima ut per cum Christo volumus resurgere quia pro nobis ipse passus et nos cum eo pati debemus. Secunda tamen ut per hoc filios Israel imitemur qui primo eo tempore exierunt de Egipto et postea eo tempore ad Babiloniam [illegible] inde probat quam tam isti quam illi statim congressi sunt celebraverunt pascha et et nos imitantes eos ieiunamus hoc tempore ut de Egipto et Babilonia id est de hoc mundo in terram celestis hereditatis ingredi in eam. Tercia est quia fervor libidinis in tempore veris magis solet nos accendere ut ergo refrenemus corporis estum in hoc tempore magis ieiunamus. Quarta est quia statim post ieiunium debemus corpus Christi accipere. Sicut igitur filii Israel prius quam comederent se affligebant et comedebant agrestes lactucas et amaras ita nos debemus per penitenciam affl. prius affligi ut digni valeamus comedere agnum vite eterne

7 **Ieiunia quatuor temporum a Calixto papa instituta sunt fiunt** autem hec ieiunia quater in anno secundum quatuor tempora temporibus anni et hoc multiplici racione. Prima est quia ver est calidum et humidum Estas calida et sicca Autumnus frigidus et siccus hyemps frigida et humida. Ieiunamus in vere ut noxium humorem id est luxuriam in nobis temperemus In estate ut nocivum calorem id est avariciam in nobis castigemus In autumno ut castigemus ariditatem superbie In hyeme ut castigemus frigus infidelitatis et malicie. Secunda racio est quare taliter quater vicibus in anno ieiunamus quia huiusmodi ieiunia fiunt in Marcio quia prima scilicet in prima septimana quadragesime ut in nobis marcescant vicia quoniam omnino extingui non possunt vel pocius ut in nobis virtutum germina oriantur. In estate fiunt secunda ieiunia ut in septimana penthecostes quia tunc venit spiritus sanctus et nos debemus esse ferventes spiritu sancto. In septembri ante festum sancti Michaelis tercia ieiunia fiunt quia tunc fructus colliguntur et nos debemus deo reddere fructus bonorum operum. In decembri quia tunc herbe moriuntur fiunt quarta ieiunia et nos debemus mortificari mundo. Tercia racio est ut iudeos imitemur. Iudei quidem quater in anno ieiunabant scilicet ante pascha ante penthecostes ante scenophegiam id est ante fixionem tabernaculorum et ante encenia id est dedicationem In decembri. Quarta racio est quia homo constat ex quatuor elementis quantum

llam

ad corpus et trium potenciarum scilicet racionabilis concupiscibilis et irascibilis quantum ad animam ut ergo hec moderentur in nobis quater in anno per tres dies ieiunamus ut quaternarius referatur ad corpus ternarius ad animam et hec raciones sunt Johannis Beleth. Quinta racio est ut dicit Johannes Damascenus in vere augmentatur sanguis in estate colera in autumno malencolia in hyeme flegma. Ieiunamus igitur in vere ut in nobis debilitetur sanguis concupiscencie et ~~ine~~ inepte leticie Sanguineus enim libidinosus et letus. In estate ut debilitetur colera iracundie et fallacie colericus autem naturaliter est irascibilis et versutus. In autumno ut debilitetur melancolia cupiditatis et tristicie Melancolicus enim naturaliter est cupidus et tristis. In hyeme ut debilitetur flegma hebetudinis et pigricie nam flegmaticus naturaliter est hebes et piger. Sexta racio est quia ver comparatur aeri estas igni Autumnus terre hyemps aque. Ieiunamus igitur in vere ut in nobis dometur aer elacionis et superbie In estate ut edometur ignis cupiditatis in nobis et avaricie In autumno ut edometur terra frigiditatis et tenebrose ignorancie in nobis In hyeme ut edometur aqua levitatis et inconstancie. Septima racio est quia ver refertur ad pueriam estas ad adolescenciam autumnus ad maturitatem sive virilem etatem hyemps ad senectutem. Ieiunamus igitur in vere ut pueri simus per innocenciam In estate ut efficiamur iuvenes per constanciam In autumno ut efficiamur maturi per modestiam In hyeme ut efficiamur senes per prudenciam et honestatem vite vel pocius ut satisfaciamus quecumque per illas quatuor etates offendimus. Octava racio est magistri Wilhelmi Altissiodorensis ieiunamus in quatuor anni temporibus ut quod illis quatuor temporibus delinquimus emendemus et fiunt per tres dies ut satisfaciamus in die quod delinquimus in mense. Et fiunt in feria quarta quia tunc dominus a Iuda traditus fuit In sexta quia in illa die crucifixus fuit In sabbato quia in sepulcro iacuit et quia

66

Ignatius fuit discipulus sancti Johannis evangeliste et episcopus Antiochenus. Hic epistolam ad beatam virginem direxisse legitur in hec verba: Cristifere Marie suus Ignatius. Me neophitum Johannemque et tuum discipulum confortare et consolari debueras. De Jesu enim tuo percepi dicta mira et stupefactus sum ex auditu. A te autem que semper fuisti familiaris coniuncta et secretorum eius conscia desidero ex animo fieri certior de auditis. Valeas et neophiti qui mecum sunt ex te et per te et in te confirmentur. Beata autem virgo dei genitrix Maria in hec verba rescribit: Ignatio dilecto discipulo Maria humilis ancilla cristi. De illo que a Johanne audisti et didicisti vera sunt illa. Credas illis, inhereas et christianitatis votum firmiter teneas et mores et vitam voto conformes. Veniam autem una cum Johanne te et qui tecum sunt visere. Stabiliter age in fide nec commoveat persecucionis austeritas, sed valeat et exultet spiritus tuus in deo salutari. Tante autem auctoritatis Ignatius beatus extitit ut etiam Dyonisius Pauli apostoli discipulus qui fuit in philosophia summus et in divina sciencia tam perfectus ipsius beati Ignatii ad confirmacionem dictorum verborum tanquam pro auctoritate adduxit. Dicit enim ut ipse de divinis nominibus attestatur quod dum nomen amoris quidam dilectionis volens ostendere hic nomen amoris pro omnibus in divinis esse recipiendum ait: Scribit autem beatus vel divinus Ignatius: Amor meus crucifixus est. Legitur in hystoria tripartita quod Ignatius audivit angelos cantantes antiphonas super quendam montem et exinde instituit antiphonas cantari in ecclesia et psalmos secundum antiphonas intonari in ecclesia. Cum igitur beatus Ignatius diu pro pace ecclesie dominum exoraret non suum sed infirmorum periculum metuens Traiano imperatori qui incepit anno domini C° de victoria redeunti et christianis omnibus mortem minanti occurrit liberum esse se christianum asseruit. Tunc Traianus ferro vinctum decem militibus tradidit et Romam adduci precepit minans eum quod traderetur bestiis ibidem devorandus. Cum ergo Romam duceretur ad omnes ecclesias epistolas destinabat et omnes illos in fide confirmabat. Inter quas unam scripsit ad Romanam ecclesiam, sicut in hystoria ecclesiastica legitur, rogans ne suum martirium impedirent, ubi sic dicit: A Syria usque ad Romam cum bestiis terra marique depugno die ac nocte connexus ac alligatus decem leopardis militibus dico ad custodiam datis qui ex beneficiis meis seviores fiunt. Sed ego eorum nequiciis magis erudiar. O salutares bestias que preparantur michi. Quando venient, quando emittentur, quando eis licebit frui carnibus meis. Invitabo eas ad devoracionem meam et deprecabor ne forte ut in nonnullis fecerunt timeant contingere corpus meum, quin immo et si cunctabuntur ego vim faciam, ego vim ingeram me. Date queso veniam, ego novi quid michi expediat. Ignis, cruces, bestie, dispersiones ossium, discerpaciones omnium membrorum meorum et tocius corporis et omnia pene unum supplicia dyaboli arte quesita compleantur dummodo Jesum cristum merear adipisci. Cum ergo Romam venisset et ad Traianum adductus fuisset dixit ei Traianus: Ignati, cur Anthiochiam rebellare facis et gentem meam ad christianitatem convertis? Cui Ignatius: Utinam et te possem convertere ut semper fortissimum obtineres principatum. Cui Traianus: Sacrifica diis meis et sacerdotum omnium princeps eris. Cui Ignatius: Nec diis tuis sacrificabo nec tuam affecto dignitatem. Quicquid enim vis facere poteris sed nullatenus me mutabis. Traianus: Plumbatis eius scapulas contundite et ungulis latera eius laniate et duris lapidibus vulnera confricate. Cumque omnia hec in eum fecissent et ipse immobilis permaneret dixit Traianus: Carbones vivos afferte et ipsum nudis plantis ambulare facite. Cui Ignatius: Nec ignis ardens nec aqua ebulliens poterit in me Jesu christi extinguere caritatem. Cui Traianus: Hec maleficia sunt quod tanta paciens non consentis. Cui Ignatius: Nos christiani malefici non sumus sed in lege maleficos nunc vince profitemini. Ignatius: Vos malefici estis qui ydola adoratis. Traianus dixit: Dorsum eius ungulis laniate et plagas ei sale perfundite. Cui Ignatius: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Traianus dixit: Iube eum tollite, vinculis alligate et in cippo positum in ymo carceris custodite, sine cibo et potu esse permittite et post triduum ad devorandum bestiis date. Tercia igitur die imperator et senatus omnisque populus convenerunt ut viderent episcopum Anthiocenum qui erat cum bestiis pugnaturus. Dixit quoque ei Traianus: Quia tam superbus et contumax est, ipsum alligate et duos leones ad ipsum laxate ut nullas reliquias eo relinquant. Tunc sanctus Ignatius dixit ad populum qui astabat: Viri Romani qui hoc certamen aspicitis, non sine mercede laboro, quia non propter pravitatem sed propter pietatem hec patior. Deinde cepit dicere, sicut legitur in historiis ecclesiasticis: Frumentum Christi sum, bestiarum dentibus molor ut panis mundus efficiar. Hec imperator audiens dixit: Grandis est Christianorum tollerancia. Quis Grecorum tanta tollerarit pro deo suo? Respondit Ignatius: Non hec mea virtute sed Christi adiutorio tolleravi. Tunc sanctus Ignatius cepit leones provocare ad se ut eum devorarent. Accurrentes ergo duo sevissimi leones ipsum tantum suffocaverunt, carnem tamen eius nullatenus tetigerunt. Traianus autem hec videns cum nimia admiracione discessit, precipiens ut non prohiberet si quis corpus eius vellet sepelire. Christiani ergo corpus eius tulerunt et honorifice sepellierunt. Cum autem Traianus quasdam litteras recepisset in quibus Plinius Secundus Christianos quos imperator occidi iusserat plurimum commendabat, doluit de hiis que Ignacio intulerat et precepit ut ultra Christiani non inquirerentur, sed si quis incideret puniretur. Legitur autem quod beatus Ignatius inter tot tormentorum genera numquam ab invocatione nominis Jesu Christi cessabat. Quem cum tortores inquirerent [illegible] cur hoc nomine [illegible] et ideo ab eius invocatione cessare non valeo. Post mortem eius volentes quod audierant curiose probare, cor eius ab eius corpore evellunt et illud scindentes per medium totum cor inscriptum hoc nomine Jesus Cristus litteris aureis invenerunt, unde et plurimi crediderunt. De hoc sancto sic dicit Bernardus super psalmum Qui habitat: Magnus ille Ignatius auditor discipuli quem diligebat Jesus dominus noster et ipse martyr, cuius preciosis reliquiis nostra ditata paupertas, Mariam quandam in pluribus quas ad eam scripsit epistolis cristiferam salutat. Egregius plane titulus dignitatis et commendacio honoris immensi.

Sancta Brigida in magna veneratione habetur in Scotia. Hec ab ipsa sua puericia omni tempore in omni devotione sanctitate castitate deo servire studuit. Tantam quoque graciam a deo consecuta est ut per eam multa miracula et signa fierent. Cumque de manu episcopi velamen more monialium suscepit super caput eius, ipsa inclinans se ad pedes altaris lignum quod erat altari adaptatum ab antiquo manu sua tetigit et statim viride sicut factum et in perpetuum viride permansit et imputribile. Tante quoque pietatis fuit sancta Brigida ut quicquid habere potuerat pauperibus tribuebat. Et quadam igitur vice quidam leprosus ad eam venit petens aquam ~~[illegible]~~ beneficium ab ea. Que dixit ei: Vis ut exorem dominum deum ut te a lepra mundet? Ille dixit: Hoc michi acceptius est omnino nunc. Tunc beata sancta benedixit aquam et cum aqua corpus leprosi aspersit et statim mundatus est et gratias egit deo et mansit apud sanctam Brigidam serviens ei quamdiu vixit. Item quadam vice vidit quendam miserum duci ad dampnacionem et condoluit ei in tantum quod pro liberacione eius rogavit dominum. Facta oracione massam argenti in sinu suo reperit. Dedit quoque iudici ut reum dimitteret [illegible] sanctam Brigidam que et [illegible] quod ipse tenuit ipsi tenuerat unum caseum et in duas partes divisit et dedit unam partem uni et alteram alteri et due partes ex utraque parte facta est perfecte integra. Quodam tempore sancta Brigida et quedam alia puella sancta convenientes totam noctem colloquiis deduxerunt et tenebras noctis omnino non senserunt. Que puella iam rogat sanctam Brigidam ut benediccionem faceret super oculos eius ut posset videre. Erat enim ceca et nichil aliquid videbat. Que sancta Brigida benedixit oculos eius et aperti sunt. Puella vero transpiciens modicum dixit sancte Brigide: Rogo te iterum recludere oculos meos ne videam amplius mundum. Cum enim homo minus videt mundum tanto clarius potest videre deum. Que sancta Brigida fecit ut iterum clauderentur oculi eius et sic ita eandem duplex miraculum fecit. Et multa alia miracula in vita sancte Brigide per eam contigisse leguntur.

p

urificacio beate Marie virginis xl° die post nativitatem domini facta est. Consuevit autem illud festum tribus nominibus appellari scilicet purificacio ypopanti et candelaria. Purificacio autem dicitur eo quod xl° die a nativitate domini beata virgo ad templum venit ut secundum legis consuetudinem mundaretur. Quamvis sub illa lege non teneretur. Precipiebat enim in Levitico xii° quod mulier que suscepto semine filium peperisset immunda esset septem diebus scilicet a consorcio hominum et ab ingressu templi. Sed completis ~~vii die~~ vii diebus munda quidem efficiebatur quo ad consorcium hominum sed adhuc usque ad xxxiii dies ab ingressu templi immunda erat. Completis xl diebus xl die templum intrabat et puerum cum muneribus [illegible] si vero feminam peperisset duplicabantur dies et quo ad consorcium hominum et quo ad ingressum templi. Quare autem dominus precepit ut xl° die puer in templum offerretur triplex potest esse racio. Prima ut per hoc intelligatur quod sicut puer xl° die in materiale templum introducitur sic xl° die a concepcione ut sepius anima in corpus tanquam in suum templum infunditur sicut dicitur in scolastica historia licet phisici dicant quod in xlvi diebus corpus perficitur. Secunda ut sicut anima xl° die corpori infusa ab ipso corpore maculatur sic xl° die templum ingrediendo per hostiam macula ab ipsa depellitur. Tercia ut per hoc detur intelligi quod illi in celeste templum merentur ingredi qui decem precepta cum fide quatuor ewangeliorum voluerint observare. Pro nascente autem femina duplicantur dies quo ad templi ingressum sicut duplicantur quo ad corporis formacionem. Nam sicut in xl die corpus masculi organisatur et perficitur et in xl die anima ut sepius infunditur sic corpus femine in lxxx die perficitur et in lxxx die anima inspiratur. Quare autem duplo tardius corpus femine perficiatur in utero quam corpus viri et anima infundatur obmissis racionibus naturalibus triplex potest racio assignari. Prima quia Christus assumpturus erat carnem in sexu virili et ideo ut ipsum sexum honoraret et ampliorem sibi graciam faceret voluit ut cicius formaretur puer et mater cicius mundaretur. Secunda quia mulier plus peccavit quam vir sic miserie ipsius ab [illegible] duplicate sunt exterius in mundo. Tercia ut per hoc detur intelligi quod mulier quodammodo plus fatigavit deum quam vir eo quod amplius deliquit. Deus enim quodammodo in malis nostris operibus fatigatur. Unde ipse dicit per Ysaiam xliii° Servire me fecisti peccatis tuis. Et Ysaie i° dicitur Laboravi sustinens. Beata igitur virgo huic legi purificacionis non tenebatur quia non peperit suscepto semine [illegible] mysterio [illegible] Unde quoniam [illegible] addidit suscepto semine [illegible] addere non fuit necesse quo ad alias mulieres quia omnes suscepto semine pariunt. et ideo addidit ut dicit Beda quia timuit in nunc dominum blasphemiam incogitare voluit tamen in hoc se subdere legi quatuor propter rationes prima ratio est ut communem humilitatem doceret. Unde dicit Beda Vere beata virgo non habes causam [illegible] ut tibi opus sit purificatione sed et nec filio tuo opus fuit circumcisione quo esto inter mulieres tamquam una illarum. nam et filius tuus sic est in medio puerorum. Hec autem humilitas fuit non solum ex parte matris sed etiam ex parte filii qui similiter in hoc voluit se subdere legi. Nam in nativitate habuit se ut pauper [illegible] et peccator in circumcisione ut pauper et peccator [illegible] sed hodie ut pauper et peccator et simul homo ut pauper in eo quod oblationem pauperum elegit. et peccator quantum ad similitudinem in eo quod ipse ad instar voluit expiari ut servus in eo quod voluit redimi sed et postmodum voluit baptizari non propter culpam purgandam sed propter eius maximam humilitatem ostendendam et ostendendam quia omnia remedia propter peccatum originale instituta Christus in se assumere voluit non quod aliquibus indigeret sed ut maiorem suam humilitatem nobis ostenderet et ut omnia remedia pro tempore suo congrua fuisse monstraret. Nam quinque remedia contra originale peccatum per processum temporis instituta sunt circa quorum tria secundum quod dicit Hugo de sancto victore in lege nature instituta sunt scilicet oblationes. decimationes et sacrificiorum immolationes. circumcisio et baptismus per que maxime opus nostre redemptionis exprimebatur. Nam modus redimendi exprimebatur per oblationem ipsum pretium per sacrificium in quo erat sanguinis effusio ipsum redemptum per decimationem quia homo satisfaciebat per decimam dragmam primum in nostre remedium fuit oblatio. Unde Cayn [illegible] decimarum secundum fuit decimatio unde [illegible] sacerdoti decimas obtulit. Nam secundum Augustinum in decimabant quod [illegible] Tertium fuit sacrificiorum immolatio ipsa enim immolatio secundum quod dicit Gregorius erat contra originale peccatum. Quartum quia contingebat ut dominus alter parentum fidelis esset et aliquando utroque infideles esse poterat ideo advenit quintum remedium scilicet circumcisio que sive parentes fideles essent sive infideles valebat. Sed quia illud remedium non poterat prodesse nisi solis maribus nec ianuam paradisi poterat aperire ideo successit ei baptismus qui est communis omnibus et qui ianuam paradisi aperiat. Primum igitur remedium videtur assumpsisse videtur cum in templo a parentibus est oblatus. Secundum remedium quodammodo assumpsit cum xl. diebus et xl. noctibus ieiunavit quia non habuit unde solveret decimam rerum saltem deo obtulit decimam dierum. Tertium assumpsit cum mater eius par turturum aut duos pullos columbarum pro eo obtulit ut sacrificium fieret. Unde cum in cruce sacrificium se obtulit. Quartum quando se circumcidi permisit. quintum cum a Iohanne baptismum suscepit. Secunda ratio est ut legem impleret non enim venerat legem solvere sed adimplere. Nam si in hoc solvisset potuissent se iudei excusare et dicere eius doctrinam non recepimus eo quod dissimilis est patribus nostris nec legis traditiones observat. Triplici autem legi se Christus hodie et virgo subiecit. Primo legi purificationis in similitudine [illegible] ut prorsus omnia bona fecerimus dicamus servi inutiles sumus. Secundo legi redemptionis ad communem humilitatem. Tertio legi oblationis ad communem paupertatem. Tertia ratio est ut legem purificationis terminaret. Sicut enim adveniente luce cessant tenebre et adveniente sole recedit umbra sic adveniente purificatione vera cessat purificatio typica. Ibi enim advenit vera purificatio [illegible] Christus qui active dicitur purificatio eo quod nos per fidem purificat. Secundum quod dicitur in Actibus apostolorum fide purificans corda eorum. Hinc est quod de celo [illegible] purificata [illegible] ad templum obligata ut nos purificandos [illegible] nos sit purificacio ab infirmitatibus [illegible] quod nos purgari debemus scilicet immundicia quam per abrenunciacionem, aqua que est baptismalem ablucionem, igne qui designat spiritualis gratie infusionem, testibus quod designat bonorum operum ministerium, bello quod est temptacionem vincens. Igitur beata virgo post ad templum filium suum obtulit et cum quinque siclis redemit. Secundum notandum quod primogenita quedam redimebantur sicut primogenita vi tribuum que redimebantur quinque siclis; quedam non redimebantur sicut primogenita levitarum que numquam redimebantur, sed cum ad adultam etatem perveniebant semper in templo domino serviebant; et sicut primogenita immundorum animalium que numquam redimebantur sed domino offerebantur; quedam commutabantur ut primogenitum asini quod commutabatur in ovem; quedam occidebantur ut primogenitum canis. Cum igitur Christus fuit de tribu Iuda que fuit una de xi tribubus patet quod debuit redimi. Obtulerunt eciam pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarum. Hec enim erat oblacio pauperum, sed agnus oblacio divitum. Non dixit pullos turturum sed dixit pullos columbarum quia pulli columbarum semper inveniuntur, pulli autem turturum non semper inveniuntur. Item quare non dixit par columbarum sicut par turturum, quia columba est avis libidinosa et ideo in sacrificio suo deus noluit eam offerri; turtur autem est avis pudica. Sed numquid beata virgo paulo ante a magis multa pondera auri acceperat? Videtur ergo quod bene poterat emere unum agnum. Ad hoc dicendum est quod sine dubio secundum Bernardum magi multa pondera auri obtulerunt, quia non est verisimile quod reges tales tali puero vilia munera obtulissent. Sed tamen beata virgo, ut quibusdam placet, illud sibi non obtinuit sed statim pauperibus erogavit, vel forte peregrinacionem in Egipto per septennium imminenti provide reservavit, vel forte non in magna quantitate obtulerunt, cum in mistica significacione obtulissent

[illegible] ornacionis de[illegible] factus [illegible] factus est et de ipso a pullis columba [illegible] de avibus [illegible] ipse [illegible] per omnibus ostendit suam humilitatem quia dum [illegible] se [illegible] columba paupertatem quia pauperum oblacionem elegit. Tercio caritatem quia se pro peccatoribus tradidit. Proprietates autem turturis habentur in hiis versibus:

Alta petit cantando gemit veniens ver pullos
nocte fovet mortuum quam fugit.

Proprietates columbe hiis versibus continentur:

Grana legit volitat sociata cadavera vitat
Felle caret plangit socium quam per oscula tangit
Petra dat huic nidum fugit hostem in flumine visum
Rostro non ledit geminos pullos bene nutrit.

Dicitur secundo hoc festum ypopanti quod est id est quod presentacio quia Christus in templo est presentatus, vel ypopanti id est quod est obviacio quia Symeon et Anna obviaverunt domino cum offerretur in templum; et dicitur ab ypo quod est ire et anti quod est contra. Tunc enim accepit eum Symeon in ulnas suas. Et notandum quod triplex est obviacio sive obumbracio sive coniunccio. Hec de salvatore nostro facta est. Prima est coniunccio pietatis. Prima est enim qui est vitas quod omnes per ipsum qui est via in se ipsum qui est vita ~~dicitur~~ dicitur hodie ab aliis se duci permisit eum inducentes [illegible] puerum Iesum. Secunda est coniunccio bonitatis quia ille qui solus est immundus factus est tamquam immundus et voluit eum matre purificari. Tercia est coniunccio maiestatis quia ille qui est portans omnia verbo virtutis sue hodie in ulnis senis recipi et portari se permisit quia tamen portabat portatorem se, secundum illud: Senex puerum portabat, puer autem senem regebat. Tunc autem Symeon benedixit ei: dominus nunc dimittis servum tuum domine in pace. Et appellat eum Symeon tribus nominibus scilicet salutare, lumen et gloriam plebis Israel. Racio autem huius triplicis nominis potest triplex assignari. Ideo penes nostram iustificacionem ut dicatur salutare convenit [illegible] quia est Jesus id est salvator ex eo quod salvum fecit populum suum a peccatis eorum; lumen dando gratiam; gloriam plebis dando gloriam. Secundo penes nostram regenerationem. Nam puer primo exorcizatur et baptizatur et sic a peccato mundatur quo ad primum. Secundo candela accensa datur ei quo ad secundum. Tertio ad altare offertur quo ad tertium. Tertio penes hodiernam processionem. Nam primo candele benedicuntur et exorcizantur. Secundo accenduntur et in manibus fidelium dantur. Tertio ecclesiam cum canticis egrediuntur. Quarto penes triplicem huius festi denominationem. Nam dicitur purificatio quo ad purgationem culpe propter hoc quod dicitur salutare; candelaria quo ad illuminationem gratie propter hoc quod dicitur lumen; ypopanti quo ad collationem glorie propter hoc quod dicitur gloriam plebis Israel. Tunc enim occurremus Christo obviam in aere. Vel propter dictum quod laudatur deus in hoc cantico ut pax ut salus ut lux ut gloria. Pax quia est mediator, salus quia redemptor, lux quia doctor, gloria quia remunerator. Dicitur et tertio modo hoc festum candelaria eo quod candelas accensas in manibus portant. Ecclesia autem ad quatuor hoc ordinavit ut scilicet in hac die candele portantur accense ~~[illegible]~~ prout assignat quatuor rationes. Primo propter removendam erroneam consuetudinem. Romani enim olim in kalendis Februarii ad honorem Februe matris Martis quem credunt deum belli de quinto in quintum annum cum cereis et facibus toto die ac nocte lustrabant ut filius suus victoriam de inimicis eorum concederet cuius matrem tam solempniter honorarent, et id spacium dicebatur lustrum. Romani etiam in Februario sacrificabant Februo et Plutoni et ceteris diis infernalibus et hoc pro animabus antecessorum suorum ut eis propiciarentur, ideo eis solempnes hostias offerebant et tota nocte eorum laudibus insistentes et facibus aut cereis accensis ambulabant. Mulieres etiam [illegible] ut [illegible] festo lumina [illegible] quod fabulis poetarum originem traxerat. Legitur enim quod Proserpina fuit sic speciosissima quod Pluto deus infernalis eam concupiscens ipsam rapuit et deam eam fecit. Parentes autem sui per silvas et nemora eam facibus et luminaribus querebant. Et quia difficile est consueta relinquere, christiani de gentibus ad fidem conversi difficile poterant relinquere huiusmodi consuetudines paganorum, ideoque Sergius papa hanc consuetudinem in melius commutavit ut scilicet christiani ad honorem matris domini omni anno in hac die totum mundum cum accensis et benedictis candelis illustrarent, et solempnitas quidem staret sed alia intentione fieret. Secundo propter ostendendam virginis puritatem. Aliqui enim audientes virginem purificatam possent credere ipsam purificatione indiguisse; ut ergo ostenderetur quod tota fuit purissima et splendida, ideo ordinavit ecclesia ut luminosos cereos baiulemus ac si ipso facto dicat ecclesia: ecce virgo purificatione non indiget sed tota rutilans tota splendens. Vere enim purificatione non indigebat que ex suscepto semine non concepit et in matris utero perfectissime emundata et sanctificata extitit. Sic autem fuit in utero matris et in adventu spiritus sancti sanctificata et mundata et non solum illud incitamentum ad peccatum in ea penitus non remansit, sed etiam eius sanctitatis et castitatis virtus usque ad alios se extendebat et diffundebatur et ita ut in aliis carnales omnes motus comprimebat. Unde dicunt Judei quod cum ~~[illegible]~~ Maria pulcherrima fuit a nullo tamen potuit concupisci unquam. Et ideo est quia virtus sue castitatis cunctos aspicientes penetrabat et omnem in eis concupiscentiam repellebat. Unde comparatur cedro quia cedrus odore suo serpentes interficit; ita eius sanctificatio in aliis irradiabat ut omnes motus in carne serpentinos occideret. Comparatur etiam mirre quia sicut mirra serpentes interficit et vermes, sic eius sanctitas concupiscencias carnales

Ex inspectione Marie nullus scandalizatur [illegible] castitatis in alios non transfundebatur, nec carnalis motus in aliis concupiscebatur. Virtus autem castitatis virginis etiam impudicorum cordium medullas penetrabat et ea quod ad ipsam pertinet casta reddebat.

Tercio propter representandam hodiernam processionem. Nam Maria et Joseph, Symeon et Anna hodie venerabilem processionem fecerunt et Jesum puerum in templo presentaverunt. Sic et nos processionem facimus et cereum accensum per quem significatur Jesus in manibus bajulamus et usque in ecclesiam deferimus. Tria enim sunt in cereo, scilicet cera, lichinus et ignis, et per hec tria significantur tria que fuerunt in Christo: nam cera significat carnem Christi que nata est de virgine sine corruptione, sicut apes ceram conficiunt sine alterius commixtione. Lichinus in cera latens significat animam candidissimam in carne latentem, ignis vel lumen significat divinitatem, quia Deus noster ignis consumens est. Unde quidam, obmittentes tamen de lichino, sic ait: Hanc in honore pie candelam porto Marie. Accipe per ceram carnem de virgine veram, per lumen numen majestatisque cacumen.

Quarto propter nostram instructionem. In hoc enim instruimur quod si volumus esse coram Deo purificati et mundi, tria in nobis debemus habere, scilicet fidem veram, actionem bonam et intentionem rectam. Nam candela in manu accensa est fides cum operatione bona et intentione recta. Et sicut candela sine lumine dicitur esse mortua et lumen per se sine lichino non lucet sed mortuum esse videtur, sic et operatio sine fide et fides sine opere bono mortua esse dicitur. Lichinus autem intus occultatus est intentio recta. Unde Gregorius ait: Sic stat opus in publico ut tamen intentio maneat in occulto.

Quedam matrona ~~nobilis~~ nobilis in beatam virginem devotionem maximam habebat. Hec quandam capellam iuxta domum suam construxerat [illegible] capellanum habebat, que omni die de beata virgine missam audire volebat. Appropinquante autem die purificationis festo beate virginis Marie sacerdos ob quoddam suum negocium longius discessit et sic die illo missam habere non poterat. Vel ut alibi legitur, quod omnia que habere poterat etiam vestimenta pro amore virginis dabat, unde cum clamidem dedisset et ad ecclesiam ire non posset, sine missa eodem die manere oportebat. De quo dum plurimum doleret, ecclesiam propriam sive cameram intravit et ante altare beate virginis se prostravit.

Et subito in extasi mentis facta videbatur sibi quod in quadam ecclesia pulcherrima et speciosa collocata esset, et respiciens vidit turbam virginum maximam in ecclesiam venientem, quas quedam virgo pulcherrima dyademate coronata preibat. Cumque omnes per ordinem consedissent, ecce quidam maximam cereorum faciem deferens primo virgini que alias anteibat dedit et ~~ipsa~~ aliis post ea virginibus et iuvenibus tribuit. Deinde ad illam matronam venit et cereum sibi dedit, quem ipsa libentissime accepit. Dum autem ~~p~~ per chorum respiceret, vidit duos ~~[illegible]~~ ceroferarios, subdyaconum et dyaconum et sacerdotem sacris indutos vestibus ad altare procedentes, tamquam missarum solemnia celebrare volentes. Videbatur autem sibi quod esset Laurencius et Vincencius dyaconus et subdyaconus, sacerdos autem Christus. Confessione autem facta duo pulcherrimi iuvenes quasi duo pulcherrimi angeli in medium chori venerunt et officium misse alta voce et devotissime inceperunt, et ceteri qui in choro erant subsecuti sunt. Cum autem ad offertorium ventum fuisset, regina virginum et cetere virgines ~~et cum~~ aliis que erant in choro cereos suos sacerdoti ut ~~mos~~ moris est flexis genibus obtulerunt. Cum autem sacerdos illam matronam exspectaret ut sibi cereum suum offerret, misit ad eam regina virginum per nuncium quod rusticitatem faceret quod sacerdotem tantum exspectare [illegible] in missa sine [illegible] quia cereum suum sibi non offerret. Cui sibi regina item alium nuncium misit. Cui secundo similiter induit quod cereum suum sibi datum penitus nulli daret sed illud ob devocionem teneret. Regina autem Petrum pro nuncio precepit dicens: Vade et illam cum rogacione ut cereum offerat, sin autem ipsum de manibus eius violenter auferas. Cumque nuncius missus et rogantem audire recusaret, dixit ei in mandatis esse ut ipsum ab ea violenter auferret. Cum ille cum magna violencia cereum accepit et cum auferre conaretur, illa autem fortius tenebat et se viriliter defendebat. Cum ergo fieret altercacio hinc inde cereus fractus est et medietas in manu nuncii mansit et medietas in manu eius. Ad hanc igitur vehementem tractacionem ista subito ad se rediit et se in ostio altaris ubi se posuerat inveniens fractum in manu sua reperit. De quo valde admirans et immensas gracias beate Marie virgini reddidit, quia eam sine missa illo die remanere non permisit sed tali officio interesse fecit. Illud autem cereum diligenter reposuit et pro magnis reliquiis reservavit. Sic et omnes ut dicitur qui tunc tangebant de eo a quacumque detinebantur infirmitate penitus liberabantur.

Quedam alia matrona dum esset gravida quadam nocte in sompniis vidit se portare quoddam vexillum quod erat colore sanguineo tinctum. Evigilans autem continuo sensum amisit quam dyabolus sic ludificabat quod videbatur sibi quod Christianam fidem quam tunc habuerat [illegible] mamillas haberet et in continuo expiraret. Que cum nullatenus curari posset, in quadam ecclesia beate virginis in festo purificacionis pernoctabat et integram sanitatem recepit.

m

[M]acharius dicitur a macha quod est ingenium et ares [illegible] ad vitam, percussio corporis in regimine placacionis.

Macharius abbas descendit de Sciti et intravit dormire in monumento ubi sepulta erant corpora paganorum et extraxit unum corpus sub caput suum tamquam pulvinarium. Demones autem volentes eum terrere vocabant quasi unam mulierem dicentes: Surge, veni nobiscum ad balneum. Et alter demon sub ipso tamquam ex mortuo illo dicebat: Peregrinum quendam super me non possum venire. Ille autem non expavit sed ~~timebat tundebat~~ se tundebat corpus eius dicens: Surge et vade si potes. Et audientes demones fugerunt voce magna clamantes: Vicisti nos.

Cum aliquando Macharius abbas a palude ad cellam suam iret occurrit dyabolus cum falce messoria volens eum cum falce percutere. Sed non potuit et dixit: Multam violenciam patior a te Machari quia non possum prevalere adversum te. Ecce enim quicquid tu facis et ego facio. Ieiunas tu et ego penitus non comedo. Vigilas tu et ego omnino non dormio. Unum est solum in quo me superas. Et dixit abbas: Quod est illud? Cui ille: Humilitas tua per quam non prevaleo adversum te.

Cum temptaciones ipsum nimium molestarent, surgens et magnum saccum arene humeris suis imponens diebus multis sic per desertum ibat. Quem Theosebius inveniens dixit: Abba, cur tantum onus portas? Et ille: Vexo vexantem me.

Abbas Macharius vidit Sathanam in habitu hominis et transeuntem vestimentum lineum laceratum et per omnia foramina pendebat ampulle et dixit: Quo vadis? Et ille: Vado pocionare fratres. Cui Macharius: Cur tot ampullas portas? Dicit: Gustum fratribus porto et si alicui unum non placebat offeram aliud et tercium et sic per ordinem ut aliquid placeat. Et cum rediret dixit ei Macharius: Quid fecisti? Dicit: Omnes sanctificati sunt et nemo acquievit michi qui vocatur Theoctistus. Surgens autem Macharius ivit ad fratrem temptatum [illegible] ille ad fratres visitandos revertentem obviavit senex et dixit: Quomodo factum fratribus illis cum dyabolus male est, et dixit quia omnes sui sunt, et quod maius malum unum quem habebam amisi et omnibus sanctior factus est. Audiens hec senex gratias egit deo. Quadam die sanctus Macharius caput defuncti repperit et facta oratione interrogavit illud cuius corpus vel caput fuit, et dixit se fuisse paganum. Et dixit ei Macharius: Ubi est anima tua? Respondit: In inferno. Et dixit ei an quam requireret si multum in profundo esset. Respondit quod tantum esset in profundo quantum distaret terra a celo. Cui Macharius: Sunt ne alii profundiores? Respondit: Etiam iudei. Et ultra eos sunt et alii profundiores? Respondit: Sunt omnibus profundiores falsi christiani qui Christi sanguine redempti tantum pretium parvipenderunt. Cum per quandam solitudinem profundissimam pergeret, ad quodlibet miliare arundinem figebat ut per modum redire sciret. Sed cum novem dietas fecisset et in quodam loco quiesceret, omnes arundines collegit et ad caput eius posuit, unde et in redeundo plurimum laboravit. Frater quidam pluribus cogitationibus molestabatur quia scilicet in cella inutilis esset, sed si inter homines habitaret et multis prodesse posset. Qui dum cogitationes suas Machario retulisset, ille ait: Fili, sic eis ~~[illegible]~~ responde: Hoc saltem facio quia propter Christum parietes istius celle custodio. Cum quendam culicem se pungentem manu occidisset et multum ex illa sanguinis emanasset, reprehendens se quod propriam iniuriam vindicasset, nudus septem mensibus in deserto mansit totusque laceratus a scrabonibus exivit. Post hec multis preclarus virtutibus in pace quievit.

b

lasius dicitur quasi blandus, Blasius quasi belasius a bela quod est

[illegible] dulcedinem [illegible] moribus habitus per virtutem [illegible] parvus per virtutes.

b

lasius cum omni mansuetudine et sanctitate polleret

christiani eum in Sebaste civitate Capadocie in episcopum elegerunt. Qui episcopatu suscepto ob Dyocletiani persecutionem in speluncam iuit et ibi heremiticam vitam duxit. Cui aves pabulum afferebant et fere silvarum ad eum unanimiter confluebant et donec usque imponeret manum eius benedicens eis ab eo non recedebant. Denique si que infirmabatur ad eum continuo veniebat et sanitatem integram reportabat. Preses igitur regionis illius cum milites suos ad venandum misisset et illi ibi in vanum laborantes ad antrum sancti Blasii advenissent, magnam ibidem multitudinem bestiarum ante ipsum stantem repperierunt, e quibus cum nullatenus capere possent, attoniti domino suo nunciaverunt. Qui statim milites plures misit et ut ipsum cum omnibus christianis ad se adducerent precepit. In ipsa nocte ter ei Christus apparuit: Surge et offer michi sacrificium. Ecce autem milites advenerunt dicentes: Egredere, vocat te preses. Quibus respondit sanctus Blasius: Bene venistis filii, nunc video quod deus non est oblitus mei. Pergens vero cum eis iugiter a predicatione non cessavit et coram eis multa miracula fecit. Tunc mulier quedam filium suum morientem, in cuius gutture os piscis transversum erat, ad pedes eius attulit et ut sanaretur cum lacrimis postulabat. Sanctus vero Blasius super eum manum imposuit et oravit ut puer ille et omnes qui in eius nomine aliquid peterent sanitatis beneficium obtinerent, et statim sanatus est. Mulier quedam paupercula solum unum porcum habens que sibi lupus [illegible] rapuerat [illegible] sanctum Blasium deprecabatur ut sibi faceret reddi porcum. Cui subridens ait: Mulier, noli contristari, reddetur tibi porcus tuus. Continuo lupus venit et porcum vidue reddidit. Ingressus igitur civitatem iussu principis carceri mancipatur. Alio vero die iussit eum sibi presentari. Quem videns blandis sermonibus salutat eum dicens: Gaude Blasi amice deorum. Cui beatus Blasius: Gaude et tu optime preses. Sed ne dicas eos deos sed demones, quia eterno igni cum eis qui eos honorant tradentur. Iratus preses iussit eum fustibus cedi et in carcerem recludi. Cui Blasius ait: Insipiens, speras ~~penas~~ per penas tuas dei mei a me auferre amorem, quem ipsum ~~ab~~ habeo mecum corroborantem. Audiens hec illa vidua que porcum recuperaverat porcum ipsum occidit et caput cum cauda et pedibus et candela et pane ad sanctum Blasium portavit. Ille gratias agens sibi ꝗ dixit: Singulis annis in ecclesia candelam in honore nominis mei offeras et tibi et unicuique qui hoc fecerit bene erit. Que semper hoc egit et sibi multa prosperitas fuit. Post hec eum eductum de carcere preses ad deos inclinare non posset, iussit eum in ligno suspendi et carnem eius ferreis pectinibus lacerari et sic iterum in carcerem reportari. Septem igitur mulieres sequentes eum guttas sanguinis colligebant. Que mox ~~tenentes~~ tenentur et eorum sacrificia compelluntur. Que dixerunt: Si vis ut deos tuos adoremus, cum reverentia mitte illos ad ~~sanguinem~~ stagnum ut ibi faciebus ablutis mundius adorare possimus. Letus preses efficitur et citius adimpletur. Ille vero deos vero arripuerunt et eos in stagnum proiecerunt dicentes: Si sunt dii videbimus. Quod preses audiens

[illegible] [illegible] tenent in stagnum [illegible] dixerunt: Dolose tecum locute sunt mulieres et deos in stagnum proiecerunt. Cui mulieres: Deus verus dolos non patitur; sed et si dii fuissent, prescivissent utique quid eis facere volebamus. Et iratus preses iussit plumbum liquefieri et pectines ferreos aptari et septem loricas igne candentes ex una parte poni et ex alia parte septem camisias lineas afferri, eis dicens ut ex hiis quod mallet eligerent. Una illarum duos parvulos habens audacter cucurrit et lineas camisias in caminum proiecit. Pueri vero matri sue dixerunt: Non nos, mater dulcissima, post te relinquas, sed sicut nos nutristi ita reple nos dulcedine regni celestis. Tunc preses iussit eas suspendi et carnes earum pectinibus lacerari, quarum carnes ut nix albe erant et pro sanguine lac fluebat. Cum autem supplicia invite ferrent, angelus ad eas venit et eas viriliter confortavit dicens: Nolite timere. Bonus enim operarius qui bene incipit et bene perficit et a conducente se benedictionem accipit, meretur pro completo opere et mercedem accipit pro labore et gaudium possidet pro mercede. Tunc preses iussit eas deponi et in caminum mitti. Que divinitus igne extincto exierunt illese. Quibus preses ait: Iam nunc magicam artem dimittite et deos nostros adorate. Que responderunt: Perfice quod cepisti, quia iam ad regnum celeste vocate sumus. Tunc ille data sententia super eas decollari mandavit. Que dum decollari deberent, flexis genibus adoraverunt dicentes: Deus qui nos a tenebris separasti et in hanc dulcissimam lucem adduxisti et

[illegible]
ad dominum migraverunt. Praeses autem iussit
sibi praesentari Blasium et dixit
ei: Tu nunc adora deos, an non? Cui
Blasius: Impie, non timeo minas tuas,
age quod vis, corpus meum tibi trado
penitus. Tunc iussit eum mitti in sta-
gnum. Ipse vero aquas signavit et mox
sicut terra sicca permansit. Dixit quoque eis:
Si veri sunt dii vestri ostendite virtutem
eorum et ingredimini huc. Ingressi quoque
lxv viri in stagnum sunt continuo
submersi. Angelus autem dixit
ei: Egredere, Blasi, et coronam tibi
a deo paratam suscipe. Cumque exiisset
dixit ad eum praeses: Omnino decrevisti
non adorare deos? Cui Blasius: Cogno-
sce, miser, quia Christi sum et non demo-
nes adoro. Et statim iussit eum de-
collari. Ipse autem oravit ad dominum
ut quicumque pro infirmitate gutturis
vel pro quacumque alia eius patrocinia
~~imploraverit~~ imploraret exaudi-
retur. Et ecce vox ad eum venit de
caelo dicens quod sic fieret ut oraret.
Sicque cum duobus puerulis decollatus
est circa annos domini CC lxxxiii.

a

Amandus dicitur quasi
amabilis. Habuit enim
tria in se que faciunt
hominem esse amabilem. Primum
est socialitas probitas.
Unde vir amabilis ad societatem. Secundo
conversationis honestas ut dicitur de Hester. Erat
enim omnium oculis amabilis videbatur. Tertio
probitatis virtuositas, ut in passione ii° Saul
et Jonathas amabiles et decori.

a

Amandus ex nobili-
bus parentibus ortus

[illegible] quendam [illegible] serpe-
ntem invenit quem signo crucis
et oratione sua ad foveam redire
coegit. Inde recessit veniens ad Tu-
ronensem ad sepulcrum sancti Martini annis
quindecim ibi mansit cilicio indutus
et aqua et pane ordeaceo sustentatus.
Postea autem cum Romam ivisset et in ecclesia
sancti Petri pernoctaret, custodes ecclesiae
in ipsum irruerunt et ipsum irreverenter
de ecclesia foras eiecerunt. Cum eum ad
admonitionem sancti Petri qui sibi ante foras
ecclesiae dormienti apparuit ad Gallias
iuisset, iussit ut ibi Dagobertum
regem pro suis culpis increparet. Iratus
rex eum de regno suo eiecit. Denique
cum rex filium non haberet et oratione facta
ad dominum filium obtinuisset, cogitare coepit
a quo filium suum mitteret baptizari. Venit
quoque in mentem eius ut ab sancto Amando
eum baptizari faceret. Quaesito igitur
Amando et ad regem adducto, rex ad
pedes eius prosternitur rogans quod eum ut
sibi indulgeret et suum filium quem sibi
deus dederat baptizaret. Ille vero pri-
mam petitionem benigne concessit, sed se-
cularibus negotiis implicari metuens
secundam renuit et abscessit. Tandem
victus regis precibus voto annuit.
Cumque eum baptizaret, tacentibus cunctis
infans respondit Amen. Postea autem rex
eum ad Traiectensem episcopum sublimari
praecepit. Ubi cum a pluribus quod verbum praedi-
cationis contemni videret, in Vasconiam
ivit. Ubi cum quidam ioculator verbis
eum irrideret, a demone arripitur et propriis
dentibus se dilacerans quod verbum dei in-
iuriam fecit confitetur et statim misera-
biliter moritur. Dum autem quadam vice ma-
nus sibi lavaret, quidam episcopus aquam
illam servari fecit. Ex qua quidam caecus
postmodum curatus fuit. Cum in quodam
loco de voluntate regis monasterium
construere vellet, quidam episcopus proxi-
mae civitatis hoc sustinens moleste

misit famulos [illegible] venirent a rege [illegible] cui eum [illegible] entes dolose dixerunt ut ad eum pergeret et sibi locum aptum ad construendum monasterium ostenderent. Ille autem maliciam precognoscens usque ad cacumen montis ubi eum occidere cupiebant cum eis venit eo quod martyrium affectaret. Sed caterva pluvia orta subito itaque montem texit ut se mutuo videre non possent. Et iam se mori putantes penitenti veniam postulabant et ut eos vivos abire permitteret exorabant. Qui oracione facta effudit et serenitatem maximam impetravit. Illi autem ad propria redierunt et sic insidias evadens et multa alia miracula faciens in pace quievit. Floruit autem circa annos domini DCC [illegible] tempore Heraclii imperatoris.

a gatha dicitur ab agyos quod est sanctus et theos deus quasi sancta dei. Tria enim secundum Crisostomum que sanctum faciunt que perfecte fuerunt in ea scilicet cordis mundicia spiritus sancti presencia et bonorum operum affluencia. Vel dicitur ab a quod est sine et geos terra et theos quod est deus quasi dea sine terra id est sine terrenorum amore. Vel ab aga quod est loquens et tha consumacio quasi consumate et perfecte loquens quod patet in suis responsis. Vel ab agat quod est servitus et theos superior quasi servitus superior propter illud quod dixit: Summa ingenuitas ista est. Vel ab aga quod est solempnis consumata id est sepulta quod patet in angelis qui eam sepellierunt solempniter.

a gatha virgo ingenua mente et corpore pulcerrima in urbe Cathanensium deum semper in omni sanctitate colebat. Quincianus autem consiliarius cum esset ignobilis libidinosus et avarus et ydolis deditus ut quia [illegible] nobilitatem timeret quia libidinosus eius pulcritudine frueretur quia avarus eius divicias cupiebat quia ydolatra diis eam facere ymolare affectat quia eam ad se adduci quem cum agnita sui [illegible] et ignobile proposito [illegible] tradidit eam cuidam meretrici nomine Affrodosie et novem filiabus eius turpitudinis ut per triginta dies adherentes ei quoniam animum eius immutaret et nunc prosperitatem letam promittendo nunc aspera comminando a bono proposito revocarent. Cui Agatha: Mens mea super petram solidata est et in Christo Ihesu fundata. Verba vestra venti, promissiones vestre pluvie, terrores vestri flumina que quamvis impingant fundamentum domus mee cadere tamen non valebit. Hec autem dicens flebat cotidie et orabat sitiens ad palmam martyrii pervenire. Videns igitur Affrodosia eam immobilem permanere dixit Quinciano: Facilius saxa possunt molliri et ferrum in plumbi mollitiem converti quam ab intencione christiana huius puelle revocari. Tunc Quincianus fecit eam vocari ad se et ait illi: Cuius condicionis es? Cui illa: Ingenua sum et ex spectabilis generis ut omnis parentela mea testatur. Cui Quincianus: Si ingenua es cur te moribus servilem esse personam ostendis? Et illa: Quia ancilla Christi sum ideo servilem me ostendo personam. Et Quincianus: Dixisti te ingenuam quomodo ancillam te asseris? Illa: Summa ingenuitas est in qua servitus Christi probatur. Cui Quincianus [illegible] non est tue [illegible] ut venus dea tua et tu talis sis qualis fuit deus tuus Jupiter. Tunc Quintianus iussit eam alapis cedi dicens: Iniuriam iudici noli temerarie inferre ore. Agatha: Video quod te virum prudentem ad tantam stulticiam esse devolutum ut illos dicas deos tuos esse quorum vitam non cupias tuam coniugem vel te imitari, ut dicas tibi iniuriam fieri si eorum vivas exemplo. Nam si dii sunt, bonum bonum tibi optavi; sin autem execraris eorum consortium, mecum sentis. Quintianus: Quid verba superflua refers? Aut sacrifica diis aut te faciam variis suppliciis interire. Agatha: Si feras bestias mihi promiseris, audito Christi nomine mansuescunt; si ignem adhibeas, de celo mihi angeli rorem salutiferum ministrabunt; si plagas et tormenta ingeras, habeo spiritum sanctum per quem despicio universa. Tunc iussit eam trahi ad carcerem quia nimis eum publice confundebat. Ad quem leta puella congratulans ibat et quasi ad epulas invitata agonemque suum domino commendabat. Sequenti die Quintianus: Abnega Christum et adora deos. Quod cum renueret, iussit eam in eculeo suspendi et torqueri. Que ait Agatha: Ego in istis penis ita delector sicut qui bonum nuncium audit aut qui videt quem diu desideravit aut qui multos thesauros invenit. Non enim potest triticum in horreum poni nisi theca eius fuerit fortiter conculcata et in paleas redacta; sic anima mea non potest intrare paradisum

[illegible] et [illegible] in alterum [illegible] iussit eam in mamillis torqueri et tortam diu iussit eius mamillas abscidi. Cui Agatha ait: Impie crudelis et dire tyranne, non es confusus amputare in femina quod ipse in matre suxisti? Ego habeo mamillas integras intus in anima ex quibus nutrio omnes sensus meos quos ab infancia deo consecravi. Tunc iussit eam in carcerem recipi, prohibens ingredi medicos et panem et aquam sibi ab aliquibus ministrari seu prebari. Et ecce circa mediam noctem venit ad eam quidam senex quem antecedebat puer luminis secum portans diversa medicamenta et dixit: Consularis te insanus tormentis afflixit, tu eum responsis tuis amplius afflixisti, et licet ubera tua torserit, sed illius ubertas in amaritudinem convertetur. Et cum ibi essem quando patiebaris, vidi quod mamilla tua posset curationis salutem suscipere. Cui Agatha: Medicinalem nunquam corpori meo exhibui, et turpe est ut quod tam diu servavi nunc perdam. Dicit ei senex: Filia, ego christianus sum, ne verecunderis. Cui Agatha: Et unde verecundari possem, cum tu sis senex et grandevus? Ego autem ita lacerata sum quod nullus de me possit malam concipere voluptatem. Sed gratias ago tibi, pater et domine, quia sollicitudinem tuam mihi impendere dignatus es. Cui ille: Et quare non permittis ut te curem? Respondit Agatha: Habeo meum dominum Jesum Christum qui verbo curat omnia et sermone restaurat universa. Hic si vult, continuo potest me curare. Et ridens senex dixit: Et ego eius apostolus sum et ipse misit me ad te; in nomine eius scias te esse curatam. Et continuo beatus Petrus disparuit. Et procidens Agatha et gratias agens invenit se undique sanatam et mamillam suo pectori restitutam.

390

[illegible] fugisset et [illegible]. Hortatur eam quidam ut abiret. Absit inquit ut fugiam ut coronam paciencie perdam et custodes meos tribulacionibus tradam. Post quatuor dies dixit ei Quintianus ut deos adoraret ne graviora supplicia susciperet. Cui Agatha: Verba tua inania sunt et vana aerem maculancia et iniqua. Miser sine sensu et intellectu quomodo vis ut lapides adorem et deum celi dimittam qui me sanavit? Quintianus dixit: Si tu audes Cristum nominare quem nolo audire? Agatha: Dum vixero hunc corde et labiis invocabo. Quintianus dixit: Nunc videbo si Cristus te curabit. Et iussit testas fractas spargi et sub testis carbones ignitos mitti et ipsam desuper nudo corpore volutari. Et dum hoc fieret et ecce terre motus nimius factus est per totam civitatem ita quod domum concussit ut paries corruens duos consiliarios Quintiani opprimeret et omnis populus ad eum concurreret clamans quod propter iniustum Agathe cruciatum hec sic paterentur. Tunc Quintianus ex una parte terre motum et ex alia sedicionem populi metuens ipsam iterum in carcerem recipi iussit, ubi sic oravit dicens: Domine Iesu Criste qui me creasti et ab infancia custodisti et corpus meum a pollucione fecisti et qui amorem seculi abstulisti et qui me tormenta vincere fecisti et in eis virtutem paciencie tribuisti, accipe spiritum meum et iube me ad tuam misericordiam pervenire. Hec cum orasset cum ingenti voce spiritum tradidit circa annos domini CC°LIII° sub Decio imperatore. Cumque fideles eius corpus eius aromatibus condirent et in sarcofago collocarent, iuvenis quidam sericis indutus cum plus quam centum sociis pulcerrimis et ornatis et albis indutis qui numquam in illis partibus visi fuerant ad corpus eius venit et tabulam marmoream ad caput eius ponens ab oculis omnium statim disparuit. Erat [illegible] et patrie liberacionem. Quod sic intelligitur: Mentem sanctam habuit, spontaneam se obtulit et patrie liberacionem fecit. Et miraculo divulgato eciam gentiles et iudei eius sepulcrum venerari ceperunt. Quintianus autem dum ad eius investigandas divicias pergeret, duobus equis inter se frementibus et calcitrantibus et iactatis unus eum morsu oppressit, alter calce ~~percussit~~ percuciens in flumine deiecit, ita quod corpus eius numquam potuit inveniri. Revoluto autem anno circa diem natalis eius mons quidam circa civitatem ruptus eructavit incendium quod currens de monte descendens saxa et terram liquefactam ad urbem cum impetu magno veniebat. Tunc paganorum multitudo de monte descendit et ad sepulcrum eius fugiens velum quo coopertum erat sepulcrum arripuit et statuit contra ignem. Statim ignis stetit et ultra non processit. De hac virgine sic dicit Ambrosius in prefacione: O felix et inclita virgo que meruit pro domino martirium quod laude fidelis clarificaret et suum eciam illustraret et gloriosa gemino illustrata est decore, que ~~in~~ inter ~~ast~~ aspera tormenta preclara miraculis et mistico pollens suffragio apostoli meruit visitacione curari. Sic nupta Cristo suscepit et celestia sic commendari gloriosa fulget obsequia ubi angelorum chorus sanctitatem mentis et patrie indicat liberacionem.

loriosa virgo et martir Dorothea ex patre Dorotheo et matre Theodora progenita ex nobili sanguine senatorum illius temporibus viguit in magna Cesarea Capadocie in terra Romanorum. Beatus Dorotheus spernens idola [illegible] eos [illegible] et duas filiabus Cristen et Calisten pepererat in regnum Capadocie pervenerunt in civitate Cesarea virgo inhabitans genuit filiam de qua nunc intendimus loqui. Hanc quidem more christianorum a quodam episcopo sancto occulte baptizatam et nomen ei apposuerunt utraque imponentes Dorothea. Ipsa autem puella impleta spiritu sancto virtutibus et omni disciplina pariter imbuta, formosa valde super omnes puellas illius regionis et fide pulcherrima, que in pectore speciem angelice castitatis nutriebat. Demum quidam Fabricius prefectus terre illius in amorem virginis stimulatus ut ipsam carnali concupiscentia appeteret, quam mittens pro ea thesauros spondebat et res alias quoque preciosa sponte destinavit tamen pro dote ipsam quam legitime ducendam. Audiens hec dulcissima virgo quasi lutum despiciens terrenas divitias intrepida se Christo desponsatam fatetur. Quod audiens Fabricius furore accensus iussit eam in dolium ferventis olei plenum ipsam ab intro Christi illesa manens plurimum delectabat ac si balsamo ungeretur. Multi autem paganorum videntes hoc miraculum in Christum se converterunt. Fabricius autem putans fieri magicis artibus ipsam in carcere reclusit novem diebus absque alimentis que nutrita est a sanctis angelis. Producitur itaque post novem dies ad tribunal pulchrior quam umquam fuerat et visa cunctis mirantibus quod tot diebus absque cibo tam formosa videtur. Et Fabricius ydalt nisi impia deos adoraveris mox penas eculei non evades. Dorothea respondit: Deum adoro et non demones, dii enim

[illegible] et postea in terra [illegible] adoravit ad domum ut sua audiret precepta et que sit deus solus et non alius preter eum. [illegible] Fabricius columnam et desuper ydolum. Et ecce multitudo angelorum ad inspectum magna contriverunt ydolum quod in quercu pretextu ydoli seu columne fuit inventum et audiunt voces demonum multi in aere ululancium et clamancium: O Dorothea, cur nos devastas? Tunc multa milia paganorum ad Christum manifeste convertuntur, qui omnes palmam martirii ingressi sunt. Tunc igitur beata Dorothea suspensa pedibus elevata in eculeo unguibus ferreis laceratur, corpus eius virgis ceditur et flagellis verberatur. Deinde ad mamillas virgineas facule ardentes applicate sunt et semimortua in carcere usque ad crastinum reclusa est. Demum producta nec ulla macula nec ulla lesio in ea apparuit, de quo et tirannus preses plurimum et plurimum mirabatur. Ait: Adhuc relevata, o amena puella, satis namque castigata es. Et iussit eam duci ad sorores suas Cristen et Calisten, que metu martirii a Christo recesserant, ut sororem suam Dorotheam sibi persuaderent et a Christo avellerent. Dorothea autem sorores alloquens auferens ab eis cecitatem cordis mox ad Christum convertit. Quod audiens Fabricius ambas sorores pariter dorso ad dorsum ligari precepit et in igne poni et cremari. Tunc dixit Fabricius virgini Dorothee: Quousque maleficia nobis protrahis? Aut sacrifica ut vivas aut sententiam

capitali [illegible]
[illegible] que [illegible]
cum sim pro domino Jesu Christo sponso
meo aliquid sustineo in cuius orto
deliciarum rosas cum pomis colli
gam et letabor cum ipsa in eternum.
Quod cum audisset tyrannus in seipso
fremuit precepitque ut pulcher
rima facies eius baculis et
fustibus cederetur quousque tortores
fatigarentur et quod vestigia faciei
non apparerent. De mane educitur
illesa et a salvatore suo curata
capitalique sentencie addicitur. Et
cum extra murum duceretur prothonotarius
eam Theophilus rogavit illusorie
dixit ei ut rosas de viridario
sponsi sui sibi mitteret quod ipsa pro
misit licet tunc tempus maximi frigoris
erat. Dum ergo venit ad locum de
collationis rogavit deum pro
omnibus qui ad honorem sui nominis memo
riam passionis eius agerent et ab
omnibus tribulationibus et verecundia
et paupertate salvarentur et a fla
tione liberarentur et in fine vite
contritionem et remissionem omnium peccatorum
optinerent. Mulieres vero parientes
celerem sentiant in suis doloribus
adiutricem. Et ecce de celo
audita est vox dicens veni dilec
ta veni sponsa mea que petisti
omnia impetrasti pro quibus oravisti
salvi erunt. Gaude ergo virgo in
clita. Cum esset autem ad ictum spiculatoris
apparuit ei puer purpura indutus
discalciatus crispo crine in cuius
veste stelle auree sparse fue
runt ferens in manu sportulam
cum tribus pomis et totidem rosis
afferens virgini Dorothee

[illegible] feminis [illegible] Theophilo
[illegible] et modo illa gra
di [illegible] recessit ad dominum octavo
idus februarii. Et feliciter passa
passa sub Dyocleciano preside et
Maximiano imperatoribus Romanorum
Anno domini CCCviii. Theophilus
autem dum staret in pallacio presidis
vidit pulcherrimum puerum coram se
qui sustulit eum in partem dicens has
rosas cum pomis misit soror mea
Dorothea de paradiso sponsi sui
sicut petisti et mox puer disparuit.
Theophilus vero prorupit in voce cla
mando et glorificando dominum quod in
mense februario dum magna frigo
ra stringunt terram ut aliquod virgul
tum vestitur floribus soror frondibus et
rosas et poma quibus vult mittere
potens est. Propterea cuius nomen sit bene
dictum in secula et ipsius affirmatione
et predicatione fere tota civitas con
vertitur ad dominum. Quod videns dictus tyrannus
Theophilum sicut pluribus generibus
tormentorum quam Dorotheam cruciat
ultimo ipsum precepit in partes minutissimas
secari et bestiis ac volatilibus
ad manducandum proici qui prius
baptismate imbutus est et misterio
corporis et sanguinis Christi communicavit
et sic recessit ad dominum qui glorificat
sanctos suos et ipse glorificatur
in eis qui cum patre et spiritu sancto
et filio et coeternus conregnat deus
in secula seculorum.

Soror beati Benedicti
Scolastica nomine
omnipotenti deo ab
ipso infancie sue tempore
dedicata est et ad celum

[illegible] [illegible] non longe extra ianuam in possessione monasterii descendebat. Quadam die venit sicut mos erat ad eam descendit venerabilis eius frater. Cum totum diem in laudibus dei sacrisque colloquiis ducentes incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent ut inter se sacra colloquia tardior se hora attraheret, Denique soror eius rogavit eum dicens: Quaeso te frater ut me ista nocte non deseras sed usque mane de celestis vite gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est hoc quod loqueris soror mea? Extra cellam meam nullatenus manere possum. Tanta autem celi serenitas preerat ut nulla nubecula appareret. Scolastica autem cum fratris verba negantis audisset manus super mensam posuit et caput in manibus reclinavit deum rogatura. Cumque caput levasset tante coruscationis tonitrui virtus tanta quoque inundatio pluvie erupit ut nec Benedictus nec fratres eius qui cum eo erant extra loci limen pedem movere potuissent. Illa enim lacrimarum fluvios fudit et serenitatem aeris in pluviam traxit. Tunc vir dei contristatus ait: Parcat tibi omnipotens deus soror, quid est quod fecisti? Cui illa: Rogavi te et audire me noluisti, rogavi dominum et exaudivit me. Modo egredere si potes. Sicque totam noctem illam pervigilem duxerunt atque per sacra eloquia sese vicaria revelacione saciaverunt. Et ecce post triduum cum ille ad monasterium redisset elevatis oculis suis sue sororis animam in specie columbe conspexit celi secreta penetrare. Cuius mox corpus eius iussit ad monasterium deferri et in monumento quod sibi preparaverat collocavit.

alentinus quasi valorem tenens hoc est in sanctitate perseverans. Vel dicitur Valentinus quasi valens tyro id est miles Christi. Ipse dicitur tyro valens qui numquam cedit, fortiter ferit, se valenter defen-

[illegible] presbiter [illegible] valent[illegible] [illegible] persequendo venit pa[illegible] [illegible] Valentinus venerabilis presbiter fuit. Cum Claudius imperator ad se adduci fecit et interrogavit eum dicens: Quid est Valentine, cur amicicia non frueris et deos nostros adorans superstitiones abicias vanitatis? Cui Valentinus: Si graciam dei scires ista nequaquam diceres sed ab ydolis animum tuum revocares et deum qui est in celis adorares. Tunc quidam qui Claudio astabat dixit: Quid vis dicere Valentine de sanctitate deorum nostrorum? Cui Valentinus: Ego nihil aliud dico nisi quia fuerunt homines miseri et omni immundicia pleni. Ad quem Claudius: Si Christus verus deus est, cur michi non dicis quod verum est? Cui Valentinus: Vere Christus est verus solus deus in quem si credideris anima tua salvabitur, respublica augebitur et omnium inimicorum tibi victoria concedetur. Respondens Claudius: Viri Romani, audite quam sapienter et recte loquitur homo iste. Tunc dixit prefectus: Seductus est imperator. Quomodo deseremus quod ab infancia tenuimus? Et tunc cor Claudii immutatum est et traditus est Valentinus cuidam principi in custodiam. Cumque ductus fuisset in domum ait: Domine Jesu Christe qui es verum lumen illumina domum istam ut te verum deum cognoscant. Cui princeps: Miror te dicentem quod Christus sit lux. Et quidem si filiam meam cecam illuminaverit faciam quecumque preceperis. Tunc Valentinus orans eius filiam cecam illuminavit et omnes de domo sua convertit. Tunc imperator Valentinum decollari precepit circa annum domini CCLXXX.

uliana dum Eulogio prefecto Nicomedie desponsata esset et nollet sibi aliqualiter copulari nisi crederet fidem Christi, iussit eam pater suus expoliari et gravissime cedi ac ipsi tradi. Cui prefectus dixit: Dulcissima mea Juliana, cur me sic delusisti ut sic renueres deos meos? Cui illa: Si tu adoraveris deum meum acquiescam tibi, alioquin numquam dominus meus eris. Cui prefectus dixit: Domina mea, hoc facere non possum, imperator amputa

fuerat caput [illegible]
tunc [illegible]
ut ego imperatorem non timeam [illegible] talem confitear. Quod vis quia decipere me non valebis. Tunc prefectus iussit eam contundi virgis et dimidia die per capillos appendi et plumbum liquefactum super caput eius fundi. Quod cum nichil ei nocuisset, ipsam cathenis ligavit et in carcerem recludi fecit. Ad quam venit diabolus in specie angeli dicens: Juliana, ego sum angelus domini qui me ad te misit ut te deberem commonere quatenus diis sacrifices ne tam diu crucieris et tam crudeli morte moriaris. Tunc Juliana flens oravit dicens: Domine, non permittas me perire, sed ostendas michi quis est iste qui michi talia persuadet. Facta est autem vox ad ipsam ut eum apprehenderet et quis esset ipsum confiteri cogeret. Que cum eum tenuisset et quis esset interrogaret, dixit ei quod demon esset et quod ad ipsam decipiendam dominus suus misisset eum. Cui Juliana: Et quis est dominus tuus? Dixit: Belzebub, qui ad omnia nos dirigit et facit nos graviter verberari quotiens a christianis fuerimus superati; et ideo scio quod pro malo meo huc veni, quia te superare non potui. Inter cetera autem que confessus est, dixit quod tunc maxime elongaretur cum misterium dominici corporis ageretur et cum orationes fiebant et predicationes. Tunc Juliana manibus retrorsum eum ligavit et ad terram deiciens cum cathena qua erat ligata ipsum durissime verberavit. Diabolus vero clamabat et rogabat eam dicens: Domina mea Juliana, miserere mei. Tunc iussit prefectus ut Juliana de carcere educeretur. Et egrediens trahebat post se demonem alligatum. Demon autem rogabat eam dicens: Domina mea Juliana, noli amplius de me ridiculum facere, non enim amplius potero quempiam prevalere. Christiani debent misericordes esse et tu de me nullam misericordiam habes. Sic ergo per totum forum eum traxit et post eam in quandam cloacam eum proiecit. Cumque ad prefectum venisset, in quandam rotam sic est extensa ut omnia ossa eius usque ad medullam c

[illegible] quibus [illegible] aderat credi[illegible] statim decolati sunt viri quingenti et mulieres centum xxx. Deinde cum in quandam ollam plenam plumbo liquefacto missa fuisset, statim plumbum velud balneum temperatum factum est. Quod videns prefectus maledixit diis suis eo quod unam puellam punire non poterant que tantam iniuriam eis irrogabat. Tunc iussit eam decolari. Que cum ad decolandum duceretur, demon quem verberaverat in specie iuvenis apparens clamabat dicens: Nolite ei parcere quia deos vestros vituperavit et me hac nocte crudeliter verberavit; reddite ergo ei quod meruit. Cumque Juliana paululum oculos aperuisset ut videret quis esset qui talia loqueretur, demon fugiens clamavit: Heu heu me miserum, adhuc puto quod me velit capere et ligare. Cum beata Juliana fuisset decolata, cum ergo navigavit in mari cum xxxiiii viris prefectus, orta tempestate submersi sunt, corpora autem eorum ad mare iactata a feris et avibus comesti sunt.

c

Cathedra triplex dicitur esse, scilicet regalis, secundum illud Regum xxiii: David sedens in kathedra; sacerdotalis, primo Regum primo: Heli sacerdote sedente super sellam; magistralis, Mathei xxiii: Super kathedram Moysi sederunt scribe. Beatus ergo Petrus sedit in kathedra regali, quia fuit princeps omnium regum; sacerdotali, quia fuit pastor omnium clericorum; magistrali, quia doctor fuit omnium christianorum.

c

Cathedra sancti Petri ab ecclesia festive recolitur, quia tunc beatus Petrus apud Antiochiam in kathedrali honore sublimatus fuisse perhibetur. Huius autem solempnitatis institutio quadruplex [illegible] petri [illegible] [illegible] illum [illegible] quia bone ipsum meum [illegible] petrus fidem [illegible] sibi poneret. Ille eum vinculari fecit et sine cibo et potu manere permisit. Sed cum iam pene deficeret resumptis tamen viribus elevatis in celum oculis dixit: Jesu Christe miseratorum miserorum adiutor adiuva me in hiis tribulacionibus deficientem. Cui dominus inquit: Credis te derelictum a me? Mee bonitati detrahis si contra me talia non formidas loqui. Presto est qui tue miserie subveniet. Audiens autem Paulus de incarceracione Petri ad Theophilum venit et se in multis artibus summum artificem asseruit esse, ligna et lapides scire sculpere, tabulas pingere et multa alia industriose operari. Deinde a Theophilo obnixe rogatus ut in eius curia secum consistat, evolutis paucis diebus Paulus ad Petrum ad carcerem absconse introivit, quem videns pene mortuum consumptum amarissime flere cepit et in amplexibus eius cum fletibus deficiebat et prorumpens sic ait: O Petre frater meus, gloria mea, gaudium meum, remedium anime mee, modo meo interventu resume vires tuas. Tunc Petrus aperiens oculos et ipsum agnoscens lacrimari cepit sed sibi loqui non potuit. Et accipiens Paulus vix os eius aperiens et cibum imponens sibi eum refocillavit. Cum autem Petrus cibo confortatus fuisset occurrens in oscula Pauli irruit et ambo pariter infleverunt. Paulus autem occulte rediit et Theophilo dixit: O bone Theophile, magna est gloria tua et curialitas honestati amica, dehonestat multa exiguum malum. Recognosce quid fecisti illi deicole qui dicitur Petrus velud esse magnum aliquod, pannosus deformis nature consumptus solo sermone clarescit et talem te non decet in carcerem ponere qui potius si sua libertate frueretur posset tibi in aliquo utilis esse. Non sic de illis homines aliqui [illegible] sanaret [illegible] paulo [illegible] si indicaret [illegible] posset et semper de carcere liberabitur. Cui Paulus: Sicut Christus suus a mortuis resurrexit ut dicunt qui tamen de cruce descendere noluit, sic Petrus ut arbitror hoc exemplo se non liberavit et pati pro Christo non formidat. Cui Theophilus: Effare ergo ut filium meum iam per quatuor annos mortuum resuscitet et incolumem eum reddat et ego liberabo eum. Tunc Paulus promisit. Ingrediensque ergo Paulus dixit quod resuscitacionem filii principis spopondisset. Cui Petrus: Rem magnam promisisti sed dei virtute facillimam. Deinde Petrus eductus de carcere monumento aperto pro eo orans continuo surrexit. Licet per omnia verisimilia hec esse non videntur, ut autem Paulus quanta astucia se talia subtilia sciret componere finxerit et ut summa innominis per quatuor annos suspensa fuisset. Tunc Theophilus et universus populus Anthiochie et alii quamplures in domino crediderunt et gloriosam ecclesiam fabricaverunt in cuius medio excelsam kathedram locaverunt et Petrum ut ab omnibus videri et audiri posset exaltaverunt, in qua septem annis sedit et post ea veniens Romam in Romana kathedra sedit xxv annis. De primo tamen honore ecclesia recolendo celebrat et tunc primo prelati ecclesie ceperunt loco, potestate et honore sublimari. Tunc ergo impletum est illud quod dicitur in psalmo: Exaltent eum in ecclesia plebis. Et nota quod triplex est ecclesia in qua beatus Petrus fuit exaltatus, scilicet in ecclesia militancium, malignancium et triumphancium. In hac triplici ecclesia exaltatus est secundum triplicem festivitatem quam de eo ecclesia agit. Item fuit exaltatus in ecclesia militancium eidem presidendo et eam in fide et in moribus laudabiliter regendo, et quantum ad sollempnitatem hodiernam que dicitur kathedra, quia super Anthiocenam ecclesiam tunc pontificatum accepit et eam annis septem laudabiliter rexit. Secundo est exaltatus in ecclesia malignancium ipsam scilicet dissipando et eam ad fidem convertendo et hoc pertinet ad sollem que [illegible] ecclesiam dissipavit et [illegible] Tertio quia tam in ecclesia triumphanti [illegible] ipsam feliciter introducendo et sic quilibet ad eius solemnitatem que est passionis eius quia tunc passionis eius quia tunc in ecclesiam triumphantem intravit. Secundo est quod pluribus aliis sanctis ecclesia de ipso ter in anno festivitatem facit, scilicet propter privilegium et propter officium et propter beneficium, insuper propter debitum et propter exemplum. Propter privilegium quia beatus Petrus ab aliis apostolis in tribus fuit privilegiatus, propter que ecclesia ter in anno eum honorat. Fuit enim pre ceteris dignior in auctoritate quia princeps apostolorum extitit et claves regni celorum accepit; ferventior in amore, maiore enim fervore Christum dilexit quam ceteri, sicut in multis locis evangelium manifestat; et efficacior in virtute, nam ad umbram Petri, sicut in actibus apostolorum legitur, infirmi sanabantur. Secundo propter officium quia ipse officium prelationis super universalem ecclesiam habuit, et ideo sicut Petrus fuit princeps et prelatus totius ecclesie que divisa est in tribus partibus mundi, scilicet Affrica, Asia et Europa, ita ter in anno celebrat ecclesia festum eius. Tertio propter beneficium quia ipse qui potestatem accepit ligandi atque solvendi liberat nos a tribus generibus peccatorum, scilicet cogitationis, locutionis et operationis, vel quod in deum vel quod in proximum vel quod in nos peccamus. Vel istud beneficium potest esse triplex beneficium aliud quod virtute clavium Petri in ecclesia prosequimur, primum scilicet absolutionis a reatu offense, secundum pene purgatorii in temporalem commutationem, tertium pene temporalis secundum partem relaxationem, et propter quod triplex beneficium Petrus tripliciter honoratur. Quarto propter debitum, quia enim triplex ipse pavit et pascit nos, scilicet verbo, exemplo et temporali subsidio, tres obligamur ut eum tripliciter honoremus. Quinto propter exemplum, ut nullus peccator desperet etiam si ter sicut beatus Petrus dominum negaverit, si tamen eum sicut ipse ~~vel~~ sic corde velit, ore et opere confiteri. Secunda causa institutionis hec est que quidem de Itinerario Clementis [illegible] eum et [illegible] et obviam nudis pedibus [illegible] cilicio se induens et caput pulvere conspergentes, asserentes penitentiam quod credidissent eum Mago Simoni. Petrus vero eorum penitentiam videns gratias deo egit. Tunc illi obtulerunt homines repletos languoribus et demonibus fatigatos, quos cum Petrus ante se poni iussisset et super eos nomen domini invocasset, immensum lumen ibidem apparuit et omnes protinus sunt sanati, currentes et osculantes vestigia sancti. Tunc infra dies septem plus quam decem milia hominum baptisma susceperunt. Ita Theophilus princeps civitatis illius domum suam in basilicam consecrari et ibidem Petro kathedram in ecclesia collocari ut ab omnibus hominibus videretur et audiretur. Nec istud contrarium est his que superius dicta sunt. Potuit enim fieri quod Petrus per operationem Pauli a Theophilo et omni populo magnifice sit susceptus, sed recedente Petro Symon magus populum pervertit et contra Petrum incitavit. Postmodum vero penitentiam agens iterum honoravit Petrum et eum populus honorabiliter recepit. Hoc autem festum de inkathedratione sancti Petri consuevit appellari festum epularum sancti Petri, et sic tertia causa festi institutionis sumitur. Consuetudo enim antiquitus gentilium erat, ut ait magister Johannes Beleth, singulis annis in mense Februario certo die offerre epulas super tumulos parentum suorum, ut eas demones de nocte consumerent; ipsi autem ab animabus circa tumulos errantibus, quas umbras vocabant, vastari putabant. Solebant enim antiqui dicere, ut idem ait, quod quamdiu in humanis corporibus sunt dicuntur anime et in inferis manes; spiritus vero eas vocabant quando ad celos ascendebant, umbras quando recentes erant sepulture sive quando circa tumulos errabant. Hec autem consuetudo de ipsis epulis vix a christianis potuit extirpari, quod sancti patres attendentes et penitus hoc extirpare volentes festum de inkathedratione sancti [illegible] adhuc aliqui festum sit post quartum vero [illegible] instituta est et servanda corona clericalis. Notandum enim quod iuxta quorundam traditionem corona clericorum hinc sumpsit exordium. Dum namque dominus Petrus Antiochiae praedicaret, in contumelia nominis Christiani summitatem eius capitis abraserunt, quod quidem in memoriam toti clero traditur ad honorem, quod primo apostolorum principi in contumelia fuerat irrogatum. Circa ipsam autem coronam clericorum tria attenduntur, scilicet capitis abrasio, capillorum obtruncatio et formae circulatio. Abrasio autem in superiori parte capitis fit triplici ratione, quarum duas assignat Dionysius in ecclesiastica hierarchia dicens: Detruncatio capillorum significat mundam et non formalem vitam. Ab capillorum enim detonsione sive capitis abrasione tria sequuntur, scilicet munditiae conservatio, deformatio et denudatio. Munditiae conservatio est quia capillis sordes in capite aggregantur. Deformatio quia capilli ad ornatum sunt dati. Significat ergo tonsura mundam et non formalem vitam habere, scilicet quod clerici debent habere munditiam mentis intus et non formalem, id est non acquisitum habitum exterius. Denudatio autem significat quod inter se et Deum nullum habere debent medium, sed immediate debent Deo uniri et revelata facie gloriam Domini speculari. Per capillorum detruncatio fit quod hoc datur intelligi quod clerici omnes cogitationes superfluas a mente sua debent abscindere et ad verbum Dei se auditum paratum expeditum habere et omnia temporalia propter quod ad necessitatem a se penitus removere. Fit autem circularis figura multiplici ratione. Primo quia haec figura non habet finem nec principium, per hoc datur intelligi quod clerici sunt ministri Dei qui non habet principium. Secundo quia haec figura nullum habet angulum, et significat quod clerici non debent habere sordes in vita eorum, ubi angulus ibi sordes, ut dicit Bernardus. Et debent habere veritatem in doctrina, quia veritas angulos non amat, sicut dicit Ieronimus. Tertio quia haec figura est omnium figurarum pul[illegible] [illegible] debet [illegible] in mente et operibus in [illegible] conversatione. Quarto haec figura est omnium figurarum simplicissima. Nulla enim, ut dicit Augustinus, quae una linea consistit, sola circularis figura est quae una tantum linea clauditur, per quod significatur quod clerici debent habere simplicitatem columbarum iuxta illud: Estote simplices sicut columbae.

m

athias hebraice donatus a domino interpretatur, latine vero donatio boni vel humilis sive parvus. Nam donatus fuit a domino, cum ipsum de numero electum et in loco [illegible] apostolos designavit. Donatio boni fuit quia sorte electus est et inter apostolos enumerari promeruit. Parvus fuit quia semper veram humilitatem servavit. Est autem triplex humilitas, sicut dicit Ambrosius: prima scilicet afflictionis, qua quis dicitur humiliatus; secunda considerationis et procedit ex cognitione creatoris; tertia quam beatus Mathias [illegible] patiendo, scilicet ipsum despiciendo circa maiestatem Dei admirando. Vel dicitur a manu, quod est bonum, et thesis, positio, unde Mathias quasi bonum positum pro malo, scilicet pro Iuda. Eius vita quae per ecclesias legitur Beda scripsisse legitur.

m

athias substitutus est. Sed primo ortum et originem ipsius Iudae breviter videamus. Legitur enim in quadam historia licet apocrypha quod fuit quidam in Ierusalem nomine Ruben, qui alio nomine dictus est Simeon de tribu Iuda, vel secundum Ieronimum de tribu Ysachar, qui habuit uxorem quae Cyboria nuncupata est. Quadam autem nocte cum sibi mutuo debitum solvissent, Cyboria obdormiens somnium vidit, quod perterrita cum gemitibus et suspiriis viro suo retulit dicens [illegible]

in quo fugiendo [illegible]
gentis nostre perditionis causa ex-
titisset ~~cui~~ cui Ruben nefandam
inquit rem vidisti nec relatu dignam
profers et spiritu puto phitonico raperis
Cui illa Si me concepisse sensero et
filium pariero absque dubio ~~non~~ non spiritus
phitonicus extitit sed relacio certa fu-
it. Procedente ergo tempore cum filium pepe-
risset parentes plurimum timuerunt et quid de
eo facerent cogitare ceperunt Cumque
filium ~~abhorreret~~ abhorrerent occidere nec
vellent destructorem sui generis enutrire
ipsum in fiscella positum mari exponunt
quem marini fluctus ad insulam que Sca-
rioth dicitur propulerunt Ab illa ergo insula
Judas Scarioth dictus Regina ergo loci
illius carens liberis ad litus maris causa
spaciandi processit et fiscellam a marinis
fluctibus iactatam videns ipsam aperiri
precepit inveniensque ibi puerum eligantis
forme suspirans ait O si tante solacio
sublevarer sobolis ne regni mei suc-
cessore privarer Puerum igitur secreto nu-
triri precepit et se gravidam simulavit
Tandem se filium peperisse mentitur et per
totum regnum fama hec celebris divulgatur
Princeps autem suscepta sobole exultat et
ingenti gaudio plebs gaudet Ipsum autem
secundum magnificentiam regiam educari precepit
Non post multum vero temporis regina a rege
concepit et suo tempore filium parturivit Cum
autem pueri aliquantulum iam crevissent ad-
invicem sepius colludebant sepius et puerum
regium Judas crebris molestabat iniurijs
et ad fletum sepius provocabat Regina
autem moleste ferens et Judam ad se non
pertinere sciens ipsum crebrius verberabat Sed
nec sic Judas a molestia pueri non de-
sistebat Tandem res panditur et Judas
non verus regine filius sed inventus esse
aperitur Quod Judas ut comperit vehe-
menter erubuit et fratrem suum putativum
filium regis latenter occidit Ob hoc ca-
pitalem sententiam timens cum tributarijs
in Jerusalem aufugit seque curie Pylati

[illegible]
[illegible] sibi [illegible] abiles Pylatus
[illegible] suis moribus invenit congrue-
re Et ideo valde cepit eum esse carum
Universe igitur curie Pylati Judas preficitur
et ad eius nutum cuncta disponuntur
Quadam igitur die Pylatus de pallacio
suo in quoddam pomerium aspiciens illorum
pomorum captus est tanto desiderio ut pe-
ne videretur sibi quod vellet deficere E-
rat illud pomerium patris Ruben
Jude patris nec Judas patrem nec Ruben
filium cognoscebat quia et ipsum Ruben
in marinis fluctibus putabat perisse
et Judas quis pater aut que patria sua fu-
erit penitus ignorabat Pylatus itaque
accersito Juda ait tanto illorum po-
morum fructu sum captus desiderio quod
si hijs fructibus ~~fraudatus~~ frustratus fuero
spiritum exalabo Concitus igitur Judas po-
merium insilijt et velociter poma car-
pit Interea Ruben venit et Judam supra
poma carpentem invenit Fortiter ambo
contendunt et iurgia superaddunt post
iurgia surgunt ad verbera et mutuis
se verberibus afficiunt Tandem Judas
Ruben in ea parte qua cervix collo
connectitur lapide percussit et occidit
pariter Poma igitur sustulit et Py-
lato quid acciderat enarravit Jam
die inclinante et nocte superveniente
Ruben mortuus invenitur et subita-
nea morte preventus esse putatur Tunc
Pylatus omnes facultates Ruben Jude
dedit ~~et~~ et Cyboream Ruben uxo-
rem Jude in coniugium tradidit Quadam
igitur cum Cyborea graviter suspiraret
et Judas vir eius quid haberet inter-
rogaret illa ait Heu infelicissima
sum omnium feminarum quia infantulum
meum marinis fluctibus immersi et vi-
rum meum preventum morte inveni sed
et dolori meo misero Pylatus addidit
dolorem qui me mestissimam et invi-
tissimam tibi in coniugem copulavit

[illegible] in [illegible] penitentia ductus [illegible] historia domini in festo [illegible] et precis felicitatis veniam imploravit. Hec usque in predicta hystoria legitur. Que utrum sint recitanda lectoris arbitrio committitur. Dominus autem fecit eum suum discipulum et de discipulo in suum elegit apostolum, qui sic sibi fuit familiaris et dilectus ut eum suum faceret procuratorem. Qui tamen postmodum extitit proditor. Portabat enim loculos et ea que Christo dabantur furabatur. Dolens vero ante Christi passionem de unguento quod ccc denarios valebat et non fuit venditum, quod illos ccc denarios furaretur, abiit et dominum pro xxx denariis vendidit, quorum quisque valebat x denarios usuales, et ita damnum unguenti ccc denariis compensavit. Vel ut quidam dicunt, omnium que Christo dabantur decimam partem furabatur, et ideo pro decima parte quam in unguento amiserat pro xxx denariis dominum vendidit, quos penitentia ductus retulit et abiens laqueo se suspendit. Et suspensus crepuit medius et diffusa sunt viscera eius. In hoc delatum est ori ne per os eius diffunderetur. Non enim dignum erat ut per os tam viliter inquinaretur quod tam gloriosum os scilicet Christi contigerat. Dignum etiam erat ut viscera que proditionem conceperant rupta caderent et guttur quo vox proditoris exierat laqueo artaretur. In aere etiam interiit ut qui angelos in celo et homines in terra offenderat ab angelorum et hominum regione separaretur et in aere cum demonibus sociaretur. Cum igitur inter ascensionem et penthecosten apostoli simul essent in cenaculo, videns Petrus quod numerus apostolorum erat diminutus, quos ideo dominus elegerat ut fidem trinitatis in quatuor mundi partibus predicarent, surrexit in medio fratrum dicens: Viri fratres, oportet ut aliquem loco Jude substituamus qui testetur nobiscum resurrectionem Christi, quia dixit nobis: Eritis [illegible] nisi [illegible] qui viderit et audierit [illegible] testimonium [illegible] eligendum est ex his viris qui nobiscum semper fuerunt et domini miracula viderunt et eius doctrinam audierunt. Et statuerunt duos de lxx duobus discipulis, scilicet Joseph qui cognominatus est Justus propter sanctitatem suam, qui fuit frater Alphei Jacobi, et Mathiam, de cuius laude subticetur; enim sufficit ei pro laude quod in apostolum est electus. Et orantes dixerunt: Tu domine qui nosti corda hominum, ostende quem elegeris ex his duobus accipere locum ministerii huius et apostolatus quem Judas amisit. Et dederunt illis sortes et cecidit sors super Mathiam et annumeratus est cum undecim apostolis. Et notandum quod hoc exemplo, ut ait Jeronimus, non est sortibus utendum, quia privilegia paucorum communem legem non faciunt. Rursus ut ait Beda, donec veniret veritas figuram licuit observare. Vera enim immolata hostia fuit in passione, sed in festo penthecostes consummata, et ideo in electione Mathie sortibus usi sunt ne a lege discreparent, in qua summus sacerdos sorte querebatur. Post penthecosten vero iam veritate propalata septem dyacones non sorte sed apostolorum electione et manuum impositione ordinati sunt. Cuiusmodi autem huiusmodi sortes fuerint, sanctorum patrum constat sententie fuerunt due. Jeronimus enim et Beda volunt quod hee sortes tales fuerunt quales ille quarum in veteri lege celeberrimus usus erat. Dyonisius autem qui fuit apostoli discipulus irreligiosum hoc estimat arbitrari, asserens sibi videri quod illa sors nichil aliud fuit nisi quidam splendor et radius divinitus super Mathiam dimissus per quem ipse estimabatur in apostolum assumendus. Ait enim sic in libro ecclesiastice ierarchie: De divina autem sorte que super Mathiam divinitus cecidit alii quidem alia dixerunt non religiose, sic arbitror. Dicam autem et ipse intentionem dicta

Vice [illegible]
Mathias quidem [illegible] sortitus sibi Mathias apostolatum [illegible] electorum susceptus. Hic igitur Mathias Iudeam in sortem suscepit et predicationi ibidem insistens, multa miracula faciens in pace quievit. In nonnullis vero codicibus legitur quod patibulum crucis pertulit et tali martirio coronatus celos [ascendit]. Huius corpus Rome in sancta Maria maiori sub lapide porphiretico dicitur esse sepultum. Et ibidem caput eius populo demonstratur. In quadam vero legenda alia invenitur. Sic enim ibi legitur: Mathias de tribu Iuda et civitate Bethleem ~~clarissimorum~~ illustri prosapia oriundus fuit, qui eruditus litteris eruditus omnem legis et prophetarum ~~[illegible]~~ scientiam apprehendit. Lasciviam quoque abhorrens pueriles annos morum maturitate vincebat. Informabatur quoque eius animus ad virtutem ut esset ad intelligentiam habilis, ad misericordiam facilis, in prosperis non elatus, in adversis constans et intrepidus. Satagebat ut quod verbo preciperet opere impleret. Cuius doctrina magnis operationum monstrabatur. Hic cum per Iudeam predicaret, cecos illuminabat, leprosos mundabat, demones expellebat, claudis gressum, surdis auditum, mortuis vitam restituebat. Cumque eum coram pontifice accusarent et multis [illegible] respondit: De obiectis que crimina dicitis non multa dico, christianum esse non est crimen sed gloria. Cui pontifex: Si tibi dantur indutie, vis penitere? At ille: Absit ut a veritate quam semel inveni per apostasiam regrediar. Igitur Mathias in lege erat devotissimus, corde mundus, animo prudens in solvendis questionibus, [illegible] acutus in consilio, providus in sermocinatione expeditus. Cum ad verbum dei per Iudeam predicaret, multos signis et prodigiis convertebat. Unde Iudei invidentes ipsum in consilio sisto statuerunt. Duo igitur falsi

[illegible] quo lapidatus est [illegible] secum petivit sepeliri. Tum ad lapidantes securi more Romanorum percutitur. Et expansis in celum manibus spiritum deo tradidit. Huius corpus de Iudea Romam delatum, de Roma Treverim est translatum. In quadam vero alia legenda legitur quod cum Mathias Macedoniam advenisset et fidem Christi predicaret, eidem potionem [illegible] sibi dederunt, quam in Christi nomine bibit et nullam lesionem sensit. Et cum illa potione plures quam ducenti [illegible] l. excecati essent, ille autem singulis manus imponens omnes illuminavit. Dyabolus autem in similitudine infantis eis apparens suasit ut Mathiam occiderent qui eorum cultum evacuabat. Et cum ipse in medio eorum consisteret, tribus diebus eum querentes invenire non poterant. Tercia autem die se manifestans eis dixit: Ego sum quem queritis. Eum statim post tergum manibus ligatis et fune collo imposito crudeliter affixerunt et sic in carcere recluserunt, ubi demones apparentes ei dentibus in eum fremebant sed appropinquare non poterant. Dominus autem cum multo lumine ad eum veniens ipsum de terra levavit et vincula eius solvens et dulciter confortans hostium aperuit. Qui egressus verbum dei predicabat. Cum autem quidam obstinati persisterent, dixit eis: Denuncio vobis quod vivi in infernum descendetis. Et statim terra aperuit et eos deglutivit. Reliqui vero ad dominum conversi sunt.

a

pud Sebastenam Armenie minoris civitatem XL militum tempore Lucinii regis sub preside Agricolano qui post vincula et carceres post cesas lapidibus facies missi sunt in stagnum ut gelu constricta corpora eorum nocte dirumperentur. Cum autem de illis XL effectus esset unus pusillanimis, refugit ad balneum. Thermas quoque ut tetigit calorem ~~statim~~ statim resolutus reddidit spiritum. Quod videntes ceteri

78

[illegible] solvere ipsos [illegible] respiciens [illegible] super eos et glacies dissoluta est [illegible] porte qui eos custodiebant somno gravabant. Clavicularius vero solus vigilabat, cum audiens orantes videns quoque tantam lucem et glaciem resolutam respiciens unde esset ipsa lux sursum vidit super sanctos coronas descendentes numero XXXIX et cepit cogitare dicens: XL cum sint et unius corona ubi est? Excitans clavicularius alios custodes proiecit vestimenta in facie sua in facies eorum et coniunxit nudus in stagnum clamans et dicens: Verus deus christianorum. Hoc autem facto impiissimi tyranni miserunt satellites et invenerunt clavicularium annumeratum ipsis martiribus in loco unius qui ceciderat. Cum fideles ut compissent, coactis omnibus transeuntes ad litus crura eorum confregerunt atque crudelissime martirium consummaverunt. Nomina autem martirum hec sunt: Domicianus, Eunoicus, Silvanus, Gratius, Allexander, Johannes, Claudius, Athanasius, Valens, Hellianus, Chelliodon, Theodius, Acharius, Iulianus, Helius, Theodolus, Cirillus, Flavius, Severianus, Sirion, Valerius, Eudion, Sancton, Priscus, ~~[illegible]~~ Eutiacus, Smaragdon, Effiolection, Actius, Viralius, Kisimarus, Domnus, Theosibus, Sanpius, Agogius, Leontius, Isicius, Caius, Sergius, Candidus. Quorum unus Melithior nomine qui erat omnium etate iunior et cruribus fractis adhuc supervixit, timens vero mater eius que astabat ne in laboribus deficeret virili animo hortabatur eum dicens: Expecta modicum, sustine. Ecce Christus iam ad ianuam stat adiuvans te. Cumque cetera corpora bigis imposita fierent ad incendium ducenda, solvit propria non solum suum delictum que ministri adhuc relinquerent quia sperabant quod possent eum ad cultum demonum inclinare si viveret. Tollens quoque mater eum super humeros suos virili gressu sequebatur vehicula. Cumque portaretur puer inter amplexus matris animam celo reddidit.

[illegible] supremum corpus pluribus [illegible] venerare [illegible] et sepulturam [illegible] combusta sunt igitur corpora eorum et in flumine proiecta. Sed divina dispensatione reliquie eorum integre sunt invente et honore digno condite.

regorius dicitur a grex et gore

quod est predicare sive dicere, inde Gregorius quasi predicator gregis. Vel Gregorius in nostra lingua vigilans sonat, quia ipse vigilavit deo, sibi et gregi: sibi per munditie conservationem, deo per internam contemplationem, gregi per assiduam predicationem. Per hec tria meretur dei visionem. Augustinus in libro de ordine ait: Videt deum qui bene vivit, bene studet et bene orat. Eius vitam scripsit Paulus Longobardorum historiographus, quam Johannes diaconus postmodum diligentius compilavit.

regorius senatoria stirpe progenitus pater Gordianus et mater Silvia dicebatur. Qui cum iam supremum philosophie apicem in ipsa sua adolescentia attigisset et vere divitiarum quoque copia plurimum abundaret, de hec omnia cogitavit deserere et in religionem se transferre. Sed dum longius conversionem proferret et tutius se Christo famulaturum putaret si sub pretore urbani habitu septennis deserviret, multo cepere multa contra eum quod seculi cura succresceret, ita ut ~~non spe~~ in eo spe retineretur sed mente. Tandem patre orbatus sex monasteria in Sicilia construxit, septimum intra menia urbis sub honore sancti Andree apostoli in proprio domate fabricavit. In quo relictis sericis auro gemmisque radiantibus vili monastico quoque habitu tegebatur. Ubi ad tantam perfectionem in brevi devenit ut in ipso conversionis sue initio posset iam inter perfectos [illegible] prestans in pr[illegible] posita aquarum [illegible]. Infelix animus meus occupationis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit et quomodo ei labentia cuncta subter erant quantum rebus omnibus que volvuntur supereminebat quod nulla nisi celestia cogitare consueverat quod etiam retentus corpore ipsa iam carnis claustra contemplatione transiebat quod mortem quoque que pene cunctis pena est videlicet ut ingressum vite et laboris sui premium amabat. Tanta denique districtione corpus suum afflixit ut infirmato stomacho subsistere vix valeret et incisionem vitalium quam greci sincopam vocant paciens crebris angustiis per horarum momenta ad exitum appropinquaret. Quadam vice quedam in monasterio suo ubi abbas preerat scriberet angelus domini in specie naufragi sibi astitit sibique ut misereri lacrimabiliter postulat. Cui cum Gregorius sex argenteos dari fecisset et abiisset eadem die iterum rediit se multa perdidisse et pauca recepisse proclamavit qui cum ab eo sex totidem argenteos accepisset. Item tercia die rursus nimis postulavit. Sed cum Gregorius a procuratore sui monasterii didicisset nil esse quod dari posset preter scutellam argenteam in qua mater sua sibi legumina mittere solebat in monasterio remansisse ille sibi statim dari precepit quam ille libenter accipiens letus abiit. Hic autem angelus domini fuit sicut se sibi revelavit. Quadam die beatus Gregorius per forum urbis Rome transiens vidit quosdam pueros forma pulcherrimos vultu venustos capillorum nitore precipuos esse venales. Interrogavit quod mercatorem de qua illos patria attulisset. Qui respondit De Britania cuius incole simili candore refulgent. Interrogavit iterum si christiani sunt. Cui mercator ait Non sed paganismi erroribus ~~implicite~~ implicati tenentur. Tunc beatus Gregorius acriter ingemiscens ait Heu pro dolor inquit quam splendidas facies princeps tenebrarum nunc possidet. Interrogavit insuper quod esset

[illegible] vitam poterit [illegible] quod nomen illa provincia. Cui mercator provinciales illi Deiri vocantur. Et Gregorius Bene inquit Deiri quia de ira eruentur. Rursus de nomine regis interrogati ait mercator quod ille rex vocaretur Alla. Et Gregorius Bene inquit quia in illis partibus oportet decantari alleluia. Continuo mox ad summum accedens pontificem cum multa instancia et precibus vix obtinuit ut ad illos convertendos mitteretur. Cumque iam iter arripuisset Romani de eius absencia plurimum conturbati papam adeunt et eum talibus alloquuntur: Petrum offendisti Romam destruxisti Gregorium dimisisti. Sic quod papa perterritus ad eum revocandum continue nuncios destinavit. Cum autem Gregorius iter tercia die iam peregisset et et in quodam loco diutius ceteris quiesceret legenti quedam locusta superveniens eum coegit a legendo quiescere. Et per consideracionem sui nominis docuit eum in eodem loco stare debere. Et ille spiritu prophetico dictus statim comites adhortatur ut velocius debeant proficisci sed supervenientibus apostolici nunciis redire compellitur. Licet de hoc plurimum contristaretur. Tunc papa eum a monasterio suo retraxit et suum dyaconem cardinalem ordinavit. Quodam tempore Tyberis fluvius alveum suum egressus in tantum excrevit ut super urbis muros effluxeret et plurimas domos subverteret. Tunc etiam per Tyberim fluvium multitudo serpentium cum dracone magno in mare descendit sed a fluctibus suffocati ad littus proiecti totum aerem sua putredine corruperunt. Sic quod plaga pessima quam inguinariam vocant secuta est ita ut etiam corporali visu sagitte celitus venire et singulos quosque percutere viderentur. Que primo omnium Pelagium papam percussit et sine mora extinxit. Post modum vero in reliquum vulgus desevit ita ut subtractis habitatoribus domos plurimas in urbe vacuas relinqueret. Sed quia ecclesia [illegible] processionem septiformem letanias instituit et ut deum omnes attentius exorarent admonuit. Cunctisque deum omnibus propterea congregatis exoraret iterum lues ipsa desevit ut in una hora lxxx homines spiritum exalaret, sed nequaquam cessavit populum admonere ut nequaquam ab oratione cessaret donec pestem ipsam misericordia divina repulsaret. Finita processione fugere voluit sed nequivit quia nocte dieque portas urbis propter eum vigiles observabant. Tandem mutato habitu a quibusdam negociatoribus obtinuit et in quodam dolio super carrigatam de urbe educeret. Qui mox silvas petiit cavernarum latibula requisivit ubi cum tribus diebus fuit, iam tamen cum sollicitate quereretur columna lucis perfulgida a celo descendens super locum in quo latitabat apparuit, in qua columna angelos ascendentes ac descendentes quidam reclusus respexit. Mox ergo ab universo populo capitur trahitur et summus pontifex consecratur. Quod vero ad hoc honoris culmen invitus ~~descen~~ ascenderit qui vitam suam legit patenter advertit. Nam in epistola ad Narsum patricium sic ait: Dum contemplationis altitudinem describitis ruine mee iam gemitum renovastis quia audivi quid intus perdidi dum foras ad culmen regiminis immeritus ascendi. Tanto autem me percussum merore cognoscite ut vix loqui sufficiam. Nolite ergo me vocare Noemi id est pulchram sed vocate me Mara quia amaritudine plena sum. Item alibi ait: Quia me ad episcopatus ordinem rex cogitasset pervenire, si me diligitis plangite quia rogo incessanter defleo atque pro me deum exoretis rogo. In prologo quoque super dialogum sic ait: Ego occasione cure pastoralis animus meus secularium hominum causa negocia patitur et post tam pulchram quietis speciem actus pulvere fedatur. Perpendendo itaque quod tollero perpendendo quod amisi dum intueor

[illegible] huius fluctibus [illegible] in tanta tempestate [illegible] pravitatis et ad portum vite stabilis [illegible] quam perpetuo ducti oculis volens suspirando. Sed quia adhuc romanam civitatem pestis vastabat more solito processionem cum letaniis quoddam paschali tempore ordinat, in qua ymaginem beate virginis que adhuc ut aiunt Rome est quam Lucas evangelista medicus et pictor egregius fecisse dicitur et eidem simillimam per omnia esse perhibetur ante processionem reverenter portari fecit. Et ecce tota aeris infectio et turbulentia ymagini cedebat ac si ipsam ymaginem fugeret et eius presentiam ferre non possit. Sicque post ymaginem mira serenitas et aeris puritas remanebat. Tunc in aere iuxta ymaginem audite sunt voces angelorum cancentium: Regina celi letare alleluia, quia quem meruisti portare alleluia, resurrexit sicut dixit alleluia. Statim beatus Gregorius quasi sequens subiunxit: Ora pro nobis rogamus alleluia. Tunc Gregorius vidit super castrum Crescentii angelum domini qui gladium cruentatum tergens in vaginam revocabat. Intelligensque Gregorius quod pestis illa cessasset et sic factum est. Unde et castrum illud castrum angeli deinceps vocatum est. Tandem ut desideraverat Augustinum, Mellitum et Johannem cum quibusdam aliis in Angliam misit et eos suis precibus ad fidem convertit. Tante autem humilitatis beatus Gregorius extitit ut se nullatenus laudari permitteret. Nam Stephano episcopo qui eum in suis epistolis laudaverat ita scripsit: Multa vos et ultra quam audire debui indignum favore in epistolis vestris dixistis et cum scriptum sit: ne laudes hominem in vita sua, et si audire tunc talia indignus fui orationibus vestris peto ut dignus efficiar ut si bona ideo in me dixisti quia non sunt ideo sint quia dixisti. Item in epistola ad Narsum patricium: quod in nominum similitudine facientes prescriptas clausulas seu clausulas declamationes que formant [illegible] [illegible] patriarchas [illegible] dei vocatur sic in epistola ad Anastasium patriarcham Anthiochenum: Quod vos medium lucernam dixistis, quod loquendo multis prodesse multis posse lucere perhibetis, in estimacione mea michi fateor indubitacionem maximam duxistis. Considero namque qui sim et nullum in me de hoc bono signum deprehendo. Considero vero qui estis et vos mentiri posse non arbitror. Cum ergo credere volo quod dicitis, contradicit michi infirmitas mea; cum disputare volo quod in laude mea dicitur, contradicit michi sanctitas vestra. Sed queso vir sancte nobis aliquid de certamine vestro conveniat, ut ~~vos~~ si non quod dicitis. Verbula iactancia vel vanitatem [illegible] sonancia respuebat. Unde Eulogio patriarche Alexandrino, qui eum universalem papam vocaverat, ita scribit in prefacione epistole: Quam ad me direxistis superbie appellacionis verbum universalem papam dicentes imprimere curavistis. Ergo peto dulcissima vestra sanctitas a modo non faciat, quia vobis subtrahitur quod alteri plus quam racio exigit prebetur. Ego enim verbis prosperari non quero sed moribus, nec honorem esse puto in quo fratres meos suum honorem perdere cognosco. Ideo verba que vanitate inflant tantum respuerit. Hinc est enim quod Johannes episcopus Constantinopolitanus hoc verbum vanitatis sibi usurparet et se universalem papam vocari fraudulenter a synodo obtinuisset, inter cetera sic de eo scribit Gregorius: Quis est iste qui contra statuta evangelica, contra canonum decreta novum sibi nomen usurpare presumit? Utinam vel sine imminucione sit unus qui appetit esse universalis. Verbum eciam iussionis sibi a coepiscopis dici nolebat. Unde ait in epistola ad episcopum Eulogium Alexandrinum: Michi loquitur caritas vestra: sic iussistis. Quod verbum iussionis peto a meo auditu removere, quia sencio quis sum et qui estis: loco enim michi fratres estis, moribus patres. Insuper ob nimiam humilitatem qua erat preditus

[illegible] [illegible] quod semel dici potest sepius dicitur ancilla vestra et ancilla vestra. Ego enim qui per episcopatus onera omnium servus sum, qua racione ancillam michi te dicis, cuius iam ante susceptum episcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem deum ne aliquando hoc verbum in tuis scriptis ad me inveniam. Propterea in suis epistolis semper se servum servorum nominat et alios nominari instituit. Libros suos dum adhuc viveret ob nimiam humilitatem publicare noluit, et in aliorum comparacione suos nichil valere existimavit. Unde Innocencio prefecto Africe sic scribit: Quod de exposicione sancti Job vobis transmitti voluistis, vestro studio congaudemus. Sed si deliciose cupitis saginari, beati Augustini compatriote vestri opuscula legite, et ad comparacionem illius similaginis nostros furfures non queratis. Nec enim volo dum in hac carne sum et que dixisse me contigerit ea facile hominibus innotescere. Legitur quod in quodam de greco in latinum translato quod quidam sanctus pater nomine Johannes ad Romam visitandum apostolorum limina venisset. Ad beatum Gregorium papam per medium civitatis transire voluit et cum occurrere ac ut decebat reverenciam exhibere tenderet, videns beatus Gregorius quod in terram vellet se vellet prosternere, festinavit et prius se coram ipso in terram prostravit, nec prius surrexit quoadusque abbas prius surgeret, in quo maxima eius humilitas commendatur. Tante autem largitatis et elemosinarum extitit, ut non solum presentibus sed eciam longe positis, eciam in monte Synai monachis necessaria ministraret. Nam omnium mendicancium nomina scripta habebat et eis liberaliter subveniebat. Monasterium reclusis instituit et dei famulis illuc degentibus necessaria mittere procuravit. Tribus quoque milibus ancillarum pro quottidianis stipendiis LXXX libras auri annuatim offerebat. Cottidie ad mensam suam peregrinos quoslibet invitabat, inter quos die quadam unus accessit, in cuius manus dum ipse ex humilitate aquam fundere vellet [illegible]

[illegible] [illegible] ei per visionem dominus dicens: ceteris diebus me in membris meis recepisti, hesterna autem die in me ipso suscepisti. Alio quoque die precepit sacellario ut xii peregrinos ad prandium invitaret, qui precepti iussa complevit. Dum autem simul discumberent, intuens papa xiii numeravit et accersito sacellario cur contra iussionem suam tredecim presumpsisset invitare inquisivit. Tunc sacellarius numerans et tantum duodecim inveniens ait: Crede michi pater quod non sunt nisi xii. Animadvertit Gregorius unum propinquius discumbentem vultum crebro mutare et nunc adolescentem, nunc vero velut venerandam quandam caniciem simulare. Finito itaque convivio eum in cubiculum induxit, vehementer adiurans ut ei se nomine suo prodere dignaretur. Cui ille dixit: Ut quid interrogas de nomine meo quod est admirabile? Verumtamen scito quod ego sum naufragus ille cui scutellam argenteam tradidisti, quam tibi mater miserat cum leguminibus, et quod tibi pro certo sit cognitum quod ab illa die quo eam michi dedisti destinavit te dominus fieri ecclesie sue presulem et Petri apostoli successorem. Cui Gregorius: Et unde tu nosti quod me dominus preesse ecclesie sue destinavit? At ille: Quia angelus eius sum et me tibi dominus destinavit nunc ut te semper debeam protegere et omne quod petieris per me apud ipsum valeas impetrare. Statimque disparuit. Eodem tempore fuit quidam heremita vir magne virtutis qui omnia propter deum reliquerat et nichil preter unam cattam possidebat, quam blandiens crebro quasi cohabitatricem in sinu gremiis refovebat. Oravit igitur deum ut sibi ostendere dignaretur cum quo sperare remunerationis mansionem sibi deberet, qui illius amore nil ex seculi divitiis possideret. Quadam igitur nocte sibi revelatum est ut cum Gregorio Romano pontifice sibi mansionem sperare deberet. At ille sic suspirans ingemiscens parum sibi voluntariam

[illegible] paupertatem sibi profuisse [illegible] tempore qui tantis mundialibus divitiis habundaret. Cum igitur Gregorii divitias sue paupertati die noctuque suspirando conferret, alia nocte audivit dominum sibi dicentem: Cum divitem non possessio divitiarum sed cupiditas faciat, cur audes paupertatem tuam Gregorii divitiis comparare, qui magis illam cattam quam habes cotidie palpando diligere comprobaris quam ille qui tantas divitias quas non amando sed ipsas contempnendo cunctis liberaliter largiendo dispergit. Itaque solitarius deo gratias retulit et qui meritum suum decrevisse putaverat si comparatus esset, oravit ut cum eo mansionem quandoque mereretur. Cum apud Mauricium imperatorem et filios eius super morte cuiusdam episcopi falso accusaretur, sic ait in epistola cuidam apocrisiario scribens: Unum est quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, quia si ego servus eorum in morte Langobardorum me miscere voluissem, hodie Langobardorum gens nec reges nec duces nec comites haberet et esset in summa confusione divisa. Sed quia deum timeo in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido. Tante humilitatis fuit quod cum esset summus pontifex imperatorem dominum vocabat, se eius servum appellabat. Tante innocentie quod in mortem suorum consentire nolebat. Cum Mauricius imperator Gregorium et famulos dei persequeretur, inter cetera dum ei scriberet, sic scripsit Gregorius: Quia cum peccator sim, credo quod omnipotentem deum tanto vobis plus placatum facitis quanto me male servientem magis affligitis. Quadam igitur vice monasticum habitum induens, spatam evaginatam gestans, tenens [illegible] imperatore minis quibus [illegible] [illegible] [illegible] tus asperime [illegible] et ut propriae irae dolenti iustitiae pro eo quatinus ipsum in hac vita de malis suis dignus puniri deberet et non puniret examini extremo reservaret. Quadam igitur vice vidit se Mauritius ante tribunal stare iudicis et iudicem proclamare: Capite Mauritium. Et accipientes eum ministri ipsum ante iudicem posuerunt. Cui iudex: Ubi vis reddi tibi quae in iste seculo perpetrasti? Tunc ille dixit: Hic rogo eam misericors domine et non in futuro seculo retribuas. Statimque divina voce iussit tradi Mauritium uxorem filios et filias Focae militi occidendas. Quod et factum est. Non post multum temporis Focas quidam miles ipsum cum tota familia gladio occidit et ei in imperio successit. Cum autem apud sanctam Mariam maiorem in die pasche missam celebraret Gregorius et Pax domini pronunciaret, angelus domini alta voce respondit: Et cum spiritu tuo. Unde papa apud illam stationem in die pasche facit ut sibi cum dicit Pax domini in signum miraculi testimonium non respondetur. Quadam tempore cum Traianus imperator ad quoddam bellum properare festinaret, et quaedam vidua occurrit flebiliter dicens: Quaeso domine ut sanguinem filii mei innocenter perempti digneris vindicare. Cui Traianus: Si sanus rediero, vindicabo. Et vidua dixit: Et quis mihi praestabit si tu in praelio mortuus fueris? Traianus: Ille qui post me imperabit. Cui vidua: Et quid proderit si alter mihi iustitiam fecerit? Traianus dixit: Utique nihil. Et vidua: Nonne melius tibi est ut iustitiam mihi tu facias et mercedem pro hac recipias quam alteri transmittere?

[illegible] [illegible] [illegible] equo descendit [illegible] [illegible] nimis discurreret lascive filium cuiusdam viduae interemit. Quod cum Traiano vidua lacrimabiliter exponeret, ipse filium suum qui hoc fecerat loco filii sui defuncti tradidit et magnifice ipsam dotavit. Cum igitur quadam vice diu iam defuncto Traiano Gregorius per forum transiret et eius mansuetudinis iudicii recordatus fuisset, ad basilicam beati Petri pervenit et ibi pro errore tanti amarissime flevit. Tunc sibi divinitus responsum est: Ecce petitionem tuam complevi et Traiano poenam aeternam pepercit. De cetero autem diligentissime caveas ne pro damnato aliquo preces fundas. Damascenus autem in quodam sermone narrat quod cum Gregorius pro Traiano orationes funderet, audivit sibi vocem divinitus illatam: Vocem tuam audivi et veniam Traiano do. Cuius rei, ut ibidem dicitur, testis est oriens et occidens. Super hoc autem quidam dixerunt quod Traianus fuit revocatus ad vitam ubi gratiam promeruit et sic gratiam obtinuit, nec erat in inferno finaliter deputatus nec sententia diffinitiva damnatus. Alii dicunt quod anima Traiani non fuit simpliciter a reatu poenae aeternae absoluta, sed poena eius usque ad tempus scilicet ad diem iudicii est suspensa. Alii dicunt quod poena quoad locum vel ~~modum~~ modum aliquem tormenti sub conditione fuit taxata donec orante Gregorio per Christi gratiam ~~locus~~ locus vel modus mutaretur. Alii ut Iohannes diaconus qui hanc legendam compilavit dicunt quod non legitur orasse sed flevisse et sic quae deus ~~misericordia~~ misericordia concedit quod [illegible]

[illegible] ab inferni cruciatibus [illegible] [illegible] valet enim anima in inferno esse et inferni cruciatus non sentire. Alii dicunt quod pena eterna consistit in duobus scilicet in pena sensus et in pena dampni que est carencia divine visionis. Pena igitur eterna quantum ad primum est sibi dimissa sed quantum ad secundum est sibi relicta. Addit quoque quod et angelus illud adiecerit: quia cum pro dampnato rogasti duorum tibi datur optio: aut enim in purgatorio duobus diebus cruciaberis aut certe toto tempore vite tue infirmaberis et doloribus fatigaberis. Qui elegit toto tempore vite sue doloribus conteri quam duobus diebus in purgatorio cruciari. Unde factum est ut semper aut febribus laboravit aut podagre molestia pressus fuit aut variis doloribus quassatus aut dolore stomachi mirabiliter cruciatus. Unde in quadam epistola sic loquitur dicens: tantis podagre tantis molestiarum doloribus premor ut vita mea gravissima pena sit. Quottidie enim in doloribus deficio et mortis remedium expectando suspiro. Item alibi: Dolor michi modo lentus est modo nec ita nimius ut interficiat. Unde fit quod ut qui quottidie in morte sum repellar a morte. Sic autem me insertio noxiorum humorum imbibit ut michi vivere sit pena et mortem desideranter expectem quam gemitibus meis solam credo esse remedium. Quedam matrona ubi Gregorius singulis diebus dominicis panes offerebat. Cumque iste post missarum solempnia corpus dominicum sibi offerret et diceret: Corpus domini nostri Ihesu Christi custodiat te in vitam eternam, lasciva mulier sub-

[illegible] [illegible] dominice corporis super altare reposuit post modum coram toto populo matronam interrogavit quid ad tam ridere presumpsisset. At illa: quia panem inquit quem propriis manibus feceram tu corpus dominicum appellabas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris se prostravit et surgens particulam ad instar digiti carnem reperit factam et sic matronam ad fidem reduxit. Oravit iterum et carnem illam conversam in panem vidit et matrone sumendum tradidit. Quibusdam principibus aliquas preciosas reliquias petentibus aliquantulum de sancti Johannis ewangeliste dalmatica tradidit quod illi suscipientes tamquam vilem reliquiam cum indignacione reddiderunt. Tunc beatus Gregorius oracione facta cultellum peciit et pannum illum pupugit de cuius punctionibus sanguis protinus emanavit. Sic quam preciose esset reliquie divinitus est ostensum. Quidam dives Romanorum relicta coniuge fuerat a pontifice ~~communione~~ communione privatus. Ergo ille molestissime ferens sed auctoritate tanti pontificis evacuare non valens magorum suffragia requisivit qui se suis carminibus acturos promiserunt ut immisso demone tam diu caballum pontificis vexarent quousque cum sessore suo periclitaret. Cumque Gregorius aliquando super caballum equitaret immisso demone magi eius equum tam fortiter vexare ceperunt ut nequaquam ab aliquo teneri valeret. Tunc Gregorius revelante spiritu sancto dyabolicam suam missionem et circumstantibus [illegible] facto signo crucis tam caballum a presenti vexatione liberavit quam sessorem, quam maleficos a perpetua cecitate mutavit qui tandem sua confitentes [illegible] voluntate ne alii relegerent [illegible] voluit eos in [illegible] subsidio [illegible] precipit.

Legitur quoque in libro qui a Grecis lxiiij dicitur quod abbas qui preerat monasterio sancti Gregorii ipse eidem nunciavit quod quidam monachus penes se numismata tria habebat, quem Gregorius in aliorum terrorem excommunicavit. Qui post modicum tempus sibi moritur sancto Gregorio nesciente, qui iratus quod sine absolucione mortuus fuerat oracionem in epitaphio scripsit qua eum ab excommunicacionis vinculo absolvebat. Dedit quoque eam diacono papiers ut eam super foveam simul legeret. Quo iussa complente sequenti nocte qui defunctus fuerat abbati apparuit et se usque nunc in custodia detentum sed heri absolutum se fore perhibuit. Officium et cantum ecclesiasticum ordinavit et scolas cantorum instituit et per hoc duo habitacula, unum iuxta basilicam sancti Petri, alterum penes Lateranenses fabricavit, ubi usque hodie est lectus eius in quo recumbens modulabatur et flagellum eius quo pueris minabatur cum antiphonario autentico veneracione congrua reservatur. In canone hoc apposuit: diesque nostros in tua pace disponas atque ab eterna dampnacione nos eripias et in electorum tuorum grege numerari iubeas. Tandem beatus Gregorius cum sedisset annis xiij et mensibus sex et diebus decem plenus bonis operibus migravit a corpore, in cuius tumba versus sunt scripti: Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum, spiritus astra petit, leti sibi nil iura nocebunt, cui vite alterius mors magis ipsa via est. Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulcro, qui vivit in innumeris semper ubique bonis. [illegible] vinificato deo affluxerunt. Obiit autem anno ab incarnacione domini DCvi sub Foca imperatore. Post mortem sancti Gregorii regione tota fames invasit maxima, unde pauperes quos liberaliter [illegible] pascere consueverat [illegible] semper taliter instruit: Si Gregorius ad famam sue laudis auctoritas populos cunctos suscipere, nos autem pascere non valemus. Et sic eos semper vacuos remittebat. Unde sanctus Gregorius ter ei apparuit et hunc ter blande de sua detraccione et tenacitate corripuit. Quia ille de nullo se emendabat, unde illi quarto apparens terribiliter increpavit et in capite letaliter percussit, cuius dolore vexatus in brevi vitam finivit. Deinde autem predicta fames adhuc instaret quidam invidi Gregorium ceperunt detrahere asserentes quod totum thezaurum ecclesie tamquam prodigus consumpsisset, unde ad eius vindictam ad comburendum eius libros ceterorum animos incitaverunt. Quorum cum quosdam combussissent et iam ceteros comburere vellent, Petrus dyaconus eius familiarissimus cum quo quatuor libros disputaverat vehementissime restitit, dicens hoc ad eius delendam memoriam nil valere, cum in diversis mundi partibus alia exemplaria teneantur, asserens iam sacrilegium esse tali patri tot et tales libros comburere super cuius caput ipse spiritum sanctum in specie columbe frequentissime perspexit. Tandem ad hanc eos sententiam adduxit ut si illud quod dixerat iureiurando confirmans continuo mori meruisset ipsi a librorum combustione desisterent. Si vero mori non meruisset sed superstes sui testimonii extitisset, ipse quoque combustoribus se in manus daret. Asserens quod Gregorius sibi dixisset quod nisi imminente de visione columbe publicaret et per se vivere non valeret. Ita quod ad apparatum dyaconi [illegible] libro [illegible]. Venerabilis Petrus levita mox tactis sacrosanctis ewangeliis Gregorii sanctitati testimonium perhibuit a dolore mortis interveniente spiritum inter verba vero confessionis efflavit. Quidam monachus monasterii sancti Gregorii penes se peculium congregavit. Beatus igitur Gregorius alteri monacho apparens dixit ut sibi denunciaret [illegible] et periculum [illegible] bus adeo [illegible] ut a faucibus dependens ei terrae usque ad horam tertiam prae nimio medio linguam protendens ab ore ultra palmum mitti videretur. Sed cum circumstantes monachi coram eo psallerent, tandem psalmodiam interrumpentes ei detrahere coeperunt. Ille continuo reminiscens et oculos subridendo aperiens ait: Parcat vobis dominus, fratres, quae michi detrahere voluistis, nam impedimentum non modicum contraxi quia tunc a vobis quam a diabolo accusatus sub uno tempore nesciebam cui calumniae primitus responderem. Sed cum quemlibet migrantem videritis eum non detrahatis sed eius passionem impediatis utpote qui tam districti iudicis cum examinatore suo incedit ad iudicium. Raptus namque ad iudicium cum diabolo steti et adiuvante me sancto Gregorio cunctis eius obiectionibus bene respondi. Tantum de una obiectione eius nimium convictus pro qua ut vidistis taliter fui vexatus et adhuc non potui me liberare. Cumque fratres ea requirerent ait: Non audeo dicere quia cum ad vos a beato Gregorio iussus fui venire diabolus de hoc plurimum conquestus putabat quod me ad penitentiam agendam pro illa causa ~~[illegible]~~ deus remitteret. Ergo ad beatum Gregorium vado ne quondam calumnia revelaret. Quo facto clamans dixit: O Andrea, Andrea, male pereas qui malo consilio ad peccatum compulisti, et revolutis terribiliter oculis expiravit. Erat autem in urbe quidam nomine Andreas qui eodem momento quo ei monachus praedixerat imprecatus fuerat tantum gravem morbum incidit ut defluentibus carnibus consumi posset, mori non posset. Cum monachis sancti Gregorii monasterium convocatis confessus est quod cum praedicto monacho quasdam monasterii ~~monacho~~ cartulas rapuisset ac susceptas pro eis compotacionis dedisset. Ergo quia is qui diu mori non poterat vix verba suae confessionis finem compleverat. Eo tempore ut in vita sancti Eugenii legitur dum adhuc Ambrosianum officium magis [illegible] statuimus quod Gregorianum officium [illegible] universaliter observari [illegible] Karolus imperator congregator omnes per diversas districtus provincias ivit clericos minis et suppliciis ad hoc ipsum cogebat ut libros Ambrosii ubique comburerent, multosque clericos incarcerabat. Proficiscens igitur beatus Eugenius episcopus invenit ipsum consilium pro tribunali iam solutum. Sed tamen providentia domini papae sic induxit episcopos praelatos qui consilio interfuerant et iam per partes diversas recesserant convocavit. Consilio autem congregato omnium pari voluntate hec firmatum fuit una ut missale Ambrosianum et Gregorianum ponerentur super altare beati Petri apostoli et fores ecclesiae optime clauderentur et plurimorum episcoporum sigillis diligentissime munirentur. Et ipsi tota nocte orationi insisterent ut dominus per aliquod signum revelaret quod eorum ab ecclesiis magis servari vellet. Sicut igitur per omnia ut ordinaverant facientes mane ianuas ecclesiae ~~apperi~~ aperuerunt et utrumque missale super altare apertum invenerunt. Vel ut alii asserunt missale Gregorianum penitus dissolutum hinc et illuc dispersum invenerunt, Ambrosianum autem solum apertum super altare in eodem loco invenerunt ubi ipsum posuerunt. Quo signo divinitus sunt edocti ut Gregorianum officium per totum mundum dispergi, Ambrosianum autem tantum in ecclesia sua observari. Sic ergo sancti patres divinitus sunt edocti et statuerunt et sic usque hodie observatur. Narrat Johannes diaconus qui vitam beati Gregorii compilavit quod dum vitam eius conscriberet et compilaret quidam vir sacerdotalis insignitus ei dormienti ad lucernam ut sibi videbatur assistit scribenti. Cui desuper tenuissima vestis erat ut eius interiora nigredo subterioris tunicae appareret. Hic propius accessit et inflatis buccis in risum continere non potuit. Cumque Johannes eum interrogaret cur vir tam gradus officii sic dissolute rideret, ait: Quia tu scribis de mortuis quos nunquam vivos vidisti. Cui Johannes: Et si illud non viri [illegible] lectione et ille [illegible] sicut voluisti scripsisti et [illegible] ego quod facere poteras non cessavi. Hoc quod illi lumen lucerne contigit et sic perterruit ut vehementer exclamans se putaret ab illo gladiis iugulatum. Ergo quod Gregorius affuit comitante secum dextrorsum beato Nicolao, sinistrorsum vero beato Petro diacono. Cui quod dixit: Modice fidei, quare dubitasti? Cumque post cortinam lecti adversarius latitaret, Gregorius de manu Petri diaconi magnam fere accipiens quam tenere videbatur, eius quod flammis os faciemque ipsius et nares ad instar ethiopum denigravit; quedam vero scintilla perpusilla cadens in corpus veste candidatam ipsam circumquaque conspersit. Sic quod nigerrimus totus apparuit. Dixit quod Petrus beato Gregorio: Satis denigrasti eum. Cui Gregorius: Non enim eum non denigravimus sed nigrum fuisse demonstravimus. Sic illo quod ibidem relicto multo lumine abierunt.

Cum iussu principum impiorum persecutio christianorum per totum mundum seviret et eis obedientes consules ac pretores Daciane Valencie vicinis civitatibus studiose pareret, ut quicumque christicole punirentur tormentis. Accidit ut capitulum quidam pro cultu re obstinate mentis rabidi quod consilio Sathane dum in civitate ~~periculosam~~ per universum venisset, dirigeret quod quecumque minorem crudelissimus quod de vicinis civitatibus episcopos congregaret et dum devenisset universis civitatibus vel oppidis adunati erant, catenati ac vincti ferro ducebantur. Inter quos erat sanctus Vincentius cum episcopo suo Beorgio puniebantur aut per diversa tormenta ut catenarum ferrique plurimis auferri pondera; quod et in manibus et in cervicibus sustinebat et per omnes atque mortis supplicia patiebantur iussu vero impiissimi iudicis tandem

[illegible] manifeste [illegible] sacrilegos qui maiestati deorum detrahunt et iussa principum dicentes non esse deos Iovem, Herculem, Mercurium, Saturnum, Neptunum, Chironem, Minervam, Venerem, Iunonem et Dianam qui regunt orbem terrarum et gubernant imperia imperatorum et dant fruges terre, sed unum predicant Christum deum celi qui a Iudeis legitur crucifixus. Ad hec sanctus Vincencius respondit: Christus non solum inquit legitur crucifixus sed et mortuus, tercia quod die a mortuis resurrexit, deinde venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Omnes enim quos vos deos et deas nominatis nichil sunt et ad nichilum ~~redibunt~~ redigentur opera vero (ista) sunt hominum mortuorum. Cui ad dictum eius nunc aliquam virtutem habent, similiter virum vos et plus equum loquentem ad eos si ad vos audiant et videant, adorabimus eos. Qui non precipitemur ad ignem aut perfugam spiritu paganorum turba inflata frementi voce insibilans ait: Clamat ait iudices respublica iam per eos cessat et ad iniurias deorum adhuc audent ~~tempore~~ principe. Tunc valens quidam consularis dixit: Dicite nunc pontifices nostri vos longabiles re postulaverunt christianum contemptibus corpore et si iniurias ipsi obloquuntur in eos iniquis inferunt et nos crimine immunes sunt placant iudicibus. Postquam et quod ubi magnum intraverunt in templum ubi plures edicule erant simulacrorum erat et maxime altaris porrigebat hymnos vobis psallentes et dicentes: Dii qui celum et terram non fecerunt pereant et omnis dii gentiles ut illis fiat qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Et irrites (?) domum altaris diverte confundantur omnes qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulacris suis. Et continuo omnia quotque loco et ordine ydola tota ceciderunt et confracta sunt. Sed autem omnis turba paganorum territa fugit et egressus diabolus a statua martis flagellat contra et horribilis terribilibus dicens: Heu vos dei iam non prevalet et mortui de illa [illegible] corpe et [illegible] et du in vno loco se pe conuenissent et sacra misteria celebrarent misit capitulinus et rapuit ex eis vincencium sanctum episcopum reliquos iussit interfici quos sepellierunt xpiani. Aut amonitione diuina quidam ~~[illegible]~~ Eustasius nomine et religiosus tollens corpus sancti Bergini dyaconi et condigens illud aromatibus abscondit vsque dum liceret reducere ad ecclesiam ciuitatis post dies aliquot nostro tempore comitates de super septa ciuitate vel xpiani remeauerunt cum sacro corpore memiam et sepulture tradiderunt illud in porticu ecclesie celebratur vbi ibi prestantur beneficia eius vsque ad hodiernum diem. Insaciatus est paucis diebus iussit capitulinus produci sanctum vincencium episcopum qui in obscuris locis erat quottidie maturius et ait ad eum collige tibi quem deos meos contempsisti vbi sunt. Sanctus vincencius episcopus subdit illi modo sunt in paradiso vbi tu non es dignus introire. Et si tu tui ipse liberare non potueris a supplicio tu quo liberum potes a penis inferni. Aut capitulinus furore repletus dixit apparitoribus suis ut a sacrificet deo soli et lune a applicate ei tormenta. Cui sanctus vincencius subdit Si placet velles audire et scripturas diuinas recipere dicam tibi quid sunt Sol et luna et vtrum dii an creatura possunt vocari appellari. Capitulinus dixit ~~furore repletus apparitoribus suis ut~~ lude vincenti. Aut beatus vincencius subdit in libro psalmorum loquitur propheta ad creatorem omnium visibilium et invisibilium celestium et terrestrium dicens domine deus meus videbo celos tuos opera digitorum tuorum lunam et stellas que tu fundasti. Item in alio loco dicit Confitemini domino qui fecit luminaria magna solus Solem in potestatem diei lunam et stellas in potestatem noctis. Item alibi laudate dominum sol

[illegible] ipse magnum [illegible] sunt que euidenter ondit a [illegible] sunt luna et si adhuc queris de libencius vis audire et intelligere in principio Genesis capitulo primo inuenies lucidus qualiter ad humanum seruitium sunt formata sunt et tu deos facis et adorari iubes. Cristus potius adoret qui fecit omnia. Sed Aut ira seue promitur torquet vincencium episcopum cedit flagellat conuitiis et in mare proiecit at inde liberatur. Aut iterum iubet vincencius episcopus ad cellulam suam fatigato in sanctis laboribus corpore factus quam die dominico missarum sollemniis corpus domini ad saluatoris nostri percipiens et fratribus vale dicens senex et plenus dierum in omni perfectione sanctum deo tradidit spiritum

In Barchilona ciuitate prouincie Hyspanie sub Daciano preside

seua fuerat xpianis orta tempestas. Nam cum benedictus vincencius prius ad martirium processerat vna cum episcopo glorioso valerio illic ecclesie erat quedam virgo nomine Eulalia annorum circiter xiiii mente et corpore casta religione pudica ~~castitate~~ castitate summa docebatur igitur a Donato quodam sancto presbitero ut fateretur xpm amplius quam vereretur. Sed interueniente die quadam Daciano preside in Barchilona Donatus presbiter paul a ciuitate secesserat et fama autem sanctissime virginis mox inditi manifestatur. Statim ab officionalia sacrilitate propugnali iubet eam inquiri. Dum inuenta adducitur. Tunc cum tante glorie virgo latere poterat quod volebat Dacianus preses dixit ad eam infantula angelica tristis florida etatem perdere queris. Sancta Eulalia subdit Ego annorum sum xiiii sufficiat in transitoria vita. Et aliud credo et spero beatam. Dacianus dixit ista te vanitas vanorum non seducat Sed attende et sacrifica diis a quibus potius honorari et sponsum inuenire diuitem. Sancta Eulalia subdit Habeo sponsum inmortalem dom [illegible] menta possis evadere [illegible] respondit: Non timeo tormenta [illegible] nam nolo potestatem nisi solius dei qui eam dedit. Dacianus dixit: Ergo te de ha- [illegible]. Sancta Eulalia respondit: Parata sum ad omnia. Dacianus dixit: Auxilium me commovet et adhuc tue misereor infantie. Sancta Eulalia respondit: Misereatur tui deus nam quod ~~[illegible]~~ anima tua maledicta. Dacianus dixit: Afferte fustes de mala arbore cum spinis conspoliantes eam per circuitum cedite. Sancta Eulalia respondit: Hec sunt mine tue crudelissime multum minores sed magis confortas. Dacianus dixit: Afferte oleum et succendite in manibus eius ardentes perfundite. Sancta Eulalia respondit: Amplificatur ignis tuus frigus et oleum candens non calefecit me sed calefecit me caritas Christi quem quero. Dacianus dixit: Afferte calcem vivam et in illam ipsam immergite et aquam superfundite. Eulalia respondit: Auxiliabitur mihi deus et me de manibus tuis liberabit quia non pro me sed pro Christo patior istas penas. Dacianus dixit: Plumbo ollam implete vehementer et calefactum ante ipsam afferte et super lectum nudam sternite primo penam audite illi si forte gustare ad deos quia si sacrificare noluit ita eam perfundite. Sancta Eulalia que quotidie benedicti Cirsi passionem in memoria retinens legebat amplissimo roborata ardore cum penam ante se allatam videret, elevans oculos suos ad celum dixit: Deus verus veni ad liberandum ancillam tuam. Credidi quod benedicto Cirso adhuc gentili mistum es et ad te cum ~~[illegible]~~ clamasti ita ad te gente me nunc et continuo obstupuit plumbum qui bulliebat ad manus Eulalie vero sunt frigidum. Videns autem Dacianus miraculum obstupuit et a dyabolo actus in furore se vertit et dixit: Afferte virgas et ardentes cum fragmenta testule afferte et fricate eius plagas. Sancta Eulalia dixit: Miserere domine ancille tue ne inspiciant corpus meum sed magis conforta me quia reliqueris

[illegible] excruciari [illegible]. Sancta Eulalia respondit: Sacrifica tu et omnes principes tui, ego autem sacrificabo deo meo hostiam vivam meipsam illi offerens ut ipse pro me oblatus est. Dacianus dixit: Si Christus deus est quem credis quomodo in cruce ut Christus passionem accepit. Sancta Eulalia respondit: Suscepit quidem passionem ut Christus quia humanitatem pro nobis suscepit et in se similem formam peccatoris induit ut nos in libertatem adduceret. Dacianus dixit: Ipsemet te cruciabo tua et libenter ego sed non audio. Sacrifica diis ne forte maiora tibi parentur tormenta. Sancta Eulalia respondit: Domine mea adiuvas vota quam inferes tormenta sed quod cogitasti fac ut me in omnibus in Christo facias victorem. Dacianus dixit: Ego te puto commilitem. Sancta Eulalia dixit: Vincere me tu non potes quia vincit te qui pugnat pro me. Dacianus dixit: Candelas incendite et ad latera eius ponite. Sancta Eulalia respondit: Osculatum est cor meum fortius inclita sum in Christo. [illegible] dixit: Utique ~~[illegible]~~ carnifices cogitate novam penarum [illegible] in quam malum cogitate et componite synapem et acetum afferte et in nares eius infundite ~~[illegible]~~ calcem et oleum super plagas eius aspergite. Sancta Eulalia respondit: Synape non intelligo et acetum non sentio, puto vinum in conditum dedisti in calcem et oleo non nocuisti me sed confortasti viscera mea. Dacianus dixit: Caminum succendite et illuc eam mittite donec deficiat. Succendunt igitur secundum preceptum iudicis caminum. Ducitur puella a ministris que in medio flamme in fornace psallere cepit ac dicere: Adducentur regi virgines post eam, afferentur in letitia et exultatione. Dacianus igitur deambulabat in pretorio et proximus locus erat ubi fornax ardebat. Cumque virginem psallentem audisset ait suis: Puto victi sumus ne autem gloriari se putet educite eam ad Stirronem iudicem et deducatur augusti paciatur decalvata et distincta in publicum ut eius virginitas omnibus reveletur. Cumque hec fieret Sancta Eulalia dixit [illegible] confessio dns Eu. fugit ergo ydolis sacrificare noluit et victam [illegible] educite et decollate eam orauit ut ne ipsam afferte ab oculis meis protinus Eulalia vidit ait nota est facies mea domine nullus mei ne pereat a te et ad venientem thronum iudicii domini mei Jesu Christi recognoscas faciem meam in illa die ut multi tremiti et contrito corde crediderunt in deum et ab ydolis recessent Eulalia dum decollata est caput eius resilijt ab ea et exiuit de corpore eius in specie columbe Sepelierunt autem eam Donatus presbiter qui ad martirium eam primitus confortauerat Martirisata est autem beata Eulalia in Barchilona ciuitate quarto ydus decembris Sub Daciano preside

Vedastus qui ve das estus afflictionis et pene. Ve quam ve distantis quia ve eternum ab eo distat quod dampnati semper dicent ve sibi sit qui deum offendi ve qui dyabolo consensi. ve quia natus fui qui mori non valeo. ve quia male torqueor. ve quia numquam liberor

Vedastus a beato Remigio in Atrabatesem episcopum fuit ordinatus qui cum ad portam ciuitatis venisset eam ibi duos pauperes unum cecum et alium claudum petentes elemosinam invenisset dixit eis argentum et aurum non est michi hoc autem quod habeo hoc tibi do et facta oracione utrosque sanavit. Cum autem in quadam ecclesia deserta vepribus oppleta lupus habitaret eidem precepit ut inde fugeret ne ultra illuc redire auderet quod et factum est. Demum cum verbis et operibus multos convertisset xl annis in episcopatu vixit columpnam a celo usque ad terram in domum suam descendentem vidit finemque suum adesse considerans

[illegible] ei numquam sufficeret [illegible] magis pre sensu rerum dolens quod corpus eius videre non poterit lumen recepit Set post mortem eius eciam suum lumen amisit

Temporibus Juliani imperatoris fuit quidam vir Rome de genere senatorum nomine Appollinus qui habuit uxorem nomine Dianam de qua genuit filiam et nomen matris eius imponens vocavit eam Dianam Accidit autem ut Gordianus cum uxore sua et tota sua familia baptismum susciperet et a Juliano imperatore propter fidem et baptismum martirisati et omnes essent angeli animas eorum cum gaudio ad regna celorum portaverunt Cum autem Appollinus audisset famam Pollicarpi et vidisset christianorum constantiam cepit intra se cogitare quis aut qualis esset deus christianorum pro quo tam libenter magis mori quam vivere optarent et quale premium sue passionis consequerentur post mortem Hec cogitante audiuit vocem de celo dicentem sibi Appolline audi et vide et voca filiam tuam. et cum vocata esset iterum audiuit eandem vocem quam prius audierat Dicens Ego sum angelus missus ad te a deo ad ostendendum tibi quis sit deus christianorum et quod sit eorum meritum quia hoc desiderasti Ecce quomodo si velis perge cum filia ad Pollicarpum episcopum qui vos baptisabit et induet vos vestimentis novis signabitque vos signaculo sancte crucis Et sic videbitis deum omnipotentem qui est deus christianorum Hijs dictis statim angelus discessit ab eis Alia autem die mane surgens Appollinus cum filia sua perrexit ad Pollicarpum episcopum et sicut angelus dixerat totum referebat Audiens autem hoc Pollicarpus quod tam magnus et nobilis vir [illegible] repletus gaudio dixit Appollinus [illegible] patrem et filium et spiritum sanctum esse unum deum omnipotentem verum et salvatorem omnium. Deinde dixit ~~dme~~ filie sue Diane credo et tu similiter que vidit credo in deum celi et terre qui est unus deus et non est alius preter illum cum claritate ego video. Tunc Policarpus baptisavit eos in nomine patris et filii et spiritus sancti induens eos vestimentis novis signans que eos signaculo sancte crucis mutavit nomen Diane et vocavit eam Apoloniam a nomine patris sumens illud. Statim que apertum est celum et viderunt filium dei sedentem et milia milium angelorum ita quod pre nimia claritate quam viderunt ~~gloriam dei sedentem et milia milium angelorum ita quod pre nimia claritate quam viderant gloriam dei~~ ceciderunt in terram. Et ecce angelus dei apparuit eis dicens Appollini deum celi creatorem tu vidisti. Iste est deus Christianorum omnibus vincentibus pro meritis palmam ad eum premens. Appolonie vero dixit audi filia vocem angelorum et vide sponsum tuum et creatorem tuum qui multa passus est et per multorum tormentorum diversa quam intrabis in regnum celorum. His dictis angelus disparuit. Transit vero Apolinus ad filiam apud Policarpum septem diebus et docens eos quibus peractis misit eos in domum suam. Alia autem die Apolinus vocavit uxorem suam nomine Dianam dicens ei Ego baptisatus sum et filia mea et filium dei ad dexteram angelorum et milia milium [illegible] utrique nos vidimus et si tu similiter filium dei et angelos videre desideras et deum cognoscere velis pergere ad Policarpum presbiterum qui baptisabit te et filium et angelos sic videbis. Audiens Diana infelix mulier et misera quod vir eius et filia ad Christum conversi sunt cito surrexit magna iracundia tamquam equus effrenatus tres ad Julianum imperatorem annuncians ei omnia que sciunt et audiunt de questione mariti et filie sue dicens. Q

[illegible] Sequenti die misit nuncios ad Dianam ut Appollinum et filiam apprehenderent et Juliano presentarent. Recedente autem Diana a domo sua venit diabolus in forma et in [illegible] insiliens ad terram eam proiecit et fracto collo et cervice expiravit. Nuncii qui ab imperatore missi fuerant apprehenderunt Apolinum et filiam et vinctos duxerunt ad imperatorem. Videns que imperator Apolinum ait Tu de genere nobilium senatorum Romanorum natus es et te nobilitati tue ut eos amicus deorum [illegible]. Cum audivit Apolinus iste non sunt dii sed demones / unus est deus Christianorum verus quem adoro et glorifico cui nomen eius non est benedictum in secula. Audiens hec Julianus furore repletus iussit eum statim in conspectu eius decollari. Corpus eius omnium Christianorum [illegible] et prohibuit ut nullus deberet sepeliri. In nocte vero sequenti venit Policarpus et ~~[illegible]~~ tulit corpus eius et [illegible] multorum corpora sepelivit. Sequenti die post mortem Appolini presentari Appolonie iussit Cezar Appolonia sibi presentari et dixit ei quia nobilis es sicut parentela tua testatur cogita de morte pessima parentum tuorum quo tua mater a diabolo suffocata est et pater tuus decollatus nuper est ne et tu mala morte pereas sicut et illi. Quo audito Appolonia dixit Cezari sive vivimus sive morimur domino sumus domino vivimus et morimur et vivimus qui reddet mercedes secundum laborem suum. Mater mea accepit mercedem a diabolo obsequiis se mancipaverat sed eternum supplicium. Pater vero meus feliciter in Christo constanter triumphavit. Ideo regnat ad Christo in eterno angelorum consortio. Imperator audiens affluenciam verborum videns quod vincimus constantia eligere unum ex hiis duobus dixit aut sacrifica diis et bene tibi erit in pallacio meo aut morte pessima morieris sicut et parentes tui et omnes divicias tuas et patrimonium dissipabo. Appolonia audivit dimitte iste [illegible] ut [illegible] eius a domino jesu christo revocare ipsa autem in penis constans [illegible] domino deo suo videns

et quod cesar quod animum eius a domino revocare non posset iussit eam suspendi in aculeo et virgis [illegible] et de carne eius particulas scindi. Ipsa vero in aculeo suspensa clamabat ad dominum dicens adiuva me deus et conforta me ut fortiter [illegible] valeam [illegible]. Hijs dictis statim angelus domini venit ad impetum et liberavit eam [illegible] quod erat lignum in quo pendebat et multi pagani qui aderant ceciderunt in terram et mortui sunt multique crediderunt in christum. Tunc cesar iussit eam in carcerem poni usque in crastinum ipsa vero consolabatur ab angelis domini nostri jesu christi. Altera vero die fecit eam ferri ad se et dixit ad eam Appolonia crede in deum meum Jovem et sacrifica. Que respondit o miser non debes eum dicere deum sed demonem cuius minister tu es et cum eo supplicia possidebis eterna. Cesar hec audiens nimio furore repletus iussit eam duci ad octo feras ut eam desperate devorarent. Ipsa horribiles bestias faciei inspiciens territa fuit et signum se signans sancte crucis oravit ad dominum dicens Domine jesu christe qui liberasti danielem de lacu leonum libera me in hac hora ne tradar hijs bestijs in cibum et rapinam. Et statim crudelitate deposita accesserunt ad eam tamquam catuli mansueti ipsam in nullo penitus molestantes. Cesar hec videns [illegible] pulsatus furore iussit eam sibi presentari dixitque ei abnega christum et adora deum meum aliquin morte turpissima morieris. Que respondit Dum diu vivo in hac vita fragili lingua mea et os meum et omnia membra mea non cessabunt laudes et gloriam pronunciare domini mei jesu christi. Tunc cesar iussit parari durissimas stipites ferreas parvulas et in igne [illegible] ut per tales stipites dentes eius [illegible] frangerentur radicitus quod demum eam [illegible] radicitus erueret. In hora autem qua hec fieret beata Appolonia oravit ad dominum dicens Domine jesu christe pro cuius amore et fide hec omnia tormenta patior te deprecor ut quicunque diem passionis mee [illegible] devote ac mei doloris [illegible] in supplicatione recordati fuerint in capite in oculis et in dentibus nunquam dolorem senciant. Audiens hec Cesar quod a laude dei cessare non vellet iussit abscidi linguam eius ne de cetero deum

[illegible] cognitor omnium cordium concedet [illegible] et ecce angelus domini ad claritatem magnam assunt [illegible] dicens Appolonia soror mea exaudita est oratio tua quam postulasti et desiderabas a domino impetrasti. In hora autem illa multi homines et pagani ad christum conversi sunt propter miracula que audierunt et viderunt. Tunc imperator videns quod tot homines ad christum conversi erant repletus furore arripiens gladium et eam manu propria perforavit et sic ad palmam martirii pervenit ad dominum. Et ecce multi christiani animam eius in specie columbe viderunt duci ab angelis ad regna celorum. Nam multa mirabilia fiunt ad laudem et gloriam sui nominis qui est benedictus in secula seculorum. Tunc policarpus cum suis corpus virginis [illegible] honorifice sepelierunt. Exemplum legitur ad contra multos [illegible] fuit que [illegible] capella in honorem dei et beate Appolonie edificata. Volens igitur Archiepiscopus [illegible] civitatis [illegible] destruxit illam que foris erat ut eam intra civitatem edificaret sed negligencia [illegible] dictam capellam edificare distulit et tota structura illius [illegible] tradita oblivioni et consequenter memoria beate Appolonie a devotione fidelium est deleta. [illegible] in processu temporis et [illegible] episcopus die clauserit [illegible] et ecce coram omnibus astantibus omnes dentes de ore eius sic ceciderunt ita ut nec unus in ore suo [illegible] ut claresceret eum punitum esse in dentibus qui memoriam eius destruxerat. Sit igitur illi gloria qui sanctos suos mirabiles facit in secula seculorum.

Longinus miles qui fuit centurio qui cum aliis militibus cruci domini astans iussu pylati latus domini lancea perforavit et videns signa que fiebant solem quod obscuratum et terre motum in christum credidit maxime quod eo ut quidam dicunt cum

[illegible]
liquasset de sanguine [illegible] lancea de-
currente oculos suos fortuitu tetigisset
et protinus clare vidit. Unde renuncians mili-
cie et ab apostolis instructus in Cezarea Ca-
padocie xxviii annis monasticam vitam
duxit et verbo et exemplo plurimos ad Christum
convertit. Cum autem a preside teneretur et sa-
crificare nollet, iussit preses omnes den-
tes eius evelli et linguam abscidi.
Longinus tamen post hoc loquelam non perdidit
sed accepta securi omnia ydola comminuit et
confregit dicens: si dii sunt videbimus. Demo-
nes autem de ydolis exeuntes in presidem
et in omnes socios suos intraverunt et insa-
nientes et latrantes se Longini pedi-
bus prostraverunt. Et ait Longinus demo-
nibus: cur habitatis in ydolis? At illi: inde
ubi Christus non nominatur et eius signum
non est positum ibi sunt habitacula nostra. Cum ergo
preses insaniret et oculos eius amisisset
dixit Longinus: scito quod sanari non poteris
nisi cum me occideris. Occiso enim mor-
tuus fuero pro te orabo et sanitatem corporis
et anime impetrabo tibi. Et statim eum decolla-
ri iussit. Post hec abiit ad corpus et prostra-
tus cum lacrimis penitentiam egit et protinus
visum et sanitatem accepit et in bonis
operibus vitam finivit.

Gertrudis nobilibus
orta natalibus
et religiosis edu-
cata in opere spiritus cre-
scebat. Cum ad filium
cuiusdam ducis posceretur a rege Dagoberto
in matrimonium, interrogata si iuvenem au-
ro ornatum habere vellet, quasi de furore reple-
ta respondit eum ad iniuriam domini nullum
se velle habere sponsum nisi Christum. Erat
autem caritate predita vultu pulcherrima sancti-
monie venustior. Erat igitur ob eius pulchri-
tudinem dum plures appeterent, mater eius fer-
ro tonsoris capillos puelle ad instar
corone abscidit et sacerdotibus dum sacro
velamine tegeretur quesivit. Mater vero
defuncta totius regiminis curam suscepit, que
cum se per fideles dispensatores [illegible]
vero per [illegible] septem annis [illegible]

[illegible]
[illegible]
ut omnes pene bibliothecas legis divine
memoriter colligeret et obscura allegoriarum
misteria spiritu sancto revelante auditoribus
aperte manifestaret. Spiritus enim sancti illuminatio
in ea [illegible] in modum spere [illegible]
ipsam visibiliter ferebatur. Post aliquot vero annos
ob nimiam abstinenciam egritudine fatigata
et diuturna tribulatione egrotat et cognovit
obitum suum diem imminere. Post aliquot vero dies [illegible]
unum de fratribus dixit quod est ei: Vade ad pe-
regrinum illum qui in monasterio est et dic ei: Virgo
Gertrudis misit me ad te interrogare
te qua die de hac luce migratura sit. Qui
abiens hoc a peregrino responsum accepit: Cras
scilicet xvii die kalendas aprilis de corpore e-
migratura et tu propere velociter renuncia
[illegible] famule vero quod dictum fuerat ad [illegible]
At illa quasi de somno evigilans hilari gaudio
[illegible] tota nocte cum sororibus in
vigiliis et orationibus permanebat. Crastino
vero die viatico corporis et sanguinis Christi
accepto emisit Deo desideratum spiritum.
Eodem die quedam abbatissa in monasterio Tre-
verensi nomine Modesta cum esset in ora-
cione in ecclesia beate Marie et ab oratione surgeret
vidit in dextro altaris latere beatam Gertru-
dem in habitu suo usitato que ait: Soror
Modesta hac etiam [illegible] Soror mea
[illegible] scias me hodie de habitaculo et sine ambi-
guitate absolutam. Et huius dicti [illegible]
corporis quod sepulture multa dominus operatur mira-
cula. Lotharingus quidam filium delicate nu-
triebat qui cum suis lactando sociis in puteum
cadens submersus est. At illa eiulans tulit
puerum et posuit eum iuxta sepulcrum beate
Gertrudis. Igitur [illegible] matrona [illegible] surrexit
[illegible] undique ornat. [illegible]
ad [illegible] clamandi [illegible] ut quibuscumque
infirmitatibus oppressi curantur.

Patricius qui cepit anno
domini cclxxx dum
Scotorum regi de Christi
passione predicaret stans
ante eum et appodians se super

[illegible] regis pedem perforasset. Rex vero credens sanctum episcopum hoc industria facere et se aliter non posse fidem suscipere nisi talia pro Christo pateretur, patienter sustinuit. Sanctus autem quod Patricius tandem hoc intelligens obstupuit et precibus regem sanavit ac toti provincie obtinuit quod nullum venenosum animal posset ibidem vivere. Quod non solum de animalibus obtinuit verum et ligna et coria illius regionis contraria sunt veneno. Quidam vir ovem vicini sui furatus erat et comederat. Cum vir sanctus sepius hortaretur satisfacere quicumque ille esset et nullus appareret, cum totus populus ad ecclesiam conveniret in virtute Jesu Christi precepit ut in ventre ovis intrans coram omnibus balatum daret. Et factum est, et egit reus penitentiam et alii a furtis sibi cavebant. Erat etiam ei consuetudo omnes cruces quas videret devote venerari, sed unam pulcherrimam crucem invisam semel preteriit, et a suis admonitus cur non videret, precibus dominum requirens audivit vocem de sub terra: Non vidisti quia ego hic sepultus sum paganus et signo crucis indignus? Unde sanctus crucem abinde tulit. Cum beatus Patricius per Hiberniam predicaret et ibi fructum modicum faceret, rogavit dominum ut aliquod signum per quod ut territi penitent(ur). Jussu igitur domini in quodam loco circulum magnum cum baculo designavit, et ecce terra ultra circulum se aperuit et puteus magnus et profundissimus apparuit. Revelatum quoque est beato Patricio quod ibi quidam purgatorii locus esset in quem quicumque vellet descendere alia sibi pena non restaret nec aliud purgatorium pro peccatis sentiret. Plerique inde non redirent, et qui redirent eos a mane usque ad sequens mane ibi morari oporteret. Multi igitur ingrediebantur qui de cetero non redibant. Post longum vero tempus mortuo beato Patricio vir quidam nobilis nomine Nicolaus qui peccata multa commiserat, cum eum peccatorum suorum peniteret et purgatorium sancti Patricii sustinere vellet, cum iam se per octo dies ut omnes faciebant ieiuniis se macerasset, in predictum puteum descendit et quoddam hostium ante os putei invenit. Quod ingrediens ad quoddam oratorium ibi reperit; quidam monachi albis induti oratorium intraverunt et officium facientes Nicolao ut constans esset quia multa diaboli temptamenta eum sustinere oporteret. Cum autem ille quereret quod adiutorium contra hec habere posset, dixerunt: Cum te penis affligi senseris, protinus clama: Jesu Christe fili dei vivi, miserere michi peccatori. Recedentibus ergo predictis viris continuo affuerunt [illegible] ut eis obediret, primo blandis promissionibus persuaderent asserentes quod eum custodirent et ad propria incolumem perducerent. Cum vero ille nullatenus eis assentire vellet, protinus diversarum ferarum terribiles audivit voces et mugitus. Ad quod cum ille terrore nimio palpitaret, protinus exclamavit: Jesu Christe fili dei vivi, miserere michi peccatori. Et statim ille ferarum tumultus quievit. Processit deinde ad alium locum, et ecce ibidem affuit demonum multitudo sibi dicentium: Putas quod manus nostras evaseris? Nequaquam, sed nunc torqueri potius incipies et affligi. Et ecce quidam magnus et maximus ignis et terribilis ibidem apparuit. Dixerunt quoque ei demones: Nisi assentias, in illum ignem te iactabimus ad comburendum. Cum ille renueret, ipsum arripuerunt et illum in ignem terribilem proiecerunt. Ubi cum cruciaretur, protinus exclamavit: Jesu Christe fili dei vivi, miserere mei peccatoris. Statimque ille ignis extinctus est. Ad alium deinde procedens locum vidit quosdam homines vivos igne cremari et laminis ferreis candentibus usque ad viscera a demonibus flagellari; alios quoque ventres vertentes deorsum pre dolore terram mordere et clamare: Parce, et pre quos tunc demones amplius flagellabant. Alios quoque vidit quorum membra serpentes vorabant et bufones ignei aculeis eorum viscera contrahebant. Cumque eis assentire nollet, in eundem ignem proicitur et eisdem laminis flagellatur. Sed cum ille Jesu Christe etc. exclamasset, a predicta pena continuo est liberatus. Deinde ductus est ad quendam locum in quo homines in sartagine frigebantur, et rota magna erat uncis ferreis plena in quibus per diversa membra homines erant suspensi, et tam velociter volvebatur quod globum igneum emittebat. Post hoc vidit domum maximam in qua erant fovee a metallis bullientibus plene, in quibus alii unum pedem, alii duos habebant, alii ibi erant usque ad genua, alii usque ad ventrem, alii usque ad pectus, alii usque ad oculos. Sed hec omnia pertransiens nomen dei invocabat. Processit iterum ad quendam latissimum puteum et intravit, de quo fumus horribilis et fetor intolerabilis oriebatur. Inde quoque homines ut [illegible] debat sed demones i[illegible] dixerunt quod ei demones: Iste puteus quem conspicis est infernus in quo dominus noster Belzabub habitat, in ipsum ergo locum te iactabimus si nobis assentire nolueris. Postquam iactatus fueris ultimo inde remedium evadendi obtinebis. Quod cum facere nollet, in illud puteum ipsum accipientes proiecerunt. Quo vehementi dolore consumptus est ut fere oblitus fuisset nominis dei invocare, sed postquam Jesu fili dei vivi clamavit, et protinus de illo puteo exivit et omnis multitudo demonum tanquam victa evanuit. Cum igitur redire deberet vidit quendam pontem super quem eum transire oporteret, qui quidem erat strictissimus ad instar glaciei politus et valde lubricus, sub quo fluvius magnus fluebat sulphureus et igneus. Super quem cum se posse transire omnimode desperaret, tandem recordatus est verbi quod eum de tot malis eripuit. Confidenter ergo accessit et unum pedem super pontem ponens Jesu Christe dicere cepit. Validus autem clamor sic eum terruit ut subsistere vix valeret, sed eum predictum verbum protulit et securus mansit. Deinde alium pedem posuit ut eadem verba iteravit. Ad quemlibet passum eadem protulit verba et sic securus transivit. Cum igitur transisset in quoddam pratum amenissimum devenit, ubi diversorum florum mira suavitas redolebat. Et ecce duo speciosissimi iuvenes ei apparuerunt qui ipsum usque in quandam civitatem speciosissimam ex auro et gemmis mirabiliter rutilantem perduxerunt. De cuius porta odor mirabilis emanabat quo ipse recreavit quod nullum odorem malum vel fetorem sensisse videretur. Dixerunt quod ei quod ista civitas paradisus esset. In quam cum Nicolaus intrare vellet, dixerunt ei predicti iuvenes quod prius ad suos rediret et per loca per que venerat eum redire oporteret. Demones autem ei non nocerent sed eo viso territi fugerent, et post dies xxx in pace decesset, et tunc illam civitatem cum perpetuus esset civis intraret. Tunc Nicolaus inde ascendens super puteum se invenit et omnibus que sibi contigerant narratis post xxx dies in domino feliciter requievit.

B[illegible] multa bene[illegible] vel quia multas benedictiones habuit quod vel quia multi de ipso benedicebant vel quia meruit eternam benedictionem. Eius vitam scripsit Gregorius papa gloriosus.

Benedictus ex provincia Nursia ortus dum Rome liberalibus studiis traditus esset in ipsa sua infantia libros deseruit et desertum petere decrevit. Quem nutrix sua que eum tenerrime diligebat usque ad quendam locum qui dicitur Ofide secuta est. Ubi ad purgandum triticum capisterium mutuo petiit, sed super mensam incaute ponens cum contigisset in duabus partibus corruptum seu fractum vidit. Quam Benedictus flere conspiciens, partem capisterii accipiens et ab oratione surgens integre solidatum invenit. Postmodum nutricem fugiens occulte in quendam locum venit, ibique tribus annis hominibus incognitus permansit, excepto quodam monacho Romano qui sibi sedule victum ministrabat. Cum vero ad speluncam a Romani monasterio iter non esset, panem longissimo fune ligabat et sic sibi deponere consueverat. Tintinabulum quoque ipsi cordi assuerat, ut ad eius sonitum vir dei cognosceret quando sibi Romanus panem porrigeret. Sed antiquus hostis unius caritati et alterius invidens refectioni lapidem iactavit et tintinabulum fregit. Sed tamen ob hoc Romanus ministrare non desiit. Post hec cuidam presbitero refectionem sibi in paschali solemnitate paranti dominus per visum apparuit dicens: Tu delicias preparas et servus meus in illo loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit et cum magna difficultate eum inveniens dixit: Surge et sumamus cibum quia pascha domini hodie est. Cui Benedictus: Scio quod hodie pascha domini est quia te videre merui. Longe quippe ab hominibus positus quod die illa paschalis esset solemnitas ignorabat. Cui presbiter: Veraciter hodie dies resurrectionis est. Abstinere te non convenit quia ob hoc ad te missus sum. Sic quod dominum benedicentes cibum sumpserunt. Quadam die avis quedam nigra que merula dicitur importune circa eius faciem volitabat, ita ut ab eo manu capi posset. Sed signo crucis edito avis recessit. [illegible]

[illegible] que [illegible] ut pene [illegible] voluptate victus deserere deliberavit. Sed subito divina gratia ad se reversus continuo se expoliavit ac vepribus que ibi erant se nudum se volutavit ut toto corpore vulneratusque inde exiliret et sic vulnus mentis eduxit. Vicit itaque peccatum quia vitavit incendium. Ab illo autem tempore nulla post modum temptatio in eius corpore pullulavit. Crescere autem eius fama.

Cum abbas monasterii cuiusdam obisset tota ipsius monasterii congregatio ad eum venit et ut eis preesse deberet peciit. Quod diu negando distulit dicens quod illorum fratrum moribus se convenire non posse predixit. Sed tamen victus precibus assensum dedit. Cumque ibi regularis districtionis observantiam compelleret semetipsos reprehendebant quia ipsum sibi preesse poposcerunt, quorum scilicet tortitudo in regula eius rectitudinem offendebat. Cumque sibi conspicerent illicita non licere iam et illa assueta derelinquere, venenum vino miscuerunt et sibi recumbenti obtulerunt. Sed Benedictus signum crucis edidit et quasi iactu lapidis vas illud vitreum fregit. Intelligens quia potum mortis habuerat quod non potuit portare signum vite, illico surrexit et placido vultu dixit: Misereatur vestri omnipotens deus, fratres. Inquam non dixi vobis quia meis ac vestris moribus non convenirem? Tunc ad locum dilecte solitudinis rediit, ubi crescentibus signis et virtutibus ad eum venientibus xii monasteria vno construxit. Sed in illorum uno monachus erat qui diu in oratione stare non poterat, sed orantibus aliis mox foris exibat et aliqua terrena transitoria agebat. Quod cum abbas illius monasterii beato Benedicto narrasset, venit illuc et vidit quod ille monachus qui in oratione stare non poterat a quodam nigro puero per fimbriam vestimenti foras trahebatur. Dixit quoque abbati et Mauro: Numquid non aspicitis quis est qui eum trahit? Cumque dixissent: Non, ait: Oremus ut et vos videatis. Orantibus illis Maurus vidit, sed abbas videre non potuit. Die igitur illa completa oratione vir dei monachum foris repperit eumque pro sua cecitate percussit et [illegible] in oratione immobilis permansit. Sic quoque antiquus hostis dominari ausus non est in eius cogitatione ac si ipse percussus fuisset. [illegible] Ex his autem monasteriis tria sursum in rupibus montium erant, que deorsum cum magno labore aquam hauriebant. Cumque fratres [illegible] este [illegible] quo ad quem ad rupem montis ascendit cum puero Placido petras tres in eodem loco posuit pro signo. Cumque domum rediisset et fratres pro causa ista ad eum venissent, dixit: Ite ad illam rupem in qua tres petras pro signo positas invenietis, in modicum cavate. Valet enim vobis deus ibidem aquam producere. Qui euntes et iam rupem cavatam invenientes, concavum quoque locum facientes, mox aqua repletum viderunt, que usque nunc tam sufficienter emanat ut ab illo montis cacumine usque ad inferiora descendat.

Quadam vice cum terra monasterii viri dei quidam cum falcastro vepres succideret, ferrum de manubrio prosiliens in quendam lacum cecidit. Cumque de hoc ille nimis angustiaretur, vir dei manubrium in lacu posuit et mox ferrum usque ad suum manubrium enatavit. Placidus puer et monachus ad hauriendam aquam veniens in flumine cecidit et mox ipsum aqua rapuit et pene unius sagitte cursu a terra in cursum traxit. Vir autem dei in cella consistens hoc in spiritu statim cognovit et Maurum vocans quid puero accideret nunciavit ac ut ad ipsum eripiendum pergeret indicavit. Facta benedictione concite perrexit Maurus et per terram se ire existimans super aquas usque ad puerum venit eumque per capillos tenens de aqua extraxit. Cumque ad virum dei rediens retulit quod acciderat, sed ipse hoc non suis meritis sed eius obediencie deputabat.

Presbiter quidam Florencius nomine viro dei invidens ad tantam devenit maliciam ut ~~pm~~ panem [illegible] veneno infectum viro dei tamquam pro benedictione mitteret. Quem dictus gratanter accepit et corvo qui de eius manu panem accipere consueverat ipsum proiecit dicens: In nomine Iesu Christi hunc panem tolle et eum in tali loco ubi a nullo homine sumi valeat proice. Tunc corvus aperto ore ita circumpendens expansis alis cepit discurrere atque crocitare ac si diceret obedire se velle et hec iussa complere non posse. Cui iterum atque iterum precipiebat dicens: Leva eum securus atque ipsum ut dixi proice. Qui tandem eum tollens per tres dies rediit [illegible] [illegible] magistri necare non posset se ad extinguendas discipulorum animas accendit ita ut septem puellas nudas in orto monasterii ludere et cantare faceret et sic monachos ad libidinem provocaret. Quod sanctus de cella prospiciens ipsumque lapsum discipulis pertimescens invidie locum dedit et quibusdam fratribus assumptis habitationem mutavit. Cumque Florentius in solario domus ipsum recedere conspiceret et gauderet, repente solarium super eum cecidit et ipsum penitus contrivit. Tunc Maurus post virum dei currens ait: Revertere quia qui te persequebatur extinctus est. Quod ille audiens vehementer ingemuit vel quia inimicus ~~occul~~ occubuit vel quia de inimici morte discipulus exultavit; qua de causa factum est ut eidem penitentiam indiceret quod mandantis talia gaudere de inimici morte se vetitum presumpsisset. Ipse autem ad alium locum migrans et non hostem mutavit. Nam ad montem Cassinum veniens templum Appolinis quod ibi situm erat in sancti Johannis baptiste honorem fabricavit oratorium et circumadiacentem populum ab ydolatria convertit. Sed hoc antiquus hostis ferens torva eius oculis teterrimus apparuit et in eum ore oculisque flammantibus videlicet seviebat: Benedicte, Benedicte. Sed cum ille nichil sibi responderet, dicebat: Maledicte et non Benedicte, quid me persequeris? Quadam die lapidem quendam in fabrica iacentem fratres in edificium levare volebant sed nequaquam valebant. Cumque virorum multitudo adesset et ab eis levari non posset, adveniens vir dei benedictionem dedit et cum maxima celeritate levatus est. Ex quo perpendebatur quod dyabolus ibidem insidebat qui eum moveri non sinebat. Cumque fratres parietem paulo altius edificarent, antiquus hostis viro dei apparuit et quod ad laborantes fratres pergeret indicavit. Qui protinus per nuncium misit eis dicens: Fratres, cavete vobis quia antiquus hostis venit ad vos. Vix nuncius verba complevit et ecce malignus hostis parietem subvertit et quendam monachum puerum ruina contrivit. Vir dei puerum mortuum et laceratum in sacco ad se adduci fecit et orando

[illegible] [illegible] annis singulis ad virum dei ieiunus venire consueverat. Quadam igitur die dum illuc iret, se ille alius adiunxit viator qui sumptus ciborum in itinere portavit. Cumque iam tardior excrevisset hora, dixit alius: Veni frater, sumamus cibum ne lassemur in via. Quo ille dicente quod nullatenus in via ieiunium solveret, ad horam ille subticuit, paulo post iterum ipsum invitat, sed ille consentire noluit. Demumque cum hora preteriisset et eos longius iter fatigasset, pratum et fontem et cetera que corpus delectare poterant invenerunt. Tunc viator ei omnia hec ostendens rogavit ut paululum cibi gustaret et ibidem quiescerent. Cumque igitur et verba auribus et locus oculis ~~[illegible]~~ blandiretur, consensit ibidem. Cumque ad Benedictum venisset, dixit ei vir dei: Ecce frater, malignus hostis semel te persuadere non potuit, secundo non vicit, sed tertio superavit. Tunc ille pedibus eius advolutus se deliquisse ingemuit. At Totila Gothorum rex volens comperire utrum vir dei spiritum prophetie haberet, ~~[illegible]~~ cuidam spatario suo vestimenta regalia tribuit eumque cum apparatu regio ad monasterium destinat. Quem ille venientem conspiciens dixit: Bone fili, depone quod portas, non est tuum. Qui protinus in terram cecidit et quia tanto viro illudere presumpsisset expavit. Clericus quidam quem dyabolus vexabat ad virum dei adductus est ut sanaretur. Cumque ab eo dyabolum expulisset ait: Vade et deinceps carnem non comedas nec ad sacros ordines accedas. Quacumque enim die ad sacros ordines accedere temptaveris, iterum dyabolo mancipaberis. Cum vero aliquo tempore custodisset, sed minores suos suos sibi preponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox hic qui eum reliquerat dyabolus tenuit eumque vexare quousque animam eius excuteret non cessavit. Vir quidam duos vasculos vini per quendam suum filium ad eum misit, sed ille unum in via abscondit et alium tulit. Vir autem dei cum gratiarum actione vinum accepit et descendentem puerum admonuit dicens: Vide fili ~~de~~ de illo vasculo quod abscondisti ne bibas, sed inclina eum caute et invenies quid intus habeat.

[illegible] vir Dei sero tempore [illegible] monachus quidam filius defensoris cuiusdam assistens et lucernam tenens per spiritum superbiae in se cogitare coepit: Quis est iste cui ego assisto, lucernam teneo, servitium impendo? Qui sum ego ut isti serviam? Cui vir Dei statim ait: Signa cor tuum. Quid est quod loqueris? Vocatisque fratribus lucernam iussit de manibus eius tolli, ipsum vero iussit ad monasterium recedere et quietum sedere.

Gothorum quidam rex Zela nomine fuit perfidiae Arianae, qui temporibus Totilli regis eorum contra catholicae ecclesiae religiosos viros ardore immanissimae crudelitatis exarsit, ita ut quicumque ei clericus vel monachus ante faciem eius venisset, ab eius manibus nullo modo vivus exiret. Quadam vero die avaritiae suae aestu succensus, in rapinam rerum inhians, dum quendam rusticum crudelibus tormentis affligeret eumque per diversa tormenta et supplicia laceraret, victus poenis rusticus se res suas Benedicto Dei famulo commendasse confessus est. Et dum hoc a torquente creditur, suspensa tamen crudelitate iste Zela cessavit rusticum tormentis affligere, sed eius brachia loris fortibus constringens ante equum suum coepit impellere, ut quis esset Benedictus qui res suas acceperat demonstraret. Quem ligatis manibus rusticus antecedens ad viri Dei monasterium duxit. Quemque cum ingressum cellulae eum sedentem solum repperit. Cui veniente et subsequente Zela rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixi, Benedictus pater. Quem dum fervido spiritu cum perversae mentis insania fuisset intuitus, eo terrore se consuetis ingentibus vocibus clamare coepit dicens: Surge, surge, et res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem vir Dei protinus oculos levavit et a lectione cessavit. Cumque intuitus mox est rusticum qui ligatus tenebatur respexit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta celeritate coeperunt ligamina dissolvi, ut dissoluta tam concitum esset quod nulla humana festinatione tam cito solvi potuisset. Cumque is qui ligatus fuerat coepisset astare liber, solus Zela tantae virtutis potestate tremefactus ad terram corruit et cervicem crudelitatis rigidae pompa deposita ad eius vestigia inclinatus orationibus se eius commendavit. Vir

scti

[illegible] ne minime surrexit [illegible] fratribus eum introrsum tolli praecepit ut benedictionem acciperet. Quem ad se reductum ut a tantae crudelitatis insania quiescere debet admonuit. Cumque recessit, nihil ultra repetere praesumpsit, quem vir Dei non tangendo sed respiciendo solverat.

Alio quodam tempore in Campania regione fames incubuit magna, quae omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iam quoque in Benedicti monasterio triticum deerat, panes vero paene omnes consumpti fuerant, ut non plus quam quinque ad refectionem una fratribus inveniri potuissent. Cumque eos venerabilis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere et rursum promissione sublevare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? Hodie quidem minus est, sed crastina die abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinae modii ante fores cellae in saccis inventi sunt, quos omnipotens Deus quibus deferentibus transmisisset, nunc usque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, didicerunt Domino gratias referentes iam de abundantia gratias agere et non in egestate dubitare.

Refertur quod quidam habebat filium morbo elephantino corruptum, ita ut iam pilis cadentibus cutis intumesceret atque crescentem saniem occultare non posset. Qui ad virum Dei a patre suo missus est et saluti pristinae sub omni celeritate restitutus est. De quo incessabiles gratiarum actiones Deo obtulerunt, et per multos annos puer in bonis operibus perseverans in Deo feliciter obdormivit.

Alio quodam de fratribus ad quendam locum mitteret ut ibi monasterium construeret. Constituta die se ad eos venturum dixit et qualiter construi debeat indicaturum. Nocte igitur illa qua promissus illucescebat dies, monacho quem illic praeposuerat atque eius praeposito in somnis et loca singula ubi quid aedificari debuisset subtiliter designavit. Cumque visioni fidem non darent, sed adhuc eius adventum expectarent, tandem ad ipsum reversi dixerunt: Expectavimus pater ut venires sicut preceperat [illegible] qui dicte fratres ita dicatis numquid non vobis apparui et loca singula designavi ite et sicut per visionem vidistis omnia ordinate.

Non longe ab eius monasterio sancte due femine moniales que nobili erant genere lingwam non refrenabant sed eum qui eis preerat incautis sermonibus semper ad iracundiam provocabant. Cumque hoc viro dei retulisset mandavit eis dicens: Corrigite lingwam vestram alioquin excommunicabo vos. Quam excommunicationis sententiam non proferendo intulit sed intemptando. Ille autem nil mutate sua infra paucos dies defuncte sunt et in ecclesia sepulte ubi dum misse celebrarentur et diaconus ex more diceret qui non communicat exeat foris nutrix earum que pro eis oblationem semper offerebat eas de sepulcris suis progredi et exire eciam videbat. Cumque beato Benedicto nunciatum fuisset ille manu sua oblationem dedit dicens: Ite et hanc oblationem pro eis offerte et ulterius excommunicate non erunt. Quod cum factum fuisset et diaconus ex more clamasset ab ecclesia de cetero exire vise non sunt. Monachus quidam dum ad visitandum parentes a monasterio exisset sine benedictione et ipsa die qua ad eos venisset defunctus fuisset sepultum semel bis et ter terra reiecit. Parentes vero eius ad sanctum Benedictum venerunt et ut ei suam benedictionem impenderet rogaverunt. Qui corpus domini accipiens ait: Ite et hoc super pectus eius ponite eumque sic sepulture tradite. Quod cum factum fuisset susceptum corpus terra retinuit nec ulterius proiecit. Quidam monachus in monasterio non valens vir dei tamen compulit donec ipsum iratus ~~obed~~ abire permisit. Qui mox ut de monasterio exiit aperto ore draconem in itinere invenit qui eum devorare vellet. Clamavit dicens: Currite currite quia draco iste devorare vult me. Currentes autem fratres draconem numquam viderunt sed tamen trementem atque palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit se numquam de monasterio recessurum.

[illegible] fame valida occuparet [illegible] vir dei cuncta que invenire poterat tradidisset egentibus ita quod nil in monasterio preter modicum olei in quodam vase vitreo remansisset, iussit cellerario illud modicum olei cuidam egenti tribuere. Ille vero imperium audivit sed complere contempsit eo quod nil olei fratribus remanebat. Quod vir comperit vas vitreum cum oleo per fenestram proicere iussit ne quid in monasterio per inobedienciam remaneret. Proiectum itaque cum super saxa ingencia cecidisset nec vas fractum nec oleum effusum est. Quod ille levari iussit et dari integre postulanti. Monachum autem illum de inobediencia et diffidencia increpans se in orationem dedit. Et continue magnum quoddam dolium ibi fuit plenum oleo inventum. Et sic excrevit ut per pavimentum defluere videretur. Quadam vice cum ad visitandum sororem suam descendisset et ad mensam sederet rogavit eum soror ut secum illa nocte maneret sicut supra de sancta Scolastica scriptum est. Et cum post triduum ille ad monasterium redisset elevatis oculis vidit animam sororis sue sicut columbam in celum volantem. Quadam nocte dum per fenestram respiceret et deum exoraret vidit fusam lucem desuper cunctas tenebras noctis effugasse. Subito autem totus mundus velut sub uno solis radio collectus ante oculos eius et ibi quoque animam Germani episcopi Campaniani ad celum deferri videns et manifeste postea comperit quod eadem hora a corpore migraret. Eodem anno quo de hac vita erat exiturus obitum suum fratribus denunciavit. Ante sextum vero diem sui obitus aperiri sibi sepulcrum iubet. Qui mox febribus correptus cum per singulos dies languor ingravesceret sexto die se in oratorium portari fecit ibique exitum suum dominici corporis et sanguinis perceptione munivit atque inter discipulorum manus imbecilla membra sustentavit. Erectis in celum manibus stetit et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. Ipsa autem die duobus fratribus, uni in cella moranti et alteri longe posito, revelacio eadem monstrata est. Viderunt namque viam per lucidam [illegible] cum venerando habitu vir desuper assistens clarus nimis cujus esset via quam cernerent inquisivit. At illi se nescire dicentes. Ait: Hec est via qua dilectus domini Benedictus meruit et per eam in celum ascendit. Sepultus est vero in oratorio sancti Johannis baptiste quod destructa ara Apollinis ipse destruxit. Floruit circa annos domini quingentos xv° tempore Justini senioris.

Annunciatio domini dicitur quia in tali die ab angelo adventus filii dei in carnem fuit annunciatus. Congruum enim fuit ut incarnationem filii dei precederet angelica annunciatio triplici ratione. Primo ratione ordinis conveniendi, ut scilicet ordo reparationis respondeat ordini prevaricationis. Unde sicut dyabolus temptavit mulierem ut eam pertraheret ad dubitationem et per dubitationem ad consensum et per consensum ad lapsum, sic angelus annunciavit virgini ut annunciando excitaret ad fidem et per fidem ad consensum et per consensum ad concipiendum dei filium. Secundo ratione ministerii angelici, quia cum angelus dei est minister et famulus et beata virgo electa erat ut esset mater dei, et congruum ministrum domine famulari, conveniens est fuit et beate virgini ut annunciatio per angelum fieret. Tertio ratione lapsus angelici reparandi, quia cum incarnatio non tantum fiebat ad reparationem humani lapsus sed etiam ad reparationem ruine angelice, ideo angeli ad hoc non debuerunt excludi. Unde sicut sexus mulierbris non excluditur a cognitione misterii incarnationis et resurrectionis, sic etiam nec angelicus nuncius. Immo deus utrumque angelo nunciante seu mediante nunciavit mulieri, scilicet incarnationem virgini Marie et resurrectionem Marie Magdalene. Cum ergo beata virgo a tertio anno etatis sue usque ad xiiii in templo dei cum aliis virginibus extitisset et votum de servanda castitate emisisset nisi deus aliter disponeret, et Joseph ei desponsata fuisset deo sibi revelante et Joseph virga florente, sicut in historia de nativitate virginis plenius continetur, in Bethleem unde oriundus erat pro nuptiis [illegible] ipsa rediit in Nazareth in domum parentum. Nazareth enim flos interpretatur. Unde dicit Bernardus: Flos nasci voluit in flore de flore in floris tempore. Ibi igitur ei angelus apparuit et eam salutavit dicens: Ave gratia plena dominus tecum. Bernardus: Invitabat ad Marie salutationem Gabrielis exemplum, Johannis tripudium et resalutationis lucrum. Sed et primo videndum est quare dominus matrem suam voluit desponsari. Super quo assignat Bernardus tres rationes dicens: Regis desponsata est Maria Joseph, quia per hoc a demonibus misterium absconditur et a sponso virginitas comprobatur, tum verecundie virginis pariter et fame providetur. Tertia ratio ut ab omni gradu mulierum opprobrium tolleretur, scilicet coniugatis, virginibus et viduis; unde ipsa in hoc triplici statu fuit constituta. Ut viri ministeriis uteretur. Sexta ut matrimonium bonum comprobetur. Septima per viri genealogie seriem texeret. Dixit ergo angelus: Ave gratia. Bernardus: In ventre gratia deitatis, in corde gratia caritatis, in ore gratia affabilitatis, in manibus gratia misericordie et largitatis. Vere plena, quia de plenitudine ejus captivi receperunt redemptionem, tristes consolationem, peccatores veniam, justi gratiam, angeli leticiam, denique tota trinitas gloriam, filius hominis humane carnis substantiam. Dominus tecum: pater dominus tecum qui genuit quem concipis, dominus spiritus sanctus de quo concipis, et dominus filius quem carne tua induis. Dicit autem Bernardus: Benedicta tu in mulieribus, id est super omnes mulieres, quia scilicet eris virgo et mater dei. Triplici maledictioni mulieres subiecte erant, scilicet maledictioni opprobrii, maledictioni peccati et maledictioni supplicii. Maledictioni supplicii quo ad non concipientes, unde dicit Rachel: Abscondit deus a me opprobrium. Maledictioni peccati quo ad concipientes, unde Psalmista: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum

[illegible]
vij in Genesi et in dolore [illegible]
paries Vela aut virgo Maria vita in
mulieres Unus virginitati addit fecundi-
tas et fecunditati in conceptu virginitas
Dicit autem gratia plena sicut dicit Bernardus
ipsi quorum que fulserunt in eius mente
que fuerunt devocio humilitatis reveren-
cia pudoris magnitudo ~~enim~~ credulitatis
matri cordis Dicit dominus tecum ponit alia
quatuor que ei de celo fulserunt Sed dicit
que sunt sanctificacio Marie angeli saluta-
cio supervencio spiritussancti Dicit benedicta
in mulieribus ponit alia quatuor que sibi
ab et fulserunt in eius carne quia sic
fuit puericia sine corrupcione fecunda sine
gravedine gravida et sine dolore puer-
pera Que cum audisset turbata est in sermone
eius et cogitabat qualis esset ista saluta-
cio Hic apparet laus virginis manifes-
ta et in cogitatione In auditu laudatur
modestia quod audit et tacet In affectu
verecundia unde turbata In cogitatione prudencia
turbata est autem in sermone angeli non de eius
visione quia virgo beata sepe angelos
videret sed numquam talia loquentes audie-
rit Petrus Ravennas Doceat quidam
angelus blandus in specie sed terribilis in sermo-
ne Cum quid levit salutavit visus in-
mitis turbavit auditus Bernardus Cum turbata
est fuit verecundie virginalis quod non perturba-
ta fortitudinis quod tacuit et cogitavit
prudencie discrecionis Et ait angelus
confortans eam dixit Ne timeas Maria
invenisti enim graciam apud deum Bernardus
Quid graciam dei et hominum pacem mortis de-
structionem vite resurrectionem Ecce concipies
et paries filium et vocabis nomen eius
Jesum id est salvatorem qui salvum faciet
et populum suum a peccatis eorum Hic erit
magnus et filius altissimi vocabitur Bernardus
Hic est vere quod est deus magnus deus qui est fu-
turus magnus sed magnus homo magnus
doctor magnus propheta Quomodo fiet istud
quoniam virum non cognosco id est me cogni-
turam non propono Et ita fuit virgo mente
carne et proposito Dixit ecce Maria interro-
gat ac si dubitet Sed ergo solus Zacharias

[illegible] peccati cogitur [illegible] fuit et
non quid contigerit per [illegible] ulterius
Sed ad intelligendum ea dissimilis species
diversas fecit contra naturam credidit Ille dubitat
pro natura fecit integre ordine querit Ille que
deus vult fieri non posse describit Ille multis
pollicitantibus exemplis non tamen credidit ad
fidem Hec miratur de partu virginis Ille de con-
ceptu dubitat coniugati Non ergo virgo dubitat
in facto sed modum querit et ordinem Cum enim
triplex sit modus concipiendi scilicet naturalis spiritualis
et mirabilis Quo istorum modorum conciperet
hesitabat Et respondens angelus dixit Spiritussanctus
superveniet in te quasi ipsum tamen conceptum efficiat
in te Nota conceptus de spiritusancto Et ponit tres
raciones ponit primo propter condicionem divine
caritatis ut sic ostendatur ineffabilis
dei caritas unde sicut filium Johannes iij
Sic deus dilexit mundum et hec est racio magni-
ficata Secundo propter condicionem gracie absque meritis
ut per hoc quod dicitur conceptus de spiritusancto
quod sit ex sola gracia quod nulla hominum merita
precesserunt Et hec racio Augustini Tercio
propter virtutem operacionis quia sic operaciones
et virtute spiritussancti concepitur Et hec est racio
Ambrosii Quarto propter motivum concepcionis Et
hec racio Hugonis de sancto victore Motivum
ad ut ait ad concipiendum videlicet amor viri
in mulierem et amor mulieris in virum Sic
in virgine inquit quia in eius corde amor spiritus-
sancti singulariter ardebat ideo in carne eius
amor spiritussancti mirabilia faciebat Et
virtus vero altissimi obumbrabit tibi Et post
in glosa exponit Umbra a lumine et ~~corde~~ corpore
conficitur solet forma et virgo sic et purus
homo plenitudinem divinitatis capere nequiebat
Sed virtus altissimi obumbrabit eius in corpore
lux divinitatis ~~[illegible]~~ cetera in ea suscepit
humanitatis ut sic deus posset pati Hanc ex-
posicionem videtur tangere Bernardus qui sic ait Christus
deus spiritus est nos vero umbra corporis
sui temperavit se nobis ut per carnem vivifi-
catum videamus verbum in carne solem in nube
lumen in testa cereum in lucerna Bernardus In Bernardo
sic exponit quasi diceret illud modum quo de
spiritusancto concipiens dei virtus Christi in suo sacra-
tissimo et sanctissimo consilio obumbrando

[illegible] venit missus in [illegible] concepto non erat / vel ob mirabilia [illegible] et a vicino esset refrigerabit et Elizabeth cognata tua etc. ut ondat se sterilem esse non et videre quod de causis conceptus Elizabeth angelus nunciat. Tercium verbum diuine et humilitatis deuocionis. Quia perfecto sapientie tercia perfecto doctrine circa obsequium mentis dixit enim sic secundum ideo sterilis cognate concepta Marie nunciatur ut ad miraculum miraculo addit gaudium gaudio cumulat. vel ideo quia perfecto docebatur ut verbum mox diuulgandum ubique sciret. Primus ergo per angelum quam audiuit ab homine ut non dei a cordibus filii videretur amota / sed corpus quam in terris caritatis preterierunt remansisse ignarum. vel postquam ideo ut dum mater saluatoris mater peccatoris exoretur aduentus regis tempus et ordinem tenens ipsum in modum melius sceptoribus ac peccatoribus reseruaret veritatem. vel ideo ut audientes cogitatam vetulam et grauidam cogitet iuuenculam de obsequio ut sic proles presit dei loco obsequendi domino et inmobilis fiet miraculum de miraculis. Hec verba. Sed ergo versum festinater o domina vide verbum et suscipe per deum omitte tristiciam et amplecte sempiternam / surge cito per deuotionem Christi per confessionem. Tunc Maria expansis manibus et oculis in celum leuatis ait. Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Bernardus. In aliis in aure aliis in ore aliis in manu verbum domini fuit fuisse memorat Marie ac fuit in aure per angelicam salutationem in corde per fidem in ore per confessionem et manu per contractum in uentre per incarnationem in gremio per sustentationem in brachiis per oblationem fiat michi secundum verbum tuum. Bernardus. nolo ut fiat michi aut declamatorie predicatum aut figuraliter significatum aut ymaginatorie sompniatum sed silenter inspiratum personaliter incarnatum [illegible] ipse verbum. Statim quod filius dei in utero conceptus et perfectus homo deus perfectus homo et in ipsa prima die conceptionis tante sapientie et potencie extitit quante in xxx° anno fuit. Exurgens Maria abiit ad Elizabeth et cum eam salutasset Johannes in eius [illegible] esse [illegible] magnificat [illegible] fiunt ad [illegible] tribus mensibus donec [illegible] nascetur. que Maria sinus de illa leuauit sicut in libro gestorum legitur. Singular die ut dicitur per multa tempora titula orbis multa operatur et que quidem egregiis versibus declarauit. Salue festa dies que vulnera nostra coherces Angelus est missus et passus in cruce Christus est Adam factus et eodem lapsus Ob nostrum deleme cadit Abel fratris ab ense Offert Melchisedech Ysaac supponit aris Est decollatus Christi baptista beatus Petrus ereptus Jacobus sub herode peremptus Corpora sanctorum cum Christo resurrexerunt corpora Latro dulce bona per Christum suscepit amen.

Miles quidam diues ac nobilis seculo abrenuncians et ordinem Cisterciensium intrauit. Et quia litteras nesciebat eum bescientes monachi tam nobilem personam inter laycos dederunt ei magistrum si forte modicum addiscere posset et sub hac occasione inter monachos permaneret. Sed cum diu cum magistro fuisset et nihil omnino preter duo verba Aue Maria discere potuisset hec tam auide retinuit ut quocumque deambularet quicquid ageret ea reuerenter ruminaret et recitaret. Tandem moritur et in cimiterio cum ceteris fratribus sepelitur. Et ecce super eius tumulum speciosissimum lilium et quodlibet folium Aue Maria litteris scriptum habebat. Currentes omnes ad tam grande spectaculum terram de tumulo effodientes et radicem lilii de tumulo et de ore defuncti procedere inuenerunt. Intellexerunt quod cum quanta deuotione illa duo verba dixerat. Et sic dominus tanti prodigii honore illustrauit.

Quidam miles quoddam castrum in quo via habebat et omnes transeuntes sine misericordia conspoliabat virginem dei in salutabat nec pro quocumque impedimento emergenti ab ipsa salutatione cessabat. Quadam die [illegible] accidit ut quidam vir sanctus iter illuc transitum faceret et eum predictus miles continuo spoliari iuberet / vir at sanctum rogavit [illegible] ad domum suam adduceret quia ad ipsum habebat secreta que proferret. Adductus autem rogavit militem ut omnes de familia sua et castri congregari faceret ut eis verbum domini predicaret. Cum autem congregati fuissent ait: Nequaquam hic omnes estis sed aliquis adhuc deest. Cum autem omnes ibi adesse assererent aiebat: Diligenter perquirite et aliquem invenietis abesse. Tunc unus exclamans dixit: Certe solus ille camerarius non venisset. Ille autem dixit: Vere ipse est qui solus abest. Pro eo igitur cito mittitur et in medium deducitur. Cum autem virum dei vidisset revolutis terribiliter oculis caput adinstar insani agitabat nec propius accedere audebat. Vir autem sanctus dixit ei: Adiuro te per nomen domini nostri Jesu Christi ut quis sis nobis edisseras et ob quam causam huc venire palam pandas. Cui ille ait: Heu angustiatus per te cogor invitus. Ego enim non sum homo sed demon qui formam hominis accepi et per xiiij annos cum hoc milite hic perseveravi. Nam princeps meus huc me misit ut die qua hic sive Marie salutationem non diceret diligentius observarem ut in eum potestate accepta ipsum continuo strangularem et sic in malis operibus vitam finiens interiret. Quandocumque autem die ipsam salutationem diceret in eum potestatem non haberem. Hic autem de die in dies diligentius observavi et nullum diem quin eam salutaret pretermisit. Hec miles audiens vehementer obstupuit et ad pedes sancti viri se proiciens veniam postulavit et in melius deinceps vitam mutavit. Vir autem sanctus dixit demoni: Precipio tibi demon in nomine domini nostri Jesu Christi ut hinc statim abscedas et talem locum possideas ubi nulli dei cultorum amplius nocere presumas. Hic ubi dedit iussa demon abscedens evanuit.

Passio Cristi fuit ex dolore amara, ex illusione despecta et ex utilitate multipliciter fructuosa.

Propter passionis [illegible] ignominiosissimo loco quia in loco calvarie ubi malefactores puniebantur. Propter ignominiosum supplicium quia morte turpissima condempnatus est. Crux enim supplicium est latronum, at licet tunc crux fuit multe ignominie, nunc est magne glorie. Unde Augustinus: Crux que erat supplicium latronum nunc transit ad frontes imperatorum. Si tantum honorem deus contulit supplicio suo quantum confert servo suo. Propter ignominiosum supplicii consortium quia cum sceleratis deputatus est, id est cum latronibus qui prius fuerunt scelerati, sed postea unus illorum conversus est, scilicet Dismas qui erat a dextris, sicut dicitur in evangelio Nicodemi, et alius damnatus est, scilicet Gesmas qui erat a sinistris. Uni ergo dedit regnum, alteri supplicium. Ambrosius: Auctor pietatis in cruce pendens in secularibus negotiis pietatis officia dividebat: persecutoribus passionem, apostolis pacem, complis corpus, Iudeis passionem, patri spiritum, virgini paranimphum, latroni paradisum, peccatoribus infernum, Christianis penitentibus crucem commendabat. Hoc testamentum quod fecit Christus in morte pendens in cruce. Quarto ex eo quod fuit iniusta quia non est inventus dolus in ore eius, et ideo que reddit iniusta pena dolendo venit. De tribus enim iniuste precipue eum accusabant, scilicet quod tributum Cesari reddi prohibebat, quia regem se dicebat, et quod se dei filium faciebat. Contra has tres accusationes canitur in die parasceve ter: Popule meus quid feci tibi, ubi Christus exprobrat tria beneficia eis collata, scilicet liberationem ab Egipto, regimen in deserto, plantationem vinee in loco optimo, quasi dicat: Accusas me de redditione tributi, potius gratias agere debes quia liberavi te a tributo. Accusas me quia dixi me regem, potius gratias agere debes quia regaliter te pavi in deserto. Accusas quod filium dei me feci, potius gratias age quia te in vineam meam elegi et in loco optimo te locavi, plantavi. Quinto ex eo quod fuit ab amicis procurata. Tollerabilior enim esset dolor si pateretur ab his qui aliqua de causa deberent esse eius inimici vel ab his qui essent alieni et contrarii vel ab his quibus aliqua incommoda intulisset, sed tamen patitur ab amicis, id est ab his qui debebant sui esse amici. Item [illegible] seci et [illegible] Non mei quasi ulcus recessimus a me. Item ab hiis quibus multa bona contulerat. Johannis viii°. Multa bona opera operatus sum in vobis. Bernardus. O bone Jesu quam dulciter cum hominibus conversatus es, quam magna et abundantissima largitus es eis, quam dura et aspera pro eis passus es, dura verba, duriora verbera, durissima autem tormenta. Quarto quo ad teneritudinem corporis. Unde in figura David de eo dicitur ii Regum penultimo: Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Bernardus. O Judei lapides estis, lapidem percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis et ebullit oleum caritatis. Item Jeronimus. Traditus est Jesus militibus verberandus, et illud sacratissimum corpus pectusque dei capax flagella sciderunt. Quinto quo ad eo quod fuit universalis, quia per omnes partes et omnes sensus. Primo enim sensit dolorem in oculis quia lacrimatus est, ut dicitur Hebreorum v°. Bernardus. Ascendit in altum ut longius audiretur, fortiter clamavit ut nullus excusaretur, clamori lacrimas addidit ut compateretur. Alias eciam bis lacrimas fudit, scilicet in resuscitatione Lazari et super civitatem Jerusalem. Prime lacrime fuerunt amoris, unde et Judei cum vidissent eum lacrimantem dixerunt: Ecce quomodo amabat eum. Secunde fuerunt compassionis, sed hee tercie fuerunt doloris. Secundo sensit in auditu, cum ei sunt obprobria et blasfemie ~~irrogast~~ irrogate. Christus enim specialiter quatuor habuit in quibus obprobria et blasfemias audivit. Fuit enim excellentissimus nobilitate, quia quantum ad divinam naturam fuit eterni regis filius, et quantum ad humanam de regia stirpe progenitus; unde etiam inquantum homo fuit rex regum et dominus dominancium. Fuit ineffabilis veritate, quia ipse via veritas et vita, sicut ipse de seipso item dicit: Ego sum via veritas. Filius enim sive sermo sive verbum patris fuit inseparabilem potestatem, quia per ipsum omnia facta

[illegible] Luce [illegible] bonitatem, quia nemo bonus nisi solus deus. In hiis Christus audivit obprobria et blasfemias. Primo quo ad nobilitatem. Math. xiii°. Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? Secundo quo ad potestatem. Math. xii°. Hic non eicit demonia nisi in principe demoniorum. Item Math. xxvii°. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Et tamen dicit ipsum impotentem, cum tamen sit potens, ostendit quia persecutores suos sola voce prostravit, quando cum eos interrogasset quem quererent, et illi dixerunt Jesum Nazarenum, continuo ceciderunt in terram. Augustinus. Una vox turbam odiis ferocem, armis terribilem, sine ullo telo repulit et prostravit, utpote virtute latente divinitatis. Quid tunc iudicaturus faciet qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit qui moriturus hoc potuit? Tercio quo ad veritatem. Johannis viii°. Tu de teipso testimonium perhibes et testimonium tuum non est verum. Ecce dicunt ipsum mendacem, cum tamen ipse via vita et veritas. Hanc veritatem Pilatus non meruit, quia ipsum secundum veritatem non iudicavit. Inchoavit enim iudicium a veritate, sed non in veritate permansit, et ideo de veritate questionem meruit inchoare sed non meruit solucionem audire. Alia est racio secundum Augustinum quare solucionem non audivit, quia cum illam questionem fecisset, subito ei venit in mentem quod solebat unus dimitti, et ideo statim exivit et solucionem non audivit seu non expectavit. Alia racio secundum Crisostomum: quia sciebat quod questio tam difficilis indigebat multo tempore et multa discussione, ad liberacionem Christi properabat, et ideo statim exivit. Legitur in evangelio Nicodemi quod Pilatus Nicodemum interrogasset: Quid est veritas? Dicit ei Jesus: Veritas de celo est. Et Pilatus: Tunc in terra non est veritas? Dicit ei Jesus: Quomodo potest esse veritas in terra que non dabitur ab hiis qui potestatem habent in terra? Quarto quo ad bonitatem. Dicebant enim eum esse peccatorem in corde. Johannis x°. Nos scimus quia hic homo peccator est et seductor. Item Luce xxiii°. Commovit universum populum

[illegible]
Galilea usque qui legem predicavit
in opere Johannes ... iste homo a deo
quia sabbatum non custodit. Octavo fuit in odo-
ratu quia magnum fetorem sentire po-
tuit in monte Calvarie ubi erant corpora
fetida mortuorum. Unde dicitur in historiis quod
calvicies proprie est os capitis humani nu-
dum et quia ibi decollabantur rei et
multa ossa capitum ibi aspersa erant di-
cebatur Calvarie locus id est calvariorum.
Nono fuit in gustu unde clamavit Sitio
et statim dederunt ei acetum cum felle
mixtum et mirra ut quod aceto citius
moreretur et ipsi custodes a custodia
citius liberarentur. Dicitur enim crucifi-
xos mori citius si acetum bibant et quod
mirra passus fuit olofactu et quod
felle gustu. Augustinus Pro nobis repletur
sinceritas inebriatur dulcedo acetatur
innocentia pro reo moritur vita pro
mortuo. Decimo fuit in tactu quia in omnibus
partibus corporis a planta enim pedis
non fuit in eo sanitas de hoc concluditur
in omnibus sensibus dolorem habuit. Bernardus
Caput angelicis tremendum spiritibus
densitate spinarum premitur facies pulcher-
rima pre filiis hominum sputis iudeorum defe-
datur oculi lucidiores sole caligant
in morte aures que audiunt angelicos
cantus audiunt peccatorum insultus os quod
docet angelos felle et aceto potatur
pedes quorum adoratur scabellum eo quod sanctum est
affiguntur manus que formaverunt celos
sunt in cruce extense et clavis affixe
corpus verberatur latus lancea perforatur
et quid plura non remansit in eo nisi
lingua ut pro peccatoribus exoraret et
matrem discipulo commendaret. Secundo eius
passio quo ad illusionem dicitur fuit de-
specta quatuor enim vicibus fuit sibi
illusum primo in domo Anne ubi
accepit sputum alapas velationem
oculorum. Bernardus Vultum tuum bone Jesu
desiderabilem in quem angeli deside-
rant prospicere sputis inquinaverunt ma-
nibus percusserunt velo derisorie oper-
uerunt nec amaris vulneribus pepercerunt.
Secundo in domo Herodis qui cum fatuum

[illegible]
alba veste ... [illegible] ... tu ... ego
et habes sertum de floribus et ego habeo co-
ronam de spinis. Tu habes cirotecas in ma-
nibus et ego clavos defixos. Tu in albis
vestibus tripudias et ego pro te irrisus ab
Herode fui in veste alba. Tu tripudians
tu pedibus laborasti. Tu in choreis brachia
extendis in modum crucis in gaudium et ego
ea iam extensa in cruce habeo in obprobrium.
Ego in cruce dolui et tu in cruce exultas.
Tu habes latus apertum et pectus in signum
vane glorie et ego latus effossum habui pro te.
Tamen recurre ad me et ego suscipiam te.
Sed quare dominus tempore passionis sue coram He-
rode et Pilato sic tacuit et coram iudeis
prima ratio est quia non erant digni eius audire
responsionem. Secunda quia eva peccaverat per loqua-
citatem et ideo voluit satisfacere per
taciturnitatem. Tertia quia illud quod videbat
totum calumniabant. Tertio illusus fuit in do-
mo Pilati ubi milites clamidem coccineam
ei induerunt et arundinem in manu de-
derunt et coronam spineam super caput eius
posuerunt et genu flexo dicebant Ave
rex iudeorum. Illa autem spinea corona fu-
it de iunccis marinis quorum acies non
minus dura dura est et penetrativa unde et
sanguinem de capite legitur illa spinea coro-
na contraxisse. Unde Bernardus Caput illud
divinum multiplici spinarum densitate us-
que ... usque ad cerebrum etc. De anima
autem tres opiniones sunt ubi scilicet anima prin-
cipaliter habeat sedem vel in corde propter
illud de corde enim exeunt male cogi-
tationes vel in sanguine propter illud Le-
vitici anima omnis carnis in sanguine vel
in capite propter illud inclinato capite emi-
sit spiritum. Secundum hanc opinionem ...
saltem ipso facto ... ...
... eius animam a capite ...
... eam capite cum spinis ...
ad cerebrum ... sanguine
cum eius venas ... et pedibus
apparuerunt. Tertia habet tres illusiones
in passione primitus ... tres
tres adduxit ... Omnes qui ...

[illegible] tatem per castitatem magis extollit quam humilitatem commendat obedienciam [illegible] caritatem perficit. [illegible] carina [illegible] et super eminencior est caritas. Nam obediencia [illegible] omnium virtutum humilitatis [illegible] sicut apostolus [illegible] voluit Dominus [illegible] qui omnium [illegible] meditaciones [illegible] vigilias [illegible] temptaciones [illegible] lacrimas [illegible] colloquia [illegible] conservacionem exprobracionem [illegible]. Titulus enim passionis fuit utilitate multiplici fructuosa. Cuius utilitas potest esse triplex, scilicet peccatorum remissio, gracie collacio et glorie exhibitio. Que tria notantur in titulo crucis, quia ibi scriptum erat Ihesus Nazarenus rex Iudeorum [illegible]. De utilitate etiam dicit Aug. Culpam delevit Christus, penam [illegible] peccata [illegible] tulit [illegible] graciam [illegible]. De omnibus etiam utilitatibus dicit Aug. Gratulemur, admiremur, amici laudes dicamus, quia redemptoris nostri morte de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corrupcione ad incorrupcionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium [illegible] sumus eterna utilitate [illegible] quia sunt acceptissima ad placandum

[illegible] sed dicit Aug. [illegible] Christus [illegible] et [illegible] peccati [illegible] et nequaquam est magis se potest dare Deo quam ut se mactet [illegible]. Et sic [illegible] tradidit semetipsum pro nobis oblacionem Deo mactatum [illegible] at sunt sacrificia [illegible] nos Deo placatus et reconcilians. Aug. Quid tam grate suscipi possit quam caro sacrificii nostri corpus effectum sacerdotis nostri, ut quoniam quatuor consideranda sunt in omni sacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus verusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum ipso maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat et quod offerebat. Aug. Christus est sacerdos et sacrificium, Deus et templum: sacerdos per quem sumus reconciliati, Deus cui sumus reconciliati [illegible] reconciliatorem per [illegible]. Aug. in persona Christi exprobrat dicens: O homo [illegible] reconciliatum te [illegible] me [illegible] a me [illegible] perierat [illegible] te [illegible] et [illegible] te [illegible] lapides et ligna inveni te et [illegible] fecique [illegible] te [illegible] te [illegible] clauis obicem [illegible] tot ne dicam innumeris [illegible] tatis suo sanguine meum Tibi autem ma[illegible] posui ut iungerem te mihi et tu diuideres me deo. Ho^o fuit conuenientissimus ad curandum morbum. Conuenientia autem attenditur quo ad partem temporis et quo ad partem loci et quo ad partem modi. Quo ad partem temporis quia adam factus fuit et peccauit in mense marcio et feria sexta ideo xpc pati voluit in mense marcio qua die fuit incarnatus et passus feria sexta hora sexta. Secundo quo ad partem loci quod licet sue passionis complementum consideratur secundum auctoritatis aut specialis a singulari loco quam fuit terre promissionis specialis saluacionem singularem tamen in loco ad quem primus homo fuit formatus quia in temporibus illis unus damascenum in agro damasceno dicitur esse formatus in loco speciali fuit sepultus quia ibidem ubi xpc passus est adam dicitur fuisse sepultus licet autenticum non sit ad suum Ieronimus. Adam in ebron sepultus sit sicut Iozue xiiii^o. Conpasse habet in ligno hoc et in loco singulari adam fuit deceptus sic xpc passus est in ligno In quantum dicit hystoria scolastica quod in eodem ligno. Tercio quo ad partem modi curandi quia quidam morbi fuit per similia et per contraria. Per similia secundum quod sic dicit Augustinus in libro de doctrina xpiana per feminam decepta per feminam natus homo hominibus [illegible] morte mortuos liberat. Ambrosius per terram virginem adam xpc de virgine ille ad ymaginem dei hic ymago dei per mulierem stulticia per mulierem sapiencia. Nudus adam nudus xpc. Mors per arborem vita per lignum in deserto adam in deserto xpc. Per contraria quia primus homo secundum Gregorium peccauerat per superbiam inobedienciam et gulam voluit enim assimilari deo per sciencie [illegible] per transgredi preceptum dei et limite et gustare pomi suauitatem. Et quia sic curari sic fieri debet per contrarium iste modus satisfaciendi conuenientissimus fuit quia fuit per humilitatem obedienciam dure voluntatem et afflictionem. De hiis tribus ad philipenses ii^o Humiliauit semetipsum quo ad patrem factus est obediens quo ad hominem

[illegible] suo sed amore et [illegible] quod potuit quam iste sic [illegible] morem nos attrahat. Bernardus. Fecit super omnia amabilem reddidit te mihi bone Iesu calix quem bibisti opus nostre redempcionis. Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat tibi totum. Hoc est quod nostram deuocionem et blandius allicit et iustius exigit et dulcius stringit et vehemencius afficit. Etenim ubi te exinanisti ubi naturalibus radiis exuisti ibi pietas magis eminuit ibi caritas plus ibi gracia amplius radiauit. Qualis ad securam trahit [illegible]. Ad Romanos viii^o Qui eciam proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum Quomodo eciam cum illo non omnia nobis donat. Propter quod nos capitulum ad spem impetrandi fiducia qui eius attendit corporis disposicionem scilicet caput inclinatum ad osculum brachia extensa ad amplexandum manus perforatas ad largiendum latus apertum ad diligendum pedum affixionem ad ~~nobis~~ cum nobiscum commanendum corporis extensionem ad se totum nobis impendendum. Quarto fuit potentissimus ad expugnandum quam contra [illegible]. Iob xl^o Superbia eius precessit superbiam et eius donum vltimo nunquam poterat capere leviatan scimus christus enim quamuis sue diuinitatis absconderet sub esca humanitatis. Et diabolus capere voluit escam carnis captus est ab hamo diuinitatis. De hac potenti capcione dicit Augustinus venit redemptor et victus est temptator vel deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro tetendit muscipulam crucem suam posuit in ea escam sanguinem suum. Ipse autem voluit fundere sanguinem suum non debitoris unde quod recessit debitoribus quod ad debitum apostolus vocat cyrographum quod quidem xpc tulit et cruci affixit. De quo cyrographo dicit Augustinus Eum primum adam mutuauit cyrographum scripsit fideiussorem dedit et vsuram posteritati reliquit. Tunc enim primum adam mutuauit cum contra preceptum dei sue persuasioni consensit cyrographum scripsit quando ad vetitum pomum manum porrexit fideiussorem dedit quando adam peccato consentire fecit. Et sic vsuram peccati posteritati reliquit contra quod contempnentes hanc redempcionem qua nos de mala potestate redemit. Bernardus [illegible] qui in nece illa [illegible] vos te pa[illegible] si [illegible] videntur [illegible] non illa sed ego redemi vos quo precio non utique corruptibili auro vel argento, non sole aut luna, non saltem aliquo angelorum, sed ipso vos cruore redemi. Ceterum si negatis per multiplicem iniuriam debitum a vobis, sed etiam famulatum obmissis omnibus meam saltem et diurno denario convenite. Et quia Christum in mortem tradiderunt Judas per avariciam, Judei per invidiam, Pylatus per timorem, ideo videndum est de pena a Deo his inflicta pro commisso huius peccati. Sed de pena et morte Jude invenies in legenda sancti Mathie; de pena et excidio Judeorum in legenda sancti Jacobi minoris. De pena autem Pylati et morte in quadam historia licet apocrifa legitur sic. Fuit quidam rex nomine Tyrus ut dicitur qui puellam nomine Pylam filiam cuiusdam molendinatoris nomine Atus carnaliter cognovit et de ea filium generavit. Pyla autem ex nomine suo et nomine patris sui qui dicebatur Atus nomen composuit et vocato puero dedit sibi nomen Pylatus. Cum autem Pylatus tres annos haberet, Pyla ipsum ad regem transmisit. Habebat autem ipse filium de coniuge sua regina qui fere sibi coetaneus videbatur. Isti cum annos discretionis attigissent, sepius luctamine, pugna et funda adinvicem colludebant. Sed regis legitimus filius, sicut erat nobilior, sic in omni loco Pylato inveniebatur prestancior et in omni opere etiam aptior. Ob hoc Pylatus invidia et livore commotus et felleo dolore stimulatus fratrem suum latenter occidit. Quod rex audiens vehementer doluit et querens convocato consilio quid de scelerato et homicida filio faciendum sit requisivit, qui omnes reum morti eum unanimiter acclamaverunt. Rex ad se reversus iniquitatem noluit iniquitati duplicare, sed ipsum pro tributo quod annuatim debebat Romanis obsidem misit, tum quia voluit innocens esse ab occisione filii, tum a tributo Romanorum cupiebat liberari. Eo tempore Rome erat filius regis Francorum, qui similiter regi missus erat pro tributo. Cui Pylatus associatus ad se et ab eo moribus et industria precelli videret, eum invidie stimulis incitatus occidit. Sed cum Romani quid de eo faciendum esset inquirerent, dixerunt: si vivit qui fratrem necavit

[illegible] in insula Ponto gentibus illis qui nullum patiuntur iudicem [illegible] si forte eius nequitia contumaces corrigentur; si non, quod meruit patiatur. Missus igitur Pylatus ad gentem ferocem et suam iniquitatem penitus non insciens ad quos missus sit et ad que pericula veniret, sive tacite per considerans vitam suam voluit et cervice nolentes ipse minis et promissis, suppliciis et precio penitus subiugavit. Quia igitur tam duras gentes vicerat, accepit a Ponto insula Pontius Pylatus nomen. Herodes autem hominis illius ut industriam audivit, eius versutiis gaudens ipse versutus eum ad se muneribus et nunciis invitavit et super Judeam et Jerusalem potestatem dedit et vices suas tradidit. Qui cum pecuniam innumerabilem congregasset, nesciente Herode Romam adiit et infinitam pecuniam Tiberio imperatori obtulit et ab eo sibi dari quod ab Herode ipse tenebat impetravit. Huiusmodi causa facti sunt inimici Pylatus et Herodes quousque tempore passionis Domini eum sibi reconciliat eo quod Dominum ad se misit. Alia tamen inimicitie causa assignatur in scolastica historia. Cum quidam Dei filium se faciens multos de Galilea seduxerat, quos cum in Garizim duxisset ubi dicebat se ascensurum in celum, superveniens Pylatus ipsum cum omnibus suis occidit, timens ne sic Judeos seduceret, et ob hoc facti sunt inimici, quia Herodes presidebat Galileis. Et utraque causa potuit esse vera. Cum autem Pylatus Dominum Judeis crucifigendum tradidisset, timens offensam Tiberii Cesaris eo quod condempnasset sanguinem innocentem, quendam sibi familiarem pro sui excusacione ad Cesarem destinavit. Interim autem Tiberius morbo gravissimo tenebatur, et cum audiret quod in Jerosolimis medicus quidam esset qui omnes morbos solo verbo curaret, nesciens quod eum Judei et Pylatus occidissent, dixit cuidam Volusiano sibi privato: Vade citius trans maria et dices Pylato quod medicum illum mihi mittat qui me pristine sanitati restituat. Cum autem ille ad Pylatum venisset et mandatum imperatoris exposuisset, territus Pylatus quatuordecim dies indulgenciarum postulat, infra quod spacium Volusianus [illegible] veronica [illegible] posse introgressus ait hec [illegible] et deus meus erat quem Pylatus per invidiam condempnatum et crucifigi precepit. Tunc nimium contristatus ipse ait: vehementer doleo quia quod michi dominus iusserit complere non valui. Cui veronica: dominus meus cum predicando circuiret et ego eius presencia nimis carere volui michi ipsius ymaginem depingi ut dum eius presencia privarer presencia in statim prestaret solacium ymaginis sue figura. Cumque linteum pictori deferrem pingendum dominus michi obviavit et quo tenderem requisivit. Cui cum vie causam aperuissem a me petiit pannum et ipsum michi reddidit venerabili sue faciei insignitum ymagine. Ergo si huius ymaginis aspectum dominus tuus ~~devo~~ devote intuebitur continuo sanitatis beneficio ~~intuetur~~ potietur. Cui ille: Est ne hec ymago auro vel argento comparabilis? Cui illa: Non, sed pio devocionis affectu. Tecum igitur proficiscar et videndam Cesari ymaginem deferam et revertar. Venit ergo Volusianus cum matrona Romam dixitque Tyberio imperatori: Jesum a te desideratum Pylatus et iudei iniuste morti tradiderunt et per invidiam ligno patibuli suspenderunt. Venit igitur mecum matrona quedam ipsius Jesu ymaginem deferens quam si devote prospexeris mox sanitatis tue beneficium obtinebis. Cesar igitur pannis viam sericis sterni fecit et ymaginem presentari petiit qui mox ut eam fuit intuitus sanitatem pristinam est assecutus. Pontius igitur Pylatus imperio Cesaris capitur et Romam perducitur. Audiens Cesar Pylatum Romam pervenisse nimio furore contra eum inflammatus eum ad se adduci fecit. Pylatus autem tunicam domini inconsutilem secum detulit quam indutam coram imperatore portavit. Mox ergo ut imperator eum vidit omnem iram deposuit et ei penitus asperum non dicere sibi in aliquo loqui valuit et qui in eius absencia videbatur tam dirus et ferox, tunc in eius presencia inveniebatur quodammodo mansuetus. Dato eum licenciasset mox contra eum terribilius exardescit se miserum clamitans quod ei furorem sui

[illegible] et ipse [illegible] qui ut eum vidit furiam suam et omnem animi feritatem abiecerat. Mirantur omnes, miratur et ipse quod contra Pylatum tantum excanduerit et dum presens esset nichil ei dure loqui posset. Tandem divino nutu vel alicuius christiani suasu illum tunica spoliari fecit et contra eum pristinam feritatem animi mox assumpsit. De hac autem tunica dum plurimum imperator admiraretur dictum sibi quod illa fuisset domini Jesu. Tunc imperator ipsum in carcerem recipi iussit donec sapientum consilio deliberaret quid de eo fieri oporteret. Data est igitur in Pylatum sentencia ut morte turpissima damnaretur. Audiens hoc Pylatus proprio se necavit cultello et tali morte vitam finivit. Cognita Cesar morte Pylati dixit: vere mortuus est morte turpissima cui manus propria non pepercit. Mole igitur ingenti alligatur et in Tyberim fluvium mittitur. Spiritus vero maligni et sordidi corpus malignum et sordidum congaudentes et nunc in aquis nunc in aere portantes mirabiles inundaciones in aquis movebant et fulgura tempestates tonitrua grandines in aere mirabiliter concitabant, ita quod cuncti timore horribili tenerentur. Quapropter Romani ipsum a Tyberi fluvio eicientes derisionis causa ipsum Viennam deportaverunt et Rodano fluvio immerserunt. Vienna enim dicitur quasi ~~locus~~ locus vel via iehenne, quia tunc erat locus maledictionis, vel potius dicitur Viennia eo quod a biennio est destructa. Sed et ibi nequam et mali spiritus defuerunt ibidem eadem operantes. Homines ergo illi tantam infestacionem demonum non ferentes vas illud maledictionis a se removerunt et illud sepeliendum Lozonie civitatis territorio commiserunt. Qui cum nimis prefatis infestacionibus vexarentur ipsum a se removentes et in quodam puteo montibus circumsepto immerserunt ubi adhuc relacione quorundam quedam dyabolice machinaciones ebullire videntur. Hucusque in predicta hystoria appocrifa dictum que utrum recitanda sit lectoris arbitrio relinquatur. Notandum tamen quod in hystoria scolastica legitur quod Pylatus a iudeis accusatus est apud Tyberium de violenta innocencium interfeccione et quod iudeis reclamantibus ymagines gentilium in templo ponebat et quia pecuniam repositam in Corbana

94

[illegible] oriundus fuerat ubi in exilium sic quod [illegible] moreretur. Potuit tamen esse verum quod sicut illa hystoria continet veritatem, quod primo contra eum decrevit cesar ut Lugdunum in exilium deportaretur et quod antequam [illegible] ad imperatorem ubi fuit deportatus. Sed postmodum Tyberius audiens qualiter Christum occidisset, ipsum de exilio educi fecit et ad se Romam adduci. Et Eusebius ac et Beda in suis cronicis non dicunt eum in exilium relegatum, sed tamen multas calamitates passus propria se manu interfecit.

Cum Christus nudus in cruce penderet et beata virgo Maria cum peplo suo ligasset, iudei deposuerunt peplum in derisum ut miserabilius penderet. Tunc una erat pauper vidua in Jerusalem que nil habebat nisi peplum; misit ergo peplum suum ad forum per filiam ut venderet. Hec cum ad vendendum non invenisset, in reversione vidit dominum Jesum nudum pendentem et audivit a populo quod ipse esset qui Lazarum suscitasset et multa signa fecisset. Statim peplum arripuit ad crucem volens eum tegere. Sed quia dominus alte pendebat, nimis eum tangere non potuit; cepit ergo amare flere. Et ecce statim crux tota omnibus videntibus inclinata est quousque dimittitur a terra. Ligavit ergo peplum super lumbos domini et osculabatur vulnera eius et pedes eius. Cumque domum veniens narrasset per ordinem omnia matri sue, mater que antiqua [illegible] gaudio repleta subito dixit: O dulcissima filia, osculare me ore illo quo vulnera domini Jesu osculata es. Cumque eam osculata fuisset, statim mater eius que antiqua fuerat iuvenis apparuit. Ac deo gratias agens per modum ad filiam repleta omnibus abundare cepit, sic quod in brevi ditata est ut multos in possessionibus divitiis et honore precelleret.

Dicto de festivitatibus que occurrunt infra tempus deviationis [illegible] ad [illegible] quod ecclesia repraesentat [illegible] usque ad pascha sequitur videlicet de festivitatibus que occurrunt infra tempus reconciliationis quod ecclesia repraesentat. Circa a pascha usque ad festum penthecostes.



Resurrectio domini tertia die a passione ipsius facta est. Circa ipsam autem resurrectionem domini septem per ordinem sunt consideranda. Primo qualiter verum sit quod tribus diebus et tribus noctibus in sepulcro iacuit et tertia die resurrexit. Secundo quare non statim ut mortuus est resurrexit, sed usque ad diem tertium expectavit. Tertio qualiter resurrexit. Quarto quare resurrectionem suam distulit. Quinto quid resurrexit. Sexto resurgens quotiens apparuit. Septimo qualiter sanctos patres in limbo qui erant inde eduxit et quid ibi egit. Circa primum notandum quod Christus tribus diebus et tribus noctibus dicitur in sepulcro fuisse secundum Augustinum per synodochen, ut prima dies recipiatur secundum partem suam postremam, tertia dies secundum se totam et integram, tertia secundum partem sui primam; et sic erunt tres dies et quelibet horum dierum noctem suam habuit precedentem. Tunc enim secundum Bedam mutatus est ordo et cursus dierum et noctium, quia ante dies precedebant et noctes sequebantur, post passionem vero Christi fuit ordo mutatus, ita quod noctes precedunt et dies sequuntur. Et hoc misterio congruit, quia homo primo a die gratie cecidit in noctem culpe, sed per Christi passionem et resurrectionem de nocte culpe rediit ad diem gratie. Circa secundum sciendum est quod conveniens fuit ut non statim cum mortuus fuit Christus resurgeret, sed usque ad diem tertium expectaret propter quinque rationes. Primo propter significationem

et ideo una die integra et duabus no-
ctibus in sepulcro iacuit ut per diem in-
telligatur lux mortis sue et per du-
as noctes nostra duplex mors et hanc
rationem assignat glossa super illud Luce
xxiiii° Oportuit eum Christum pati Secundo propter
probationem quia sicut in ore duorum vel trium
testium stat omne verbum sic in tribus diebus
quodlibet factum comprobatur eius ideo ut mortis
probaret veram et se probasse ostenderet tribus
diebus iacere voluit in sepulcro
Tertio propter sue potestatis ostensionem quia si statim
resurrexisset non videretur habuisse potestatem po-
nendi ~~meam~~ animam suam sicut et resumendi
et hec ratio videtur tangi prima ad Corinthios xv°
Christus mortuus est et ideo inquit de mor-
te premittitur ut sicut vera mors ostenditur
ita vera ostendatur vera resurrectio Quarto
propter restaurandorum prefigurationem hanc ra-
tionem assignat Petrus Ravennas dicens Tres
dies voluit esse sua sepultura que
in celis fuerunt restaurandi qui in terra
reparandi qui apud inferos redempturi
Quinto propter triplicis status iustorum repre-
sentationem hanc rationem assignat Gregorius super
Ezechielem dicens Sexta feria Christus pas-
sus sabbato iacuit in sepulcro domini-
ca autem die resurrexit a morte presens
enim vita adhuc nobis sexta feria est
quia in angustiis et doloribus cruciamur
sabbato quiescimus quasi in sepulcro
quia requiem anime post mortem invenimus
dominico autem die a sexta feria octavus dies
est quo in corpore a morte resurgemus
et in gloria anime etiam carnis gau-
debimus dolor ergo nobis in sexta feria
requies in septima et gloria eripit in
octava Hec Gregorius Circa secundum quali-
ter resurrexit nota Primo quod resurrexit
potenter quia virtute propria Johannis
x° Potestatem habeo ponendi animam meam
et iterum sumendi eam Item Solvite tem-
plum hoc et cetera Secundo ~~[illegible]~~ feliciter quia
deposita omni miseria ideo dicitur
[illegible] Galileam [illegible]
[illegible] quia de miseria in gloriam de corrupti-
one in incorruptionem transivit Leo papa Post pas-
sionem Christi ruptis vinculis mortis infir-
mitas in virtutem mortalitas in eternitatem con-
tumelia transivit in gloriam Tertio utiliter quia
capta preda Jeremie iiii° Ascendit leo de cu-
bili suo et predo gentium se levavit Item
Johannis xii° Si exaltatus fuero a terra animas mag-
is educendo de limbis et corpus de sepul-
cro omnia traham ad meipsum Quarto mirabiliter
quia remanente clauso sepulcro sicut enim exi-
stente clauso matris utero exivit et ad disci-
pulos clausis ianuis intravit sic nimirum exi-
stente clauso sepulcro inde exire potuit
Unde legitur in scolastica historia Quidam
monachus sancti Laurentii extra muros anno
ab incarnatione Domini m° c° xi° mirante de
cingulo suo quo precinctus fuerat insoluto
et precincto ait illico vox in aere facta est
Sic potuit Christus exire de sepulcro Quinto
veraciter quia in corpore proprio et vero Sex autem
modis se vere probat resurrexisse Primo
per angelum probat resurrexisse qui non men-
titur Secundo per comestionem per quam probavit
quod non arte magica resurrexit Tertio per fre-
quentem apparitionem propter hec duo ostendit
se vere resurrexisse Quarto per palpationem per
quam probavit quod in eodem corpore in quo mortuus
fuit resurrexit Quinto per domus clausis
ianuis ingressionem per quod ostenditur quod glo-
rificatus surrexit Hec enim omnibus dubitantibus
circa resurrectionem videntur esse in dictis
Sexto immortaliter quia nunquam de cetero
morietur Ad Romanos vi° Christus resurgens
ex mortuis iam non moritur Dicit enim Dionysius
in epistola ad Demophilum Christus etiam post ascen-
sionem cuidam sancto viro nomine Carpo dixisse
paratus sum iterum pro hominibus salvandis pati
si possibile esset Retulit enim predictus Carpus
vir mire sanctitatis beato Dionysio ut in eadem
epistola continetur quod cum quidam infidelis quendam
fidelem a fide abstraxisset adeo Carpus mo-
leste tulit ut ex hoc infirmitate incideret
Erat autem ad sanctitatem eius quod nunquam celebrabat

[illegible] et combustione [illegible] amborum simul [illegible] veritas et circa noctis medium cum evigilaret et hanc orationem faceret subito domus in qua erat in duas divisa fuit et quedam fornax immensa sibi apparuit. Respiciens quoque vidit celum apertum et ibidem dominum Jesum circumdatum multitudine angelorum. Deinde iuxta fornacem predicti duo viri tremuli stare cernuntur. Serpentibus de fornace prodeuntibus morsibus et involucionibus violenter in fornacem trahebantur miseri et a quibusdam aliis viris impingebantur. Hec videns Carpus sic in istorum duorum vindicta delectabatur ut superiorem visionem intueri contemneret et in eorum vindicta totus intentus maneret ita quod plurimum moleste ferebat quod in fornacem non cito cadebat. Tandem ad in celum difficulter respexisset et predictam ut prius visionem vidisset, dominus Jesus illorum hominum misertus de super celesti throno surrexit et usque ad illos cum multitudine angelorum descendens manum suam extendit et ipsos eripuit dixitque domino Carpo: Manus tua extensa percute me. De cetero enim paratus sum iterum pro hominibus salvandis pati et hoc michi iocundum est quam alii homines peccarent. Hec ad visionem quam recitat Dionisius ubi ponitur. Circa quintum quare ita properavit ut cum aliis resurgeret scilicet quando fiet generalis resurrectio. Et ita quod propter tres rationes noluit differre, primo propter corporis dignitatem. Illud enim corpus fuit dignissimum pro eo quod erat unitum deitati; non fuit decens ut tam diu sub pulvere iaceret. Unde psalmista ait: Non dabis sanctum tuum, id est corpus sanctificatum et deificatum, videre corruptionem. Item psalmista: Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. Et vocatur archa sanctificationis corpus illud quod fuit continens deitatem. Secundo propter fidei firmitatem. Si enim tunc non surrexisset fides periisset nec vix de eo aliquis crederet. Circa quod sciendum quod in passione eius excepta beata virgine omnes fidem amiserant, sed visa resurrectione ipsam recuperaverunt. Prima Cor. xv°: Si Christus non surrexisset

[illegible] propter resur[illegible] exemplaritas [illegible] enim [illegible] qui resurrectionem futuram [illegible] in [illegible] et nos resurgemus [illegible] surrectio scilicet exemplaris nostre resurrectionis. Circa quod deus instituit quod promisit in primo ut sic ipsum resurrexisse fideles cognoscerent. Ita se ipsum in fine mundi premia resurrectionis speraturi. Ideo non plus quam triduum mortis se teneri voluit ne si in illo resurrectio differretur in nobis animo desperaret. Ut teneremus spem resurrectionis nostre quibus [illegible] capitulo iii. Circa quintum propter quod resurrexit scilicet quod propter magnas utilitates nobis resurrexit. Est enim eius resurrectio operans utilitates. Est iustificationem peccatorum dans novitatem morum generans spem de redemptione remedii causans resurrectionem omnium. De primo ad Romanos iiii° capitulo: Traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. De secundo Romanorum vi°: Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite ambulemus. De tercio prima Petri i°: Qui secundum magnam misericordiam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi a mortuis. De quarto prima Cor. xv°: Christus resurrexit a mortuis primicie dormiencium quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et notandum quod [illegible] in sua resurrectione [illegible] quod communis resurrectio usque in finem differtur. Sua vero die tercia celebrata est. Et nota quod nos per illud resurgemus, ille vero per se. Unde Ambrosius: Non potuit adiutorium in corpore querere suscitandi qui alios suscitat. Circa quod quia non invenerunt sed corpus eius invenire non potuerunt. Circa quod sciendum quod Christi sua resurrectio est nostre resurrectionis causa efficiens exemplaris et sacramentalis spem [illegible] vitam Christi et efficiens resurrectionis nostre et hic in presenti et corporis in futuro. De secta prima Cor. xv^o Si Christus resurrexit et nos resurgemus. De tercia ad Romanos vi^o Et quomodo Christus resurrexit ita et nos. [illegible] spiritus quotiens sic resurgemus apparuit. Notandum quod ipsa die resurrectionis quinque vicibus apparuit. Primo enim apparuit Marie Magdalene que typum gerit penitentium. Voluit autem primo apparere Marie Magdalene quinque de causis. Primo quia ardencius diligebat Luce vii^o Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Secundo ut ostenderet se mortuum pro peccatoribus Math. ix^o Non veni vocare iustos sed peccatores. Tercio quia meretrices precedunt sapientes sapientes in regno celorum Math. xxi Amen dico vobis quia meretrices et publicani precedent vos. Quarto ut sicut mulier fuit nuncia mortis ita esset nuncia vite secundum glosam. Quinto ut ubi abundavit delictum superabundaret et gratia. Ad Romanos v^o. Secundo apparuit mulieribus redeuntibus a monumento quando dixit eis Avete quo accesserunt et ~~tenuerunt~~ tenuerunt pedes eius Math. ultimo. Typum enim gerunt humilium quibus Dominus apparet [illegible] sponsus cum bene affectis quia tenuerunt pedes eius. Tercio apparuit Simoni sed ubi aut quando nescitur nisi forte quando redibat a monumento cum Johanne potuit esse quod a Johanne Petrus alibi divisisset ubi sibi Dominus apparuit Luce ultimo vel forte quando monumentum solus intravit sicut dicitur in historia scolastica vel forte in spelunca. Dicitur enim in eadem historia scolastica quod postquam Christum negavit fugit in cavernam que modo dicitur Gallicantus in qua ut dicitur per tres dies continue flevit pro eo quod Christum negavit et ibi Christus sibi apparuit et eum confortavit. Petrus autem inobediens et gerit typum obedientium quibus Dominus apparet. Quarto apparuit duobus in Emaus euntibus quod in peregrinis desiderium consilii et signat pauperes Christi qui volunt illud consilium adimplere

et [illegible] religiosos [illegible] suis claustris Johannis xx. Quinta apparicio facta fuit ipsa die resurrectionis et hanc reperit Jacobus in minori quinquies se ostendit ad ipsum. Sexta visio est cum silencio que est [illegible] apparicionum Petro facta et nescitur ubi necessarium fuit. Octavo die apparuit Thome cum discipulis et prius [illegible] quod dixit se non credere nisi videret et palparet Johannis xx. Et significat hesitantes in fide. Septimo apparuit discipulis piscantibus Johannis ultimo et significat piscatores hominum. Octavo apparuit discipulis in monte Thabor Mathei ultimo et significat contemplativos quia in excelso monte significantur. Nono apparuit xi discipulis recumbentibus in cenaculo ubi exprobravit incredulitatem eorum et duriciam cordis Marci ultimo. Per quos intelliguntur peccatores in vinculo consuetudinis positos quos Deus aliquando misericorditer visitavit. Decimo et ultimo apparuit discipulis euntibus in montem Oliveti Luce ultimo per quos significantur intendentes misericordie operibus diligentes de hoc loco ascendit in celum quia pietas ad omnia valet promissionem habens vite que nunc est ad Thimotheum iiii^o. Sunt et alie tres apparitiones que referuntur in ipsa die sancte resurrectionis facte sed in hoc quod textum non continentur. Prima qua apparuit Jacobo iusto scilicet Jacobo Alphei de qua apparitione invenies in legenda ipsius Jacobi. Alia est qua ipsa die dicitur apparuisse Joseph sicut legitur in evangelio Nicodemi ~~[illegible]~~. Cum enim audissent Judei quod Joseph corpus Jesu a Pilato petiisset et ipsum in monumento suo posuisset indignati adversus eum ipsum incaptivaverunt et in quodam cubiculo diligenter clauso et sigillato recluserunt post sabbatum eum occidere volentes. Et ecce Dominus Jesus in ipsa nocte resurrectionis suspensa domo a quatuor angulis ad eum intravit et faciem eius extersit et osculum dedit et inde salvis sigillis ipsum educens in domum suam in Arimathiam eum induxit. Tercia est qua dicitur [illegible] Virgini Marie creditur apparuisse licet hoc ab evangelistis non habeatur. Sed Romana ecclesia videtur approbare que in ipsa die apud sanctam Mariam maiorem celebrat stacionem. Qui enim hec ideo non

[illegible] nullus [illegible]
sed vidit ut [illegible] mire [illegible]
filius est neglectura de [illegible]
sed ideo forsitan solummodo evangeliste
quia certi sunt officio solius resurrectionis
testes inducere mire ante ad testificandum
de filio inducere esset [illegible] dicunt. Si enim
celebrantes sepulcra de [illegible] visa
sunt quod non magis [illegible] filii
mire credent delirare. Sic ergo
evangeliste scribere noluerunt sed pro constanti
reliquerunt. Debuit enim prius matrem
letificare de resurrectione quam apostolos
quam doluisse crediderunt. Sic et testatur
Ambrosius libro 3o de virginibus:
Vidit maria resurrectionem domini et prima
vidit et credidit. Vidit maria que
est magdalena quamvis adhuc
dubitaret. Sedulius agens de Christi
apparitione sic dicit: Semper virgo
manens huiusque se visibus astans lu-
ce palam dominus et prius obtulit. Quin-
to autem [illegible] quomodo patres qui
erant in limbo Christus eripuit evangelium
aperte non explanat. Augustinus tamen in quodam
sermone et Nicodemus in suo evangelio
aliqualiter hoc ostendit. Ait enim Augustinus:
Mox ut Christus spiritum tradidit, unita
deitati anima ad inferorum
profunda descendit. Cumque tenebrarum
finem quasi quidam depredator ac
triumphator terribilis attigisset, aspicientes eum
impie ac tartaree legiones trepidare
inquirere ceperunt dicentes: Unde est
iste tam fortis tam terribilis tam splen-
didus tam preclarus? Mundus ille qui
nobis subditus fuit numquam nobis misit
talem mortuum, numquam inferis talia mu-
nera destinavit. Quis ergo est iste qui
sic inferorum nostrorum fines ingreditur
et non solum nostra supplicia non veretur verum
etiam et alios de nostris vinculis absolvit? Ecce
qui sub nostris solebant suspirare tormentis
insultant nobis de perceptione salutis et non
solum non iam verentur sed insuper nobis minantur.
Numquam sic mortui sic nos superbiebant nec umquam
potuerunt sic leti esse captivi. Ut quid huc

[illegible]
[illegible] Christum [illegible]
[illegible] ignoramus quia [illegible]
in gaudio pro [illegible] voces infe-
nalium ad [illegible] eius [illegible]
sunt voces et [illegible] innumerabiles sanctorum qui
eius genibus provoluti lacrimabili voce di-
cebant: Advenisti redemptor mundi quem
cottidie desiderabamus et desiderantes
expectabamus. Descendisti pro nobis ad infe-
ros; noli nos deserere cum ad superos fueris.
Ad superos ascende domine Jesu, inferno
spoliato, corpore spoliato et auctore
mortis suis vinculis irretito. Redde
iam letitiam mundo, sedare iam severas
combustive penas et miserando resol-
ve captivos. Dum hic es absolve reos,
dum descendisti defende tuos. Hec Augustinus.
In evangelio Nicodemi legitur quod Karinus
et Leucius filii Symeonis senis cum
Christo resurrexerunt et Anne et Caiphe,
Nicodemo et Joseph et Gamalieli ab
eis adiurati que Christus apud inferos
gessit narraverunt dicentes: Cum essemus
cum omnibus patribus nostris in caligine te-
nebrarum, subito factus est aureus solis
calor purpureaque et regalis lux
illustrans super nos. Statim quoque Adam
pater humani generis exultavit dicens: Lux
auctoris luminis est sempiterni qui nobis
promisit coeternum lumen suum. Exultavit
et Ysaias dicens: Hec est lux patris filii
dei, sicut predixi cum essem vivus in terra:
populus qui ambulabat in tenebris vidit
lucem magnam. Tunc supervenit genitor
meus Symeon et exultans dixit: Glo-
rificate dominum quia ego Christum infantem
natum in manibus suscepi in templo
et compulsus spiritu sancto dixi: Nunc
dimittis servum tuum domine secundum verbum
tuum in pace. Post hec supervenit quidam
heremita et interrogatus a nobis quis
esset dixit: Ego sum Johannes
qui Christum baptizavi et ante faciem
eius preivi parare vias eius et ipsum di-
gito ostendi dicens: Ecce agnus dei. Et de-
scendi nunciare vobis quia in proximo
est visitabit nos. Tunc Seth dixit: Cum
venissem ad portas paradisi rogare dominum
ut transmitteret michi angelum suum
ut daret michi de oleo misericordie ut perungerem

Bartholomeus de Pedegrue [illegible]
xx y [illegible] viij Martinus [illegible] de 16 [illegible]

appulit michi angelus michael [illegible] Noli laborare lacrimis orando propter oleum ligni misericordie quia nullo modo ex eo poteris accipere, ex eo nisi quando completi fuerint quinque milia quingenti anni. Hec audientes omnes patriarche et prophete exultaverunt magna exultatione. Cum sathan princeps et dux mortis dixit ad infernum: Prepara te suscipere Jesum qui se gloriatur Christum filium dei esse et homo est timens mortem dicens: Tristis est anima mea usque ad mortem; et multos quos feci cecos sanavit et claudos erectos erexit. Respondens infernus dixit: Si potentior es tu quis est homo iste Jesus qui timens mortem potentie tue adversatur? Sed si dixit se timere mortem capere te vult et ve tibi erit in sempiterna secula. Cui sathan: Ego illum temptavi et populum adversus eum excitavi, lanceam acui, fel et acetum miscui, lignum crucis preparavi et proximo est mors eius ut perducam eum ad te. Cui infernus: Ipse ne est qui suscitavit lazarum quem tenebamus? Cui sathan: Ipse est. Cui infernus: Coniuro te per virtutes tuas et meas ne perducas illum ad me. Ego enim cum audivi imperium verbi eius contremui nec ipsum lazarum tenere potui sed excuciens se ut aquila per omnem agilitatem saliens exivit a nobis. Cumque hec loquerentur facta est vox ut tonitruum dicens: Tollite portas principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie. Ad quam vocem concurrerunt omnes demones circa eum vectibus ferreis clauserunt. Cum david dixit: Nonne ego prophetavi dicens: Confiteantur domino misericordie eius. Et iterum vox dicens: Tollite portas principes etc. Videns infernus quod duabus vicibus clamaverat quasi ignarus dixit: Quis est iste rex glorie? Cui david: Dominus fortis et potens dominus potens in prelio ipse est rex glorie. Cum rex glorie supervenit et eternales tenebras illustravit. Et extendens manum et tenens dexteram ade dixit: Pax tibi cum omnibus filiis tuis iustis meis. Et ascendit dominus ab inferis et omnes sancti secuti sunt eum. Dominus autem tenens manum ade tradidit eum michaeli archangelo et introduxit eos in paradisum quibus occurrerunt vetusti dierum et interrogati sunt a sanctis: Qui estis vos qui nobiscum in inferno mortui non estis [illegible] in curru igneo assumptus est et adhuc mortem non gustavimus sed in adventum antichristi reservati sumus cum eo preliaturi et ab eo occidendi et post triduum et dimidium diei in nubibus assumendi. Et cum hec diceret ecce supervenit alius vir portans in humeris signum crucis qui interrogatus quis esset dixit: Ego latro fui et cum domino Jesu crucifixus sum et credidi ipsum esse creatorem et oravi dicens: Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Et dixit michi: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Et dedit michi signum istud crucis dicens: Hoc portans ambula in paradisum. Et si non intromiserit te angelus custos paradisi ostende ei signum crucis et dices ad eum: Quia Christus qui nunc crucifixus est transmisit me. Cumque hec fecissem et ~~dixissem~~ dixissem angelo statim aperiens introduxit me et ad dexteram paradisi collocavit me. Cumque hec carinus et leucius locuti fuissent subito transfigurati sunt et amplius visi non sunt. Gregorius nissenus et augustinus scribunt quosdam libros de hoc eodem sic dicunt: Confestim eterna nox infernorum Christo descendente resplenduit. Cum ferri rigidi ianitores inter se tacita umbrosa silencia metu incumbente submurmurant dicentes: Quis est iste tam terribilis et nimio splendore coruscans? Numquam talem noster excepit tartarus, numquam in nostram cavernam talem evomuit mundus. Invasor iste est non debitor, effractor est et destructor, iudicem video non supplicem, venit pugnare non succumbere, eripere non manere.

Corpus sanctissimi martiris wenceslai sepultum est in ecclesia Cosmi et Damiani sanctorum martirum in Ingenio Boleslaw in oppido requievit ubi per gloriosi beati viri merita divina largitas prestitit debilibus et infirmis multa beneficia. Relatum est quod fuit plures infra tres annos [illegible] temporibus quibusdam deo dignis viris fidelibus ac familiaribus transferre procuraret in ecclesia beati viti ab eodem principe quondam fabricatam in civitate pragensi. Et cum eidem serenissimo ex revelatione plurimorum innotuisset boleslaum iam duci bohemorum vehementer obstupescente et quibusdam

97

[illegible] peracto [illegible] fuit velatum corpus de- [illegible] ad locum prioritum cum matu- tinum sepulcrum omnibus capitali plectenti- ssima cupientes quod militis potius sui prin- cipis mandata castellum circa adeunt Bo- leslaw extraque muros cum sacerdotibus et paucis religiosis sepulcrum aperiunt. Corpus sanctum invenerunt, levaverunt de tumulo mira fragrancia perfunduntur quod prius ut pannis lintheis involutum fuerat non dissolutum nec consideratum vehiculo corpus imponunt et statim eadem nocte usque Pragam iter arripiunt. Venit quod ad quendam rivulum Rotsnitza dictum cum affluencia quod nimia ripas suas preterfluxerat et campos propinquos longe lateque occupaverunt quapropter illud transferre volentes nec valentes conatu astiterunt et orationi incubuerunt gementes atque dicentes O beate Wenceslae miserorum adiutor pie exaudi nos miseros in hac angustia constitutos et a periculis mortis imminentibus nos clementer liberare digneris. Surgentes itaque ab oratione viderunt corpus sanctum cum vehiculo et caballis in alia parte rivuli ut pie creditur angelico ministerio translatum. Viri et ipsi fiducia concepta illesi transvadaverunt. Omnes itaque agentes deo et benedicentes nomen sanctum eius pro beneficiis sancti Wenceslai martiris procedunt ulterius et venit celerius Wltavie fluminis que collapsum quod inundatione aquarum respicientes steterunt nimium perterriti a timore veluti amentes et ignorantes quid facerent. Accedentes quod ad corpus beati martiris volebant illud levare sed nequaquam valuerunt. Tunc plures equos vehiculo adiungentes laborabant id movere conatum sed penitus nil proficerunt. Procidunt igitur ad facies suas cum gemitu ac lacrimis implorantes dei misericordiam et sancti Wenceslai auxilium suum imponentes voce dicentes una O gloriose pater et patrone noster exaudi nos miseros tue gratie consolationes flebiliter petentes a presenti angustia sive dire mortis instancia pietate solita nos digneris eripere. Finita oratione accedunt ad fiducia vehiculum cum precioso thezauro sustollunt. Potuerunt ille se duxerunt dimidiam laudantes atque videntes tes misericordiam in tam cito [illegible] beatissimi

[illegible] lauda [illegible] terre tenebrose in [illegible] vinculis detinebatur [illegible] est [illegible] et terre [illegible] resplenduit omnesque nimio timore perterriti omnes quod captivorum pedes ac manus illico absolvuntur ac si dicta voce eis dicens surgite cito et properate ab istis sedibus tenebrosis in occursum vestri liberatoris. Occurrentes igitur de custodia cum leticia magna predicabant coram universo populo gloriam et quomodo liberasset eos deus de carcere tetro et compedibus per merita piissimi martiris sancti Wenceslai. Postquam in eodem loco carceris fundata est ecclesia sancti Wenceslai martiris ob recordationem tam mirifici facti in ipso carcere [illegible] que permanet usque in hodiernum diem.

Beatus Thomas de Aquino ordinis fratrum predicatorum doctor egregius de illustri prosapia comitum Aquinorum in confinibus Campanie regni Sicilie originem traxit. Cuius sancti ortus et vite progressus antequam conciperetur nasceretur fuit divinitus premonstratus. Erat enim vir in Campanie partibus Bonus et nomine qui cum aliis heremitis pluribus anachoriticam vitam duxit opinione celebris habebatur. Hic spiritu dei afflatus innotuit matri eius ad gaudium quod filium conciperet cum et se gravidam forte nesciret dixit ei Gaude domina quia paries filium et Thomas vocabis nomen eius qui erit magnus in toto orbe terrarum scientia et vita. Erit quidem frater ordinis predicatorum. Que omnia sicut sanctus predixerat sunt impleta. Natus itaque puer nobilis Thomas quod voto spreta quod seculi vanitate predicatorum ordinem est ingressus qui postea a fratribus carnalibus rapitur et quasi per biennium terris custodie mancipatur. Cumque nec minis nec blandiciis possent de ordinis proposito revocari per speciosam puellam eum introductam subvertere querunt atque innocentis qui mox de igne titionem arripiens suggestricem libidinis contra taciturnitatem effugavit et facto signo in pariete in oratione se humiliter prosternens

ad [illegible] a deo sibi dari
venerit post castitatem mirandum ingeni-
um et clausi duo angeli apparuerunt di-
centes ipsum a deo fore clementer exau-
ditum qui ipsum ita renes stringentes
hoc dixerunt: Ex parte dei cingimus te cin-
gulo castitatis quod nullatenus de cetero dissol-
vetur. Tandem cogitante provida matre sua quod
debeat impleri in filio suo quod sibi fuerat
divinitus demonstratum videtur non tam iuve-
nis constantia quam dei providentia impugnare
ipsa permittente per fratres ordinis eum or-
dine et veritatis amicus fuit efficax
gratia ut potius illius penitus stimulum
sentiret veniente voluptatis. Restitutus
itaque ordini cepit non segniter studio in-
sistere velut apis argumentosa spiritualia
mella colligens ut suo tempore effunderet
eloquia doctrinarum. Tanto et studio
in contemplacione replebatur mens eius
quod pluries dum in secreto loco ad oracio-
nem totum spiritum suum collegisset visus est a
terra totaliter elevari nullo prorsus ipsius
corporis fulcimento. Felix doctor qui
sic libere in deum elevacione mentis conscen-
dit quod iam nullum pondus carnis sustine-
ret. Quociens autem sibi dei disputare legere
scribere vel dictare voluit prius ad oracionis
secretum accessit et inde surgens inveni-
ebat quod scriberet vel dictaret quod in libro
aliquo didicisset. Ita ut socio suo fratri Ray-
naldo revelavit et secretum quidem di-
xit. [illegible] voluit scientiam suam non tam
humano ingenio et studio quam oracionis
suffragio divinitus impetravit. Sic doctor
cum quadam nocte oracioni insisteret sancti apostoli
Petrus Paulus ipsum de textu dubio scri-
pture celi clavicularius aperuit hostium et
~~afferens~~ secretarius celi Paulus docuit in
tacte sacre sentenciam in civitate. O felix do-
ctor hospes iudei et civis celi qui cum
celestibus civibus loquitur dum adhuc peregri-
natur in corpore. Alia quoque vice cum Neapo-
lim in ecclesia devocius oraret visus est
per fratres a terra quasi duobus cubitis elevari
Quod frater videns diu admirans subito
audivit vocem Christi crucifixi ad quem sanctus
doctor conversus oravit prolata ista vox est
Bene scripsisti de me Thoma quam
ergo recipies pro tuo labore mercedem

ipse in [illegible]
facta fuit questio de mercede dabitur sibi
de propinquo labori suo finem dat. Cum eius
ex mandato domini pape Gregorii decimi ad con-
cilium generale transiens per Campaniam cepit
languere et pene perderet appetitum totaliter.
Transiens ita monasterium Nove Fosse Ci-
sterciensis ordinis invitatus devote ad mo-
nasterium declinavit. Cepit autem de die in diem
languor increscere. Nec sic sanctus doctor a
doctrina fluentis sapiencie se poterat continere
Rogatus namque a monachis exposuit eis can-
tica canticorum ut in cantico celestis gratie
finiret studium celestis discipline. Accidit
autem ut quedam stella ad modum comete tribus
diebus ante doctoris obitum super monasterium vi-
deretur que cum ignoraretur quid significaret
audito predicti doctoris obitu et transitu eius
cessavit. Ita sancto Thoma deficiente stel-
la defecit. Fuit autem felix transitus eius
anno domini MCCLXXIIII vite vero sue l° incho-
ato. Tale perhibuit testimonium in vitatis sue de-
fuerunt aut signa miracula que sancti doctoris
indicarent gloriam et eterne felicitatis designa-
rent ingressum. Nam frater devotus vidit in
hora completorii suum sanctum doctorem in scola ce-
lesti et beatum apostolum Paulum ad ipsum intra-
re a quo dum sanctus Thomas peteret an
in epistolis suis verum eius intellectum tradidit
quod sic: Quidquid quis vivens in corpore potest vive-
re et audierit volo ut venias mecum et du-
cam te ad locum quo clariorem rebus de quibus
intellectum videbat. Et quod ipsum per cappam
extra scolam educeret. Tunc predictus frater cepit
fortiter clamare dicens: Surgite fratres sur-
gite quia Thomas a nobis tollitur. Ad cuius
clamorem fratres excitati et a dicto fratre seri-
em visionis audientes quod eadem hora qua vi-
sio facta fuit beatus doctor ex hac luce mi-
gravit. De sepultura sancti Thome. Dum
enim monachi nec sanctum corpus ipsius invitis
fratribus predicatoribus transferrent. Postmodum que
sanctus predictus doctor mandaverat corpus suum
ad fratres sui ordinis apud Neapolim congruo
tempore deportari. Et quia sub deposito ibi
fuerat mandatum sicut publicum docuit instru-
mentum. In baptismi vero tempus de nocte sanctum
corpus ad locum aliud transtulerunt super quo

[illegible] placuisse [illegible] sicud corpus in loco proprio collocari. Aperto itaque sepulcro tanta fragrancia odoris emanavit quod totum claustrum nimia odoris suavitas replevit, ita ut non videretur corpus defuncti sepultum, sed in aliqua aromatica apotheca inter innumeras species suavibus odoribus decorari. Siquidem suscitavit mortuos, liberavit demoniacos, aliis quoque variis detenti languoribus optata beneficia ~~receperunt~~ receperunt meritis sancti sui. Preterea silencio tegendum non est quod cum religiosus vir et devotus frater Albertus de Bricia quadam vice ad altare beate Marie virginis cum lacrimis oraret, vigilanti in oratione apparuerunt due reverende persone in splendore mirabili adornate, una in habitu predicatorum ordinis coronam auream in capite intextam lapidibus preciosis habebat, quod ita collum duas aureas torques quarum una argentea et alia aurea; in pectore vero gestabat lapidem magnum qui splendore mirabili plures ex se emittens radios tamquam ecclesiam illustrabat. In cappa autem erant per totum lapides preciosi, tunica vero et scapulare candore candore miro splendebat. Quem frater admirans audivit illum in pontificali habitu dicentem sibi: Ego sum Augustinus missus ad te ut dicam tibi gloriam fratris Thome de Aquino qui est mecum; ipse enim in gloria est equalis, sed virginali aureola precedit me et precellit, et ego ipsum pontificalis ordinis dignitate.

Temporibus Dyocleciani imperatoris erat magna persecucio cristianorum. Contigit quod virgo nobilis Perpetua cum sorore sua Felicitate, quarum pater Theodosius de genere senatorum, vir utique bonus, cum aliis martiribus infra xxx^ta dies cum xxx^ti duobus militibus martirii coronam accepit. Ipse vero filie Perpetua et Felicitas semper orationi vacabant et ieiuniis et elemosinarum largitione nimis et aliis bonis operibus ac virtuosis; nam in lecto iacere numquam consueverant sed super mattas, et sic dulciter cum suo sponso per noctem colloquebantur. Contigit ad vita [illegible] imperatore [illegible] ad perducerent [illegible] virgines quorum [illegible] combusserunt et fame [illegible]. Inter que fuit iste due virgines inter cristi famulas, que cum adducte essent coram imperatore, ipsas interrogavit quomodo vocarentur. Respondit virgo: Ego Perpetua vocor et soror mea Felicitas. Dixit ipsis: In Britannia et Anglia que tota christianitas fuit deleta. Dixit imperator: Ait nomina quidem gloriosa nullum habet, nam omnes desideramus ut essemus perpetui et felices. Respondit virgo Felicitas: Ille est perpetuus et felix qui in dominum Iesum Cristum. Si desideras felicitatem, dixit imperator, et cur vos non adoratis deos meos? Respondit Felicitas: O imperator, si nescis, te scire volumus quod nullum adoramus nisi solum deum qui est in celis, Iesum Christum. Respondit imperator: Quare deos meos non adoratis? Respondit virgo Perpetua: Nos unum deum colimus qui fecit celum et terram; ydola vero tua surda et muta contempnimus quia non convenit homini ab illis petere que ipsi non habent. Erat enim ydolum quoddam quod colebant, statua alta et aurea, in qua demon erat qui dabat responsa hominibus ymota interrogata. Tunc imperator iussit ut ducerentur ad statuam et adorarent ydolum. Tunc demon clamat voce magna: O imperator, ad quid istas virgines ducis ad me? Nam sic venit angelus domini, me cathenis igneis alligavit et cruciat miro modo. Tunc subiunxit demon: O Perpetua et Felicitas, sanctissime virgines, nullum me intendatis orantes. Tunc virgines sic dixerunt: Nos mandamus tibi in nomine domini nostri Iesu Christi ut exeas et hoc ydolum comminuas et vadas ad locum ubi nulli homini noceas. Tunc statim demon cum ingenti clamore ydolum contrivit dicens: O quantam violenciam pacior ab istis virginibus. Tunc ydolorum pontifices concitaverunt imperatorem ut ipsas interficeret. Tunc iussit eas virgis graviter cedi quousque sanguis earum in terram deflueret. Virgines vero sic benedicebant deum dicentes: Benedictus deus celi et terre qui nos dignas fecit participatione sanctorum martirum. Imperator itaque fecit [illegible] credite. Dixit [illegible] habebitis [illegible] nos in ullum deum aut credimus nisi illum qui fecit celum et terram cui serviunt angeli et archangeli throni et dominaciones et omnis chorus angelorum. Deos vero tuos contempnimus omnino quia deo nostro copulate sumus cuius amor dulcis est quem promeruimus et qui nobis dabit eandem perpetuam vitam cum suis omnibus qui vniversa creauit qui eciam regit celum et terram mare et omnia gubernat et disponit omnia cuius aspectus desiderabilis et [illegible] nostro leticia et innenarrabilis ibi enim est vita sine morte inuenta. Cum sermo hijs verbis audivisset imperator iussit eas de ciuitate duci et ligatas magno saxo circa colla earum in mari proici. Cumque ad fundum venissent angelus domini eas eripuit et super mare ad eum ambulabant. Tunc multi homines hoc videntes quasi mille [illegible] exceptis mulieribus in christum crediderunt. Tunc virgines sancte ibi sponte venerunt et steterunt cum imperatore. Qui videns eas obstupuit et mirari cepit cogitans in corde suo quis ipsas eripuisset de profundo maris. Tunc virgines dixerunt. Scias debes imperator quod ille nos eripuit qui dominatur potestati maris et mitigat eius fluctus in ipsum crede et veritatem eius cognosce. Si autem non credideris eterna morte morieris. Audiens hijs verbis in furorem magnum versus est et voce valida clamare cepit O me miserum iste enim virgines me vincunt et statim fecit eas in ignem magnum ligatis manibus et pedibus proici. Et cum proiecte fuissent in ignem cantabant ymnum trium puerorum dicentes Benedictus dominus deus patrum nostrorum et statim ignis fuit diuisus et iste virgines ambulabant in medio clibani deum laudantes. Hoc videntes miraculum multi baptisati sunt fere tria milia et eo amplius. Imperator autem videns hoc quod ignis eas non ledebat putabat hoc fieri magicis artibus et iussit eas in [illegible]

[illegible] veniebat et loquebatur cum eis de deo et fidem [illegible] recipiebat. Angelus autem domini ipsis semper astitit et manna celicum eis ministrauit et consolabatur eas dicens [illegible] multa pati debetis. Hoc audiens imperator ut se vinceret iussit eas ad se adduci. Putabat autem eas fame maceratas que iam consumpte fuissent totaliter et non haberent bone vite colorem. [illegible] plenas claritate et pulcritudine et mirabatur quomodo eas [illegible]. Dixerunt virgines [illegible] Iste nos [illegible] et [illegible] tuum pulcritudinem [illegible] et bene nutriuit. Tunc dixit eis imperator iam nunc deponite amenciam vestram quia ista sunt [illegible] magicis artibus. Et [illegible] deos meos [illegible] vestras penas in innumerabilibus que respuimus nos solum deum adoramus et illi soli servimus qui stabilis est deus vero tui sunt caduci qui nec sibi nec aliis prosunt. Quod audiens imperator iussit fieri caminum [illegible] metallo [illegible] sanctarum virginum [illegible] et ibi includi in [illegible] quibus Angelus domini in magna claritate apparuit et facies earum sanauit et dixit eis [illegible] tu [illegible] ad dominum [illegible]. Tunc iste virgines orauerunt ut omnes qui memoriam ipsarum passionis facerent ut deus ipsos exaudiret in eorum precibus. Et ecce Angelus domini statim eis apparuit et dixit eis exaudite estis [illegible] quicumque memoriam vestre passionis habuerint [illegible] felix erit in corpore et anima nec [illegible] bonum et bonum finem optinebit et [illegible] bit sed finem ipsorum mutabitur. [illegible] petitis obtinebit. Et Angelus domini [illegible] reliquit [illegible] apud eas magna cantica [illegible]. Hoc scriptum felix in bonis temporalibus felix in vita felix in morte felix et post mortem. Tunc quidam qui [illegible] bant suadebant imperatori ut eas [illegible] deleret. Imperator vero iussit eas de carcere duci et simul decollari. Ille vero sanctissime virgines animas deo commendabant antequam decollate fuissent.

[illegible] possent [illegible] supra [illegible] corpora [illegible] reperierunt et ad [illegible] sepelierunt [illegible] tanto odore flagrabat quod infirmitates infirmos sanarent et hoc toto supra dictas magistri per quinque ipsarum sepulchra quando christiani voluerunt eas sepellire parata invenerunt ex certis lapidibus et ibi sepelierunt eas sub [illegible] Martii anno domini cc xl.

Secundus dicitur quasi secedens id est honestate morum compositione vel secundus quasi sequens deum id est ab scandens [illegible] per magistri dei ab tempestatibus vel secundus quasi secundus dux sunt enim bonus quia relatam sensualitatis bene posuit secundus [illegible] ... mortis vel secundus dicitur id est spiritu primo deo cum vere crimen [illegible] ad vitam. Sed primo sanctitu? debita presenti [illegible] huius prosequi non solum prima [illegible] etiam per secundum.

Secundus miles strenuus sed christi athleta egregius et martir martirio gloriosus fuit in civitate Astensi mirifice coronatus. Cuius gloriosa presentia decorata civitas illustrata et eo[illegible] singulari patrocinio letatur. Hic a beato Calocero qui a Sabrio preside in civitate Astensi in carcere tenebatur fidem christi edoctus fuit. Cum igitur beatus Marcianus in Terdonensi civitate detineretur in carcere Sabrinus illuc profecturus voluit eum immolare. Secundus vero tanquam causa spatiandi illuc cum preside beatum Marcianum videre desiderans ivit. Cumque extra civitatem Astensem venisset ecce columba super secundum descendit et capiti eius insedit. Cui dixit Sabrinus: Vide Secunde quomodo diis nostris carus es ut etiam aves celestes ad te visitandum transmittant. Cum autem vidit Secundus angelum domini super aquam ambulantem talique dicentem Secunde [illegible] Sabrinus [illegible] dixit [illegible] audio te [illegible] Secundus [illegible] ad [illegible] pervenissent. Marcianus [illegible] similiter [illegible] apparuit et [illegible] dixit Secunde [illegible] cum parte dubitans. Cui Secundus [illegible] passus est. Cum Sabinus quid hoc audio tu ante tradicionem [illegible]. Marcianus per preceptum angeli de carcere exiens Secundo apparuit et ei dixit: ambula in viam veritatis et perge ut accipias palmam coronam. Sabrinus dixit: quis est hic qui velut quasi somnians loquitur? Secundus: Est tibi somnium sed michi admonitio et confortatio. Post hec Mediolanum venit et Faustinum et Jovitam qui in carcere detinebantur ad ipsum extra civitatem adduxit et ab eis baptisma quasi quadam nube aquam prebente suscepit. Et ecce subito columba de celo venit et corpus et sanguinem deferens domini Faustino Johanni et Jovite tradidit. Tradidit autem Faustinus corpus et sanguinem domini Secundo ut ad Marcianum deferret. Veniens igitur Secundus iam nocte esset et ad ripam Padi venisset angelus domini frenum accipiens equum super Padum ipsum transvexit et usque ad Terdonam perduxit in carcere ad Marcianum perduxit vel introduxit. Dedit ergo Secundus Marciano corpus Faustini et ipse illud suscipiens dixit: Corpus et sanguis domini mecum sit in vitam eternam. Tunc de mandato angeli Secundus de carcere exivit et ad suum hospitium ivit. Post hec Marcianus capitalem sententiam suscepit et Secundus corpus eius recipiens sepelivit. Quod audiens Sabrinus ipsum ad se vocavit cui et dixit: quantum video te christianum esse profiteris in Sabinus quid tibi te [illegible] mea mortem desiderate tu Sabinus illa penitus tibi debeatur. Cumque sacrificare nollet iussit eum expelli statimque angelus domini ibi affuit et vestem sibi paravit. Tunc Sabinus eum in eculeo suspensum tam diu torqueri fecit donec eius brachia a suis compaginibus solverentur; sed cum sanitati a deo restitutus fuisset iussit eum in carcerem retrudi ubi dum esset angelus ad eum venit dicens: Surge hic et sequere me. Et ducta ad civitatem medio tradit te ipsum ad carcerem Astensem perduxit et cum ministerio ubi erat Calocerus et salutatur ad eos posuit. Quos videns se ad eorum se pedes prociit. Cui Calocerus: Noli timere, sed quia [illegible] dominus detinens qui dicte [illegible] malis cupiam benedictionem [illegible] ascendit in celum. Mane igitur Sabinus ad carcerem misit qui cum talem sigillatum invenerunt, sed eum non invenerunt penitus. Igitur Sabinus Dertonam [illegible] te Astensem ut secum Calocerum primicerie misit ut puniretur. Calocerus sibi presentatur et tunc venientes sibi qui se cum ipsis esse quos audiens eos Sabinus precipit et dixit [illegible] esse contemptores [illegible] summe non valuerunt. Cum autem sacrificare noluerunt picem cum resina liquefieri iussit et super eorum capita fundi et in ora eorum iactari. Illi autem tamquam aquam frigidam biberunt cum magno desiderio et pariter clamabant: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Tunc Sabinus super eos dedit sententiam ut Secundus in civitate Astensi de-

[illegible] mitteretur et ibidem puniretur. Dum autem Secundus decollatus fuisset, tunc angeli corpus eius tulerunt et ipsum cum laudibus multis sepulture dederunt. Passus est autem tertio kalendas Aprilis.

Maria Egipciaca que appellabatur quadraginta vii annis in heremo artissimam vitam duxit, que circa annos domini CCLXX tempore Claudii intravit. Quidam autem abbas nomine Zozimas dum Iordanem transfretasset et heremum magnam peragrasset si forte aliquem sanctum patrem inveniret, vidit quendam ambulantem nudo nigroque corpore et ex ardore solis exusto. Hec autem erat Maria Egipciaca statim quod hec fugam arripuit et Zozimas post eam velociter currere cepit. Tunc dixit: Abba Zozima, quid me persequeris? Ignosce mihi, quia non possum faciem meam ad te convertere eo quod mulier nuda sum, sed pallium tuum mihi porrige ut possim te sine verecundia videre. Qui se nominari audiens stupefactus est et pallium suum tribuit et in terra prostratus ut se benedici rogavit. Cui illa: Ad te pater magis benedicere spectat quem sacerdotii dignitas honorat et ornat. Cumque audisset quod nomen et officium eius sciret, amplius mirabatur et benedici obnixius deprecabatur. Tunc illa ait: Benedictus deus redemptor animarum. Cumque extensis manibus oraret vidit eam quasi unius cubiti mensura a terra levari. Tunc senex dubitare cepit ne forte immundus spiritus esset et fingendo orationem faceret. Cui illa: Satisfaciet tibi deus qui peccatricem mulierem immundum spiritum existimasti. Tunc Zozimas eam per deum coniuravit ut conditionem suam ei deberet narrare. Cui illa: Ignosce mihi pater, quia si statum meum narravero, me aspicere territus fugies et aures tue a [illegible] egypto nata xii etatis anno alexandriam veni ubi per x et vii annos publice libidini me subieci et nulli unquam me negavi. Cum autem regionis illius populi ad adorandam sanctam crucem Ierosolimam ascenderent, rogavi nautas ut me secum dimitterent. Exacti cum de naulo ~~[illegible]~~ requirerent, dixi: Non habeo, fratres, aliud naulum sed corpus meum pro naulo habete. Et me susceperunt et corpus meum naulum habuerunt. Cumque Ierusalem pervenissem et pro adoranda sancta cruce usque ad fores ecclesie cum aliis devenissem, subito et invisibiliter repulsam paciebar nec intus intrare permittebar. Iterum atque iterum perveni usque ad limen ianue et subito inviolabiliter repellebar, ceteris omnibus liberum aditum et absque ullo habentibus impedimento. Rediens igitur ad me et cogitans quod hec in obsceleritate meorum immanitatem acciderit, pectus meum cepi manibus meis tundere, lacrimas amarissimas fundere et a corde intimo gemitus suspiriaque emittere. Et ibidem imaginem beate virginis vidi, tunc ipsam lacrimabiliter adorare cepi ut peccatorum veniam impetraret et ad adorandam sanctam crucem me intrare permitteret, permittens me seculo abrenuntiaturam et deinceps castam mansuram. Ad quam hec orassem et in nomine virginis fiduciam recepissem, fores iterum ecclesie adii et sine aliquo impedimento ecclesiam intravi. Cum autem sanctam crucem devotissime adorassem, quidam michi tres nummos tribuit de quibus tres panes emi. Audivi quoque vocem dicentem: Si Iordanem transieris salva eris. Iordanem igitur transivi et in hoc desertum veni, ubi iam xlvii annis nullum hominem vidi. Illos autem tres panes quos mecum detuli ad instar lapidis indurati sunt et per ipsa xlvii annorum in cibis suffecerunt comedendo. Vestimenta mea iam dudum putrefacta [illegible] indigna sum et nunc pater [illegible] vir esse dicas ipsa [illegible] et rogo ut pro me ores [illegible] ad dominum [illegible] ad [illegible] in familia sua [illegible] -tui. Tunc obsecravit eum ut in die dominice cene ad Iordanem accederet et corpus dominicum tecum ferens et de manu tua corpus sacrum susciperet, quia a die qua huc veni corpus dominicum non accepi. Rediens igitur senex ad monasterium, revoluto anno dum dies dominice cene appropinquaret, tulit corpus dominicum et usque ad ripam Iordanis veniens ex alia parte mulierem stantem prospexit, que super aquas sancte crucis signaculo facto usque ad senem pervenit. Quod videns senex obstupuit et ad pedes eius se humiliter prostravit. Cui illa dixit: Ne feceris, tu sacramenta dominica tecum habeas et sacerdocii dignitate refulgeas. Sed obsecro te ut sequenti anno iterum ad me redire digneris. Tunc iterum facto signo sancte crucis super Iordanem transiit et heremum petiit. Senex vero ad suum monasterium rediens sequenti anno ad locum in quo primo locutus secum fuerat venit et eam ibidem expirasse invenit. Qui lacrimari cepit et eam tangere non presumpsit. Dixit quoque intra se: Ego quidem corpus sancte sepelire vellem sed timeo ne hoc sibi displiceat. Hec eo cogitante vidit iuxta caput eius litteras descriptas in terra ita continentes: Sepeli Zozima corpusculum Marie, redde terre pulverem suum et ora pro me ad dominum cuius precepto hac die aprilis reliqui hoc seculum. Tunc senex pro certo cognovit quia mox ut dominica sacramenta accepit et ad desertum rediit vitam finivit. Illud quoque desertum quod Zozimas per xxx dierum spacia vix ambulavit illa in una hora percurrit et ad deum migravit. Cumque senex terram foderet sed nequiret, vidit leonem ad se venientem mansuetissime. Dixitque ei: Sancta mulier hec precepit corpus suum sepeliri. Ego tamen senex sum fodere non valeo, nec habeo ferramentum. Tu ergo terram fode ut possimus eius corpus sanctissimum sepelire. Tunc leo cepit fodere et aptam foveam preparavit. Quo facto leo ut agnus mansuete secundum glorificatus deus per eum

Sancta Zophia a no-
bilissimis parentibus
nata patre quidem
Manfredo matre vero
Sancilia nuncupata. Hic
vero rex Persarum fuit habitans in civi-
tate Medorum confine Arabie et E-
gypti et eo tempore inter gentes ipso for-
tior non inveniebatur. Effloruit autem
tempore Anacleti pape ut in Cronicis
Romanorum legitur qui fuit vicesimus septimus
post beatum Silvestrum Decio imperatore
regnante in Rome. In illis temporibus Con-
stantinopolitani pace optima vigue-
runt ita quod ipse Anacletus Romam re-
linquens fugit persecutionem Decii et
venit in Greciam quem imperator Di-
mercius nimium diligens et de adventu
ipsius gaudens ipsum honorifice recepit. Con-
vocato ad hoc patriarcha Jerosolimita-
no Johanne et omni populo totius regni
visum est hiis ut Dimercius imperator quia
plenus dierum per multum tempus vivebat fi-
lio suo Dimercio Zophiam virginem
speciosissimam Regis Manfredi filiam
peteret in uxorem et ipse rex Dimer-
cius posset etiam vivere qui maxime
ecclesiam dei persequebatur. Quo mortuo ad
monita beate Zophie defuncto Decio
imperatore Dimercius sponsus beate Zophie
Romam peciit ad papam Anacletum tres
filias suas scilicet fidem, spem et ca-
ritatem cum matre reliquit et ab Adria-
no imperatore qui Decio successit mar-
tirii palmam promeruit obtinere. Sancta igitur
Zophia audiens noctis tempore concentus
angelorum in aere consistens in oracione fi-
liabus cooperantibus oravit ad dominum ut [illegible]
revelare dignaretur ei quid iste cantus
designaret et ecce quibus illarum videt
angelum stantem coronam tenentem in manibus.
Beate autem Zophie astabant septem angeli
quilibet coronam tenens et dixerunt: Au-
diste ne concentus nostros quos quidem

meruit palma martirii [illegible]
paratum est ut in proximo videtis per-
petue palma beatorum. Sed mira vero vos
ad limina sanctorum apostolorum secum ducet Ro-
mam ibique membra ab Adriano una
cum matre vestra gloria et honore coronari ipsam quam
septies monentur et tollens membra ab
altissimo coronari. Nunc dispone domui
tue. Quod audiens beata Zophia leta valde
secum Johannem vocat patriarcham Jerosoli-
mitanum qui eam ad fidem Christi instruxerat insuper
et baptisaverat cum filiabus eius quid
de imperio disponeret seu faceret inquisivit.
Consuluit ut civitatem Constantinopolim
iure perpetuo faceret tamquam per totam
Christianitatem nullum honorem vidit. Do-
tavit autem per ecclesiam ecclesiam multis ornamentis
ut creditur in toto mundo nullam ecclesiam
posse ei similem preferat at Johannes patriarche
ecclesie Christi ut exemplo eius structure
que ad honorem beate virginis per eam domus
edificare disposuerat. Baptisati sunt de
adultis viri ac mulieribus L. milia
milia absque parvulis. Resignavit quod Tran-
quilinus filius mariti sui imperium ut posset
imitari eam vivere dictis [illegible] que renun-
ciavit omnibus. Accepit igitur filiabus suis
post mortem mariti sui anno septimo Romam
veniens multa secum deferens in solacium
pauperum et aurum et argentum pauperibus
distribuit. XXIIII quatuor ecclesias in urbe
construxit ubi hodie duo in sanctis
suis laudabiliter honorantur. Illo autem tempore
beata Zophia Rome exemplo religiose
vite multas ac nobiles feminas quorum
ad fidem adduxit eique quorum virorum [illegible]
et sumptuosis conviviis abstinebat. Cum
indignatus quidam prior urbis Rome
nomine Antiochus suggestione Adri-
ano dedit dicens: Mulier quedam ingressa
cum filiabus suis hanc civitatem separare
a nobis matronas nostras docet. Cum vivi
dominum Jesum Christum neque aliter in eius cultu
perficere nisi a conviviis et deliciis abstinere.
Denique uxores nostre adherentes cultui
ipsius Jesu Christi negant cibum nobiscum
venire. Dixit Adrianus iratus: misse-

[illegible] in sinu [illegible] dixit [illegible] esse [illegible] palacium pergit ac fronte signaculo crucis muniens adduxit eas. Adrianus stupefactus ad pulchritudinem puellarum vix loqui potuit. In paululum vocis interrogavit cuius civilitatis vel unde esset. Addidit quod quae discordiae fratrum civitatem Romanam seperando quietam ut deorum qui orbem fabricavit sui abiurando cultum. At ei non tantum dicto illa tribuit sana voce. Adrianus dixit: Iterum interrogo nomen fidei cultum. Illa tribuit: Christianam primum quod nobilissimum vero nomen et secundum nomen Zophia Dimeron, nobilissima parentum in regno progenita de Grecia imperatori Romano veni cum filiabus meis deo immunes offerre. Tunc Adrianus iussit eam cum filiabus custodiri in pallacio senatoris memoribus ac illis in custodia conversatur mater filias ad contemptum vite presentis et ad tollerantiam passionis ducens instruxit: Consulite, filie, et divinis instructionibus custodite vos in tempore tribulationis quod didicistis. Ille enim in quem ab infancia sperare didicistis modo vos coronabit coronis quas inquit voluistis in quibus omni vie providebitis constanter si fidem Christi per compassionem et tormentum finalibus. Ad quam filie dicebant: Secura esto domina et mater nostra, promitte nos pereis imperatoris terrori et tormentis fortitudinem nostram et confessionem certaminis. Salvator noster Jesus Christus cuius nos custodia cernat protegit nos et iterum mater: Agite inquit quod promittatis auxilium vobis afficiente deo ut ego leta sequar vos. Tribus itaque diebus in domo Palladij senatoris de talibus loquentes per angelos confortati sunt ut lete suscipiant palmam glorie. Post tres autem dies imperator eas putans iubet ludum adducentur puelle, mater eas sequebatur et ait ad eas Adrianus: O infantule audite me et misericordiam etati vestre diis nostris sacrificate vivis et adoptabo vos mihi in filias sub testimonio sigillo senatus et militaris ordinis. Tunc Fides tribuit: Esse fidei signum quod quod nunquam non potero nisi moriar pro Christo. Adrianus autem incarnationis auctor confidens ardenti [illegible]

[illegible] sub [illegible] Christus [illegible] ex [illegible] Constans esto Fides quia in lumine fidei tue tibi apparebo. Tunc ait: Et post paucum te prevenit corona. Quo audito Adrianus iussit ipsam decollari. Tunc ad decollandum ducitur mater ad gloriosum spectaculum cum filiabus properate sed spectantibus caritate et oravit Beata Fides dicens: Deus qui fidei es auctor, inventor et informator, respice in partes ancille tue et omnes mee passionis diem recolentes fidei stella dirigentes ab omni scelo signum quasi iudicant. Tunc dominus inquit: Veni dilecta de tenebris in admirabile lumen meum. Tunc decollata est, et tunc odor suavissimus de eius membris processit tamquam campos floribus variis replevit ita quod omnes in stupore versi sunt et invenerunt quod non est [illegible] abscessus clamat assistans: Nolite mirari. Fides deducitur inter flores celestes. Denique Spes accipitur et in vas intra mittitur ad comburendum flamma incitata per infideles existentes quae milia circumstancia flamma comburens combussit. Tunc Spes dixit ad matrem: Quid oculis video enim sponsum meum qui tenet in oculis meis scriptam in qua continetur: Pete quod vis dabo. Tibi mater filia dei ut omnes qui ad laudem sponsi tui passionem tuam recoluerint in vera spe perpetualiter permanebit et in separacione corporis et anime pro quocumque delicto non dampnabitur. Ad quam vox: Vera complevit a ore tua dilecta soror mea sic et Spes accepta de solio decollata est et iuxta suam sororem posita. Post hec Caritas que amicus filia per flagella quam mater confortavit dicens: Vilis age filia, defensor vite est deus sperantibus in se. Tunc precise sunt manus Caritatis. Tunc dixit Caritas: Apostolus meus Paulus docuit omnia suffert omnia sustinet [illegible] ultimus ac [illegible] decollari que cum orauit [illegible] omnium ac verecundia meruerit facere opera talia et exaudita est et in celum recepta. Singule autem matri apparentes dixerunt: O mater, quia magnifica te in celis expectat nostra thezaurus civitatis tibi preparat. Beata autem Zophia cum haberet visionem mutavit faciem sicut sol ita ut Adrianus perstupuit et omnes circumstantes crederent esse deam. Alloquens autem Adrianus beatam Zophiam dulciter inquisivit qualis hec visio esset. Que ait: Visio celestis. Vidi cum multo [illegible] filias quas necasti et demones coronas me expectantes et regem regum me postulantem, qui multo fortior nobilior quam tibi et omni [illegible] [illegible] qui per multa et innumerabilia tormenta [illegible] me donabit ibi [illegible] preciosa [illegible] conservata. Ad hec iratus Adrianus iussit eam nudam expoliari et a duodecim viris cedi qui usque defecti videntur latera eius verberari. Denique iussit eam acutissimis firmiter ut pedes transfigerent nervos [illegible] pedum eius set pati ut moreretur. Ipsa per nares cerebrum [illegible] ipsa vero stans inter tormenta manus Adriano dixit: [illegible] ista facit deo placere que ab aliquo sustinentur [illegible] voluntate [illegible] tibi. Hoc dicto in carcerem est reclusa. Vidit quod [illegible] qui eam confortabat dicens multa [illegible] eam passionem tuam corpus tuum mortuum in terra respiciet. Eam in cloaca proici iussit. Quadam die sedente pro tribunali Adriano beata Zophia sana et viva resuscitata per angelum [illegible] eam [illegible] presentat. Adrianus imperator cum vidisset eam viventem dixit: Quomodo per maleficia tua ut mortua revivis? Cui dixit sancta Zophia: Salus mea et resurrectio et vita Christus Jhesus in illum credo. Tunc Adrianus mandavit eam in fornacem proici et ignis copiosi accendi. Angelus autem domini per [illegible] descendit et medium fornacis fecit tamquam ventum roris flantem. Audiens autem imperator eam cum angelis in igne gaudentem et [illegible] ei [illegible] in quatuor partes [illegible] fecit et corporis partes canibus proici. [illegible] autem [illegible] partes

[illegible] angeli descendentes et [illegible] refecerunt. Illa itaque gaudens [illegible] reddidit qui ad sanctos [illegible]. Erat autem Adrianus via Lavicana [illegible] dum esset iuxta ecclesiam Johannis et Pauli martirum [illegible] in [illegible] quod videns demens comparavit ita quod per spacium horas dici [illegible] vitali careret. Rediens ad cor respiciens [illegible] ipsum regi fecit. Ipsa autem [illegible] mulieres [illegible] in fide confortabat. Consulta [illegible] que ei angeli narraverunt [illegible] apprehensos [illegible] insuper [illegible] velut liquorem suavissimum [illegible] nullam lesionem sentiunt [illegible] in manu eius [illegible] et de nocte ei dominus apparuit in magis [illegible] ipsam [illegible] habuit [illegible] nulla passione [illegible] Adrianus dixit [illegible] in [illegible] facere que non sit [illegible] pluribus dei [illegible] tue [illegible] potenciores [illegible] una [illegible] malefica nos sic [illegible] audiens Pallabius senator qui eam in carcere tenuerat [illegible] dixit: [illegible] pater tu et consiliarii tui omnes [illegible] que talia facere posset [illegible] causa quam [illegible] non [illegible] et tu non credis. Scias quoque Zophia [illegible] Adrianus in [illegible] iussit senatorem decollari. Zophia [illegible] in [illegible] proici corpus [illegible] videntibus [illegible]. Papa [illegible] et [illegible] angelus domini descendit accepit eam per manum dexteram dicens: Surge Zophia [illegible] status [illegible] et [illegible] ut [illegible] fide [illegible] videns [illegible] Bellinus Zophiam vivam admirans dixit: O qualis est deus Zophie qui [illegible] eam [illegible] ut nec [illegible] eam mortificare non possit. Congregata autem parentela sua baptismum petiit. Tunc beata Zophia audiens [illegible] petiit ut eos baptizaret. Erant autem [illegible] absque pueris et mulieribus. Tunc Adrianus [illegible] pectus suum percussit dicens: Ve michi misero quia per unam maleficam sic vincor [illegible] eam in sartaginem ferri plenam plumbo bullienti in qua iacens dixit: Conforta me rex celorum. Cui Adrianus: Est ne alius rex quam ego? Que respondit: Est non sic

[illegible]
angelos [illegible]
[illegible] deo [illegible]
[illegible] Zophia [illegible]
[illegible] et [illegible]
in [illegible] veniunt angeli ad recipi-
endas animas virginum. Tunc imperator o miseri-
ma in penis iacens non desinis alios deci-
pere. Tunc fecit eam cum pedibus in aculeo
suspendi sursum et carnes ab ossibus mutilari
ut vene rumperentur. Cum penitus per eam
corruerint iussu autem imperatoris corpus sic
inflatum cineratum carnibus privatur. Tercio
vero surgentes iudices quas prius crucifixerant
duxerunt corpus eius in domum Felicis que per
modum [illegible] factus est et passi-
onis Ihesu quam die eam dominus resuscitavit
in presencia matronarum et sororum corporum quorum
nomina per singula dum narratur. De mane
vero illesa per totam urbem deambulans predi-
cabat Christum et venit iam ad imperatorem. Cum
dixit iam non patiaris quia molestie deorum
meorum infligat maleficia. Precipite eam dentes
excutite manus amputate mamillas precidite
ossa conterite ut saltem ibi moriatur. Ibi etiam per
angelum resuscitata quam cernentes Romani tanti-
ens resuscitatam congregati sunt omnes ad cu-
piditatem petentes quis eam tociens resuscitasset.
Ipsa ait Christus qui est resurrectio et vita. Hec
et multa alia ipsa loquente crediderunt Christo
de Romanis plures qui ~~[illegible]~~ duo milia.
Post hec Adrianus commotus iussit eam tristis
in triplici gladio ultimo decollari imperatorem
autem Romani in imperatorem secum qui timens
fugam iniit ubi a diabolo arreptus spiritum
exhalavit. Recedentes ipsam mortuam dereli-
querunt. Et venerunt septem angeli qui ipsam a terra
levaverunt dicentes: Nunc simus cum tue passi-
onis venisse et da benedictionem omnibus
diligentibus te. Tunc ipsa in manibus angelorum
revixit et dixit: Viri Romani benedicite
deum et confitemini mecum sibi quia fecit
mecum mirabilia sua. Hec vero michi per vos
pro fide ipsa. Quo dicto ipsa venit. Beata
Sophia dixit: Vir de in sacramento vite eterne
communionis sacramentis christianis eam perunxit
et parata oravit et aspiciens deum Ihesum
Christum et dixit: Domine Ihesu Christe qui es sapiencia
patris qui tribus filiabus meis fidei spei
et caritati felice fine imposuisti et mi-
chi me pervalere ad bonum finem perduxisti
te intime rogo ut qui mortem meam

[illegible]
[illegible] recipiatur [illegible]
[illegible] que nobis devote supplica-
verit gaudium inveniant in paupertate
vite constituti vinculis alligati vel in
tribulacione aliqua positi a te dulcis con-
solator liberentur. Cui sursum est gaudentes
es et gaudientes omnes te venerantes.
Veni ad me iam sponsa assa es insignis
iam a modo aliquam pacieris. Tunc angeli
cantaverunt ipsa Gregorio magnus into-
nante: Veni electa mea et omnes an-
geli finierunt et sic ipsa venerabiliter
corpus eius servavit quousque Consta-
ntinopolitanus venit qui ipsam et filias
in Greciam solempniter deportavit
ubi hodie dominus sanctas suas mirabiliter
glorificat circa annum domini c.xxviii°
ab Anacleto Constantinopolim fuit
transmisse.

Ambrosius dicitur ab ambra que est species valde redolens et preciosa. Preciosus enim ecclesie fuit et in dictis et in factis suis et valde redoluit. Vel dicitur Ambrosius ab ambra et syos quod est deus quasi ambra dei. Deus autem per eum quasi ambra per eum ubique redolet. Fuit enim et est bonus odor Christi in omni loco. Vel dicitur Ambrosius quod est pater luminis et sior quod est parvulus quasi pater multorum filiorum in spiritualibus generatione et luminosus in expositione sacre scripture et parvulus in sua humili conversatione. Vel dicitur sicut in glossario Ambrosius odor vel sapor celestis. Ambrosia est esca ~~celestis~~ angelorum, ambrosium celeste mellifluum. Fuit enim celestis odor per odoriferam famam, sapor per contemplationem intimam, celeste mellifluum per dulcem scripture expositionem, esca angelorum per gloriosam fruitionem. Cuius vitam scripsit Paulinus Nolanus episcopus ad Augustinum.

Ambrosius filius Ambrosii prefecti Rome cum in cunabulis in atrio pretorii esset positus et dormiret examen apum subito veniens faciem eius ita replevit ut quasi in alveolum suum intraret et exiret. Que postea evolantes in tantam aeris altitudinem se elevaverunt ut humanis oculis minime viderentur. Quo facto pater territus ait: Si vixerit infantulus iste aliquid magni erit. Postea vero cum adolevisset et videret matrem et sororem sacratam virginem manus sacerdotum osculari, ipse ludens sorori dexteram offerebat, asserens et sibi illud ab ea debere fieri. Illa vero ut adolescentem et nescientem quid diceret respuebat. Rome igitur liberalibus eruditus ad causas pretorii splendide peroravit, a Valentiniano imperatore ad regendas ~~Liguriam~~ Liguriem Emiliamque provincias directus est. Cumque Mediolanum venisset et ibi episcopus tunc deesset, convenit populus ut sibi de episcopo provideret. Sed cum inter Arrianos et katholicos de eligendo episcopo sedicio non modica oriretur, illuc Ambrosius causa sedicionis properavit sedande, et statim vox insonuit infantis dicentis: Ambrosium episcopum eligite. Cuius voci omnes unanimiter consenserunt, Ambrosium episcopum acclamantes. Quo ille cognito, ut eos a se terroribus removeret, tribunal conscendit et contra consuetudinem suam tormenta personis adhiberi iussit. Quod cum faceret, populus tamen clamabat: Peccatum tuum super nos. Et ille turbatus domum suam iniit et publicas mulieres publice ad se ingredi iussit, ut hiis visis a se populum revocaret. Sed cum semper populus clamaret: Peccatum tuum super nos, fugam media nocte iniit. Cum ergo Ticinum se pergere putabat, mane ad portam civitatis Mediolanensis que Romana dicitur invenitur. Qui inventus dum custoditur a populo, missa est legatio ad clementissimum imperatorem Valentinianum, qui cum summo gaudio accepit quod iudices a se directi ad sacerdocium peterentur. Letabatur et Probus prefectus quod verbum eius in eo fuit adimpletum. Dixerat enim dum sibi proficiscenti mandata daret: Vade, age, age non ut iudex sed ut episcopus. Pendente autem relacione iterum se abscondit, sed inventus cum adhuc esset kathecuminus baptisatur et octavo die in episcopalem [illegible] sublimatur. Cumque Romam iisset et soror sua [illegible] manum eius oscularetur, subridens ait: Ecce ut dicebam tu sacerdotis manum osculeris. Cum autem in quadam civitate pro quodam episcopo ordinando iuisset et eius electioni Iustina imperatrix et ceteri heretici contradicerent, volentes ut de sua secta aliquis ordinaretur, una de Arrianorum virginibus impudentior ceteris ubi Ambrosium per vestimentum apprehendit, volens eum ad partem mulierum trahere, ut ab eis tentus de ecclesia expelleretur cum iniuria. Et si ego indignus tanto sacerdocio sim, tamen non convenit in quemcumque sacerdotem manus mittere. Unde timere debuisti iudicium Dei ne tibi aliquid contingat. Quod dictum exitus rei confirmavit. Nam die illa mortuam ad sepulcrum usque deduxit, gratiam pro contumelia impendens. Quo facto omnibus terror irruit populo. Post hec Mediolanum reversus infinitas insidias pertulit a Iustina imperatrice, que muneribus et honoribus populum adversus eum concitabat. Cum ergo multi eum in exilium pellere quererent, unus ceteris infelicior in tantum furorem excitatus est ut iuxta ecclesiam domum sibi locaret ac in eadem quadrigam paratam haberet, quo procurante Iustina vel captum in exilium deportaret. Sed Dei iudicio ipse die quo se ipsum rapere arbitratus in eadem quadriga de eadem domo in exilium portatus est. Cui Ambrosius reddens bona pro malis sumptus et cetera ~~prebuit~~ ministravit. Cantus et officium in ecclesia Mediolanensi primus celebrari instituit. Erant et tunc temporis Mediolani a demonibus obsessi qui se torqueri ab Ambrosio magnis vocibus acclamabant. Iustina autem et multi Arrianorum qui secum habitabant dicebant pecunia Ambrosium comparare homines qui se ab immundis spiritibus vexari mentirentur et ab Ambrosio dicerent se torqueri. Tunc subito quidam de illis Arrianis unus qui astabat ~~Arrianus~~ arreptus a demonio in medium prosiluit ac clamare cepit: Utinam sic torqueantur ut torqueor qui non credunt Ambrosio. Quem illi confusi in piscinam demersum [illegible] ad predicationem Ambrosii [illegible] vidit ad aures eius angelum loquentem verba que ipse predicabat, quo viso fidem quam persequebatur cepit defendere. Quidam aruspex demones invocabat et ipsos ad nocendum Ambrosio transmittebat, sed reversi demones nuntiabant quod non solum ad ipsum sed etiam ad fores domus eius accedere non valebant, quia ignis insuperabilis omne illud edificium communiebat, ita ut etiam longe positi urerentur. Predicto vero aruspice cum a iudice pro quibusdam maleficiis torqueretur, clamabat ab Ambrosio se magis torqueri. Quidam demoniacus ingrediens Mediolanum demon dimisit, egrediente invasit. Interrogatus de hoc demon dixit se Ambrosium timuisse. Aliquis quadam nocte cubiculum eius adiit ut gladio ipsum necaret, prece ac precio a Iustina inductus. Sed cum ad feriendum gladium elevasset nec ipsum percuteret, continuo manus eius male habuit seu aruit. Quidam a demonio arreptus clamare cepit ab Ambrosio se torqueri. Cui Ambrosius: Obmutesce dyabole, quia non te torquet Ambrosius sed invidia tua, quia illuc homines ascendere conspicis unde tu turpiter corruisti. Statimque ille obmutuit. Quadam vice dum beatus Ambrosius per civitatem pergeret, casu quidam cecidit et in terra iacebat, quem videns alius ridere cepit. Cui Ambrosius: Et tu qui stas vide ne cadas. Quo dicto statim casum suum doluit quod deriserat alium. Quadam etiam vice Ambrosius ad palacium Macedonii magistri officiorum ut pro quodam intercederet venit. Sed cum fores clause essent nec introeundi copia esse posset, ait: Et tu quandoque venies ad ecclesiam et non clausis ianuis sed apertis ingredi non valebis. Elapso aliquo tempore metuens inimicos Macedonius ad ecclesiam venit, et patentibus ianuis ecclesie aditum reperire non potuit. Fuit autem tante abstinentie quod quotidie nisi dominico die et festis precipuis non ieiunabat. Tante etiam fuit largitatis ut omnia que poterat ecclesiis et pauperibus sibi nil retinens tribuebat. Tante etiam equi

[illegible] amarissime flere [illegible] tante humilitatis [illegible] et laboris erat ut libros quos dictabat ipsa manu scriberet, nisi cum infirmitate corporis gravaretur. Tante pietatis et dulcedinis erat ut cum alicuius sancti vel episcopi obitum sibi nuntiaret, quod vix consolari valeret. Cum autem requireretur cur viros iustos qui ad gloriam etiam ibant sic defleret, dicebat: Ne putetis me flere quia recesserint, sed quia me precesserint, et quia difficile invenitur qui tali dignus eius officio fieret. Tante autem constantie et fortitudinis fuit quod imperatori et principibus in via non parcebat, sed eos voce libera constantissime arguebat. Cum quidam vir grande flagicium perpetrasset et coram eo adductus fuisset, dixit Ambrosius: Oportet illum tradi Sathane in interitum carnis, ne talia deinceps audeat perpetrare. Et ecce in eodem momento cum adhuc sermo in ore eius esset, spiritus immundus discerpere cepit. Quadam vice beatus Ambrosius Romam pergens et in quadam villa Tuscie apud quemdam hominem nimium locupletem hospitaretur, illum hominem super statu suo sollicite requisivit. Cui ille inquit: Status meus domine semper felix extitit et gloriosus. Ecce enim in divitiis infinitis abundo, servos et famulas plurimas habeo, copiosam filiorum et filiarum et nepotum turbam possideo, et omnia semper ad nutum habui, nec unquam mihi aliquid adversi accidit vel quod contristaret advenit. Quod audiens Ambrosius vehementer obstupuit et his qui secum in comitatu erant dixit: Surgite et hinc quantocius fugiamus, quia Dominus non est in loco isto. Festinate filii, festinate, nec in fugiendo moram faciatis, ne nos hic divina ultio comprehendat et in peccatis istorum pariter et nos involvat. Qui cum fugerent et aliquantulum processissent, subito se terra aperuit et hominem illum cum universis que ad ipsum pertinebant ita absorbuit ut nullum inde vestigium remaneret. Quod videns Ambrosius dixit: Ecce fratres quam misericorditer Deus parcit cum hic adversa tribuit, et quam severe irascitur cum semper prospera elargitur. In eodem autem loco fovea profundissima remansisse dicitur, que usque hodie in huius testimonium perseverat. Cum autem Ambrosius radicem omnium malorum avaritiam in hominibus magis ac magis crescere cerneret et maxime in his qui erant in potestatibus [illegible] vendebant [illegible] satis instans [illegible] ingemuit et se de aliis criminibus [illegible] liberari instantius exorabat. Quod se obtinuisse gaudens revelavit fratribus quod usque ad resurrectionem domini cum eis esset. Ante vero paucos dies ad lectulum decubuit et quadragesimum psalmum cum notario dictaret subito ipso vidente notario in modum scuti brevis ignis caput eius cooperuit atque paulatim per os eius tamquam in domum habitator intravit. Tunc facies eius tamquam nix effecta est et postmodum ad suam speciem rediit. Ipso ergo die scribendi et dictandi finem fecit ut nec ipsum psalmum complere potuit. Post paucos ergo dies infirmitate cepit laborare. Tunc comes Italie Mediolani nobiles convocavit dicens quod tanto viro recedente periculum esset ne Italie interitus immineret. Rogavit ut sibi spatium vivendi impetraret. Quod ille ut ab eis audivit respondit: Non inter vos vixi ut me vivere pudeat, nec mori timeo quia bonum dominum habemus. Eo tempore quatuor diaconi convenerunt et tractabant inter se quis post obitum eius esset bonus presul. Cumque a loco in quo vir dei iacebat longe essent et Simplicianum ita secrete nominassent ut vix se invicem audirent, ille ab eis longe positus ter clamavit: Senex est bonus. Quod audientes territi fugerunt et non nisi illum post obitum eius elegerunt. In loco autem in quo iacebat vidit dominum Iesum ad se venientem et sibi vultu alacri arridentem. Honoratus vero episcopus Vercellensis qui beati Ambrosii obitum expectabat cum se sopori dedisset voce se clamante tertio audivit: Surge quia modo est recessurus. Qui consurgens Mediolanum advenit et ei dominici corporis sacramentum dedit. Mox quoque ille manibus in modum crucis expandit et ultimum spiritum inter verba orationis exalavit. Floruit autem circa annos domini ccclxxx. Cum autem in nocte pasche corpus eius ad ecclesiam fuisset delatum plurimi baptisati infantes viderunt

[illegible] quo suis parentibus [illegible] stellam super corpus eius viderunt. Quidam presbiter cum in convivio cum multis aliis esset et sancto Ambrosio detrahere cepisset, relatum est sibi quod illi presbitero quod sibi detraxisset [illegible] quod cum ille vilipenderet subito letale vulnus accidit et continuo diem extremum clausit. Fuit quoque beatus Ambrosius in multis commendabilis. Et videtur primo in liberalitate quia omnia que habebat pauperum erant. Unde refert de se ipso quod imperatori petenti basilicam sic respondit, et est in decreto xxiii questio viii: Si a me peteret quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, non refragarer, me tamen meum quamquam omnia que mea sunt pauperum sunt. Secundo in mundicie puritate effulsit. Virgo enim fuit. Unde refert Ieronimus eum dixisse: Virginitatem non solum offerimus sed servamus. Tertio in fidei firmitate. Unde dixit cum imperator basilicam peteret: prius ut animam mihi quam fidem auferret. Quarto in martirii aviditate. Unde legitur in epistola de basilica non tradenda quod prepositus Valentiniani beato Ambrosio mandavit: Me vivo tu contempnis Valentinianum, caput tibi tollo. Cui Ambrosius: Deus permittat ut facias quod minaris. Deus avertat eos ab ecclesia et in me sua omnia tela convertant et meo sanguine sitim suam expleant. Quinto de orationis instantia. Unde dicitur de eo in libro xi hystorie ecclesiastice: Ambrosius adversus furorem regine non manu aut telo se defendebat sed ieiuniis et continuatis vigiliis sub altari positus per obsecrationes defensorem a deo ecclesie probavit. Sexto in lacrimarum abundantia. Habuit enim triplicem gratiam lacrimarum, scilicet lacrimas compassionis pro aliorum culpis, scilicet lacrimas; unde dicit de eo in legenda sua Paulinus quod quociens sibi aliquis lapsum suum confitebatur sic amarissime flebat. Lacrimas devotionis pro eternis gaudiis, ut supra dicitur de Paulino cui ad instantiam dixit: Non me putetis flere quia recessit, sed quod me precessit ad gloriam. Lacrimas compassionis pro aliorum iniuriis. Unde ipse de se dicit et est in decreto in superiori eadem causa: Adversus milites gothos lacrime mee tota die [illegible] primo in defensione catholice veritatis. Unde in XI libro ecclesiastice historie: Justina mater Valentiniani imperatoris Ariane heresis alumna conturbare cepit ecclesie statum, comminans sacerdotibus depulsiones et exilia, nisi Ariminensis concilii decreta revocarentur. Quo bello ecclesie murum et turrim validissimam pulsabat Ambrosium. De quo in eius prefatione sic cantatur: Tanta virtute Ambrosium solidasti, constantie dono munisti, decorasti celitus ut per eum exclusa torquerentur demonia, Arianorum impietas prope pulsata tabesceret ac secularium principum colla tuo iugo subdita redderentur. Secundo in intuitione ecclesie libertatis, cum eam imperator auferre vellet quandam basilicam, opposuit se contra imperatorem Ambrosius sicut ipse testatur et habetur in decreto XXIII questione VIII. Ipse a comitibus ut per me basilice fieret traditio dicentibus imperatorem iure suo iussisse tradi debere. Ubi si corpus meum in morte petit invalide occurrit, si vincla rapere vult vel in mortem voluntas est mihi. Ego me non vallabo circumfusione populorum nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor. Mandabatur: trade basilicam. Urgemur igitur preceptis legalibus, sed confirmant scripture sermonibus cum ridet ei tamquam unus ex insipientibus ~~[illegible]~~ ei locutus es. Noli te gravare imperator ut putes te in ea que divina sunt imperatoria aliquod ius habere. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesie. Sanctus Naboth vineas suas pro cruore defendit. Sed ille non tradidit vineam suam, quo nos tradimus ecclesiam Christi? Tributum Cezaris est, non negetur; ecclesia Dei est, Cezari utique non debetur. Si a me aliquid compelletur peteretur aut fundum aut domum aut aurum aut argentum, id illud quod iuris mei esset libenter offerrem; templo Dei nihil possum decerpere nec tradere. Decerpere enim illud custodiendum non tradendum accepi. [illegible] in increpatione et obiurgatione viciorum et contra iniquitates vindicta. Unde in ecclesiastica historia tripartita et in quadam legitur cronica, cum apud Thessalonicam orta seditione quidam iudices fuissent a populo lapidati

[illegible] non se reverendo [illegible] compertum esset [illegible] illud quia imperator Mediolanum venisset et ecclesiam intrare vellet, occurrit ei Ambrosius ad ianuam et eum prohibuit aditum dicens: Cur imperator post tantum molem furoris non agnoscis molem tue presumptionis? Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii. Decet ut vincat ~~[illegible]~~ ratio potestatem. Princeps es et imperator sed conservorum. Quibus ergo oculis aspicies communis domini templum? Quibus calcabis sanctum pedibus pavimentum? Quomodo tendes manus de quibus sanguis adhuc stillat iniuste cedis? Presumptione poculum ore tuo tangas sanguinis eius, de furore sermonum tuorum in visceribus sit sanguis effusus? Recede ergo, recede, ne secundo peccato priorem nequitiam. Quo te dominus nunc ligat, est medicina maxima sanitatis. His sermonibus imperator obediens et flens ad regalia remeavit. Cumque diu in fletu mansisset, Ruffinus magister militum causam tante tristicie requisivit. Cui ille: Tu inquit mala mea non sentis, quia servis et mendicantibus aperta sunt templa, mihi vero ad ea ingressus non est, et hec dicens singula verba sua singultibus interrumpebat. Cui Ruffinus: Curro ad Ambrosium si vis ut solvat vinculum quo te ligavit. Et ille: Non poteris persuadere Ambrosio, quia non verebitur imperialem potentiam ut legem possit prevaricari divinam. Cum ergo ille promitteret quod eum flecteret, eum imperator venire precepit, et ipse post paululum secutus est. Mox ut Ambrosius Ruffinum vidit, ait: Imprudentiam canum imitatus es, o Ruffine, tante crudelitatis auctor existens, et nunc pudorem de fronte detergens amodo non erubescis contra maiestatem latrare divinam. Cumque Ruffinus pro imperatore supplicasset et diceret se eum sequi, superno zelo accensus Ambrosius ait: Predico quia ingredi eum sacra limina prohibeo. Si vero potestatem in tyrannidem mutaverit, libenter suscipio [illegible]

Imperator Theodosius ... continuerat instante proprie. Cumque venisset et solum veniam postulasset, occurrit ei Ambrosius et ingressum prohibens ait: Quam potentiam ambisti per tales iniquitates, nisi correctus fueris templum domini ingredi non valebis. Cui cum imperator allegaret quia et David adulterium et homicidium perpetravit, ait Ambrosius: Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Quod ita grate imperator suscepit quod publicam non recusavit penitentiam. Cum ergo reconciliatus ecclesiam intrasset et inter cancellos staret, requisivit Ambrosius quid ibi exspectaret. Cui cum se sacrorum misteriorum perceptionem exspectare diceret, ait Ambrosius: O imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, egredere ergo et hanc exspectationem cum ceteris communem habe; purpura namque imperatores facit, non sacerdotes. Cumque imperator protinus obedivit. Cum ergo Constantinopolim rediisset et extra cancellos staret, mandavit ei episcopus ut intraret, et ille ait: Vix didici quae differentia sit imperatoris et sacerdotis, vix enim inveni magistrum veritatis; Ambrosium namque solum inveni vere pontificem. Octavo insigni doctrina eius: namque doctrina eius altam profunditatem. Ieronimus de XII doctoribus sic ait: Ambrosius super funditores pennis raptus et aeris volucer, qui profundum ingreditur, fructum de alto ~~carpe~~ carpere videtur, fructum soliditate. Item ibidem Ieronimus ait: Cuius

fine omnes ~~fide~~ fidei et omnium virtutum sunt columnae, elegantiam et venustatem. Augustinus insuper in libro contra Pelagium haereticum sic commendat Ambrosium ut dicat: Beatus Ambrosius episcopus, cuius praecipue libros Romana ecclesia et fides, qui scriptorum inter latinos flos quidam emicuit et fulget. Augustinus: Cuius fidem et purissimum in scripturis sensum ne inimicus ausus est reprehendere. Sicut quod antiqui doctores pro magna auctoritate verba sua habuerunt. Unde refert Augustinus ad Januarium, cum inter sua initia fuisset, cur Mediolani sabbatho

... quotidie sit et tenax ut quod certum ... velis eius consuetudine sua. Si cuiquam non vis esse scandalum nec quemquam tibi, fiet sibi. Augustinus: Ego de hac sententia etiam atque etiam cogitans ita semper habui in mente tamquam caelesti oracula eam acceperim.

Temporibus sancti Allodii successoris beati Germani Marinus de territorio Bythuricensi venit ad monasterium sancti Germani tractus opinione sanctitatis quae ad haec ubique redolebat. Cumque ibi quotidie toto desiderio capi postularet et ea in brevi conscendens monachis sanctitate imitabilem se praebet, beatus Allodius volens probare obedientiam illius monachi commisit officium pastorale constituens eum bubulcorum. Qui ergo strenue iussu abbatis in quadam silva quae erat prope villam quae Gemirgles boves et vaccas libentissime custodivit. Tanta sanctitate pollebat quod et aves silvestres manum propriam intrabant. Ubi quadam die cum esset in nemore canes cuiusdam aprum latrantes exagitaverunt. Cumque eum vim canum pungentem fugit ad cellam beati Marini, qui eum ibi canes latrantes arguit, illuc pervenans canes compescuit et aprum incolumem abire permisit. Quidam latrones eum in campo expoliassent et vestem eius sed ad fontes abirent solum ei pallium dimiserunt, qui statim post eos clamat: Domini, revertimini domum, meam ecce denarius in pallio meo collocatus, qui vobis forsan erit necessarius. Qui protinus reversi sunt et pallium cum denario rapuissent, eum nudum penitus dimiserunt, sed cum festinantes ad suas latebras perexissent, in ipso crepusculo ad hostium cellae eius inventi sunt. Quos ille in cella sua benigne suscepit et pedes eorum lavans hospitaliter quanta potuit praebuit. Unde cunctis factis suis penitentibus unanimi corde ad fidem conversi sunt. Quodam et ipse monasterii quae ei ad bonam custodiam erant deputata inimicali voluntate ursa quaedam cum catulis quae vitulis eorum insidiabatur. Laqueis et ingeniis capere voluerunt. Cumque nocte laqueos pertendissent et ursa in eos irruisset, sanctus Marinus haec perspiciens de lecto surrexit et eam inveniens dixit ei: Quid hic facis misera? fuge cito ne capiaris [illegible] et vidit [illegible] redisse [illegible]. Quidam iudex [illegible] cum ille [illegible] posset [illegible] quia [illegible] ad mensam invitavit et non venit ad petitorem sancti viri, sed cum esset in ecclesia finito divino officio foras egrediens equum suum redire ad domum incitabat atque sed cum equum nullo modo movere non posset licet eum calcaribus durius pungeret, intelligens autem confuse rediit ad ecclesiam et finita missa dixit sancto Mamertino: Dic michi, frater, precepisti quo volebas qui me relicto discedere cupiebas, ecce equus obedivit deo cui tu repugnabas. Adveniente die pasche rogabant eum fratres ut in die pasche in fontaneo monasterio celebraret. Cum id fecisset, sequenti die corripitur dolore febrium et quarta feria migravit ad dominum. Cumque ad portatores vehentes Alisiodorum in quadam villa consistens moveri penitus non potuit donec quidam qui erat pro suis forte factis in carcere compeditus, fractis compedibus liber effectus venit ad corpus eius et cum aliis portans usque ad urbem pertulere. Cum in processione paschali sollempniter conceptus in ecclesia sancti Germani est sepultus.



Georgius dicitur a geos quod est terra et orge quod est colere, quasi colens terram, id est carnem suam. Augustinus autem in libro de Trinitate dicit quod bona terra est in altitudine montium, in temperamento collium, in planitie camporum. Prima est bona ad virentes herbas, secunda ad vineas, tertia ad fruges. Sic beatus Georgius fuit altus despiciendo inferiora et ideo habuit viroris puritatem, temperatus per discretionem et ideo habuit vinum interne iocunditatis, planus per humilitatem et ideo protulit fruges bone operationis. Vel dicitur a geror quod est sacrum et gion quod est arena, porro ponderosus morum gravitate, minutus humilitate et siccus a carnali voluptate. Vel [illegible] et [illegible] consolator. Ipse enim fuit peregrinus in contemptu mundi, precisus in corona martirii et consolator vel consolator in predicatione regni. Eius legenda inter scripturas apocriphas in Niceno concilio connumeratur eo quod eius martirium certam relationem non habet. Nam in kalendario Bede dicitur quod sit passus in Persida civitate Diospoli. Alibi legitur quod quiescit in civitate Diospoli que prius Lidda vocabatur et est iuxta Joppam. Alibi dicitur quod passus sit sub Diocleciano et Maximiano imperatoribus. Alibi dicitur quod sub Diocleciano imperatore Persarum presentibus LXX regibus imperii sui. Et hic legitur quod sub Daciano preside et imperatoribus Diocleciano et Maximiano.

Georgius tribunus de genere Cappadocum pervenit quadam vice in provinciam Libie in civitatem que dicitur Silena. Iuxta quam civitatem erat stagnum ad instar maris in quo draco pestifer latitabat qui sepe populum contra se armatum ad muros compelleret. Flatu quoque suo ad civitatem accedens multos inficiebat. Propter quod compulsi cives duas oves quotidie sibi dabant ut eius furorem sedarent. Cum ergo oves pene deficerent nec earum copiam habere non possent, inito consilio ovem cum homine tribuebant. Cum ergo sorte filii et filie omnium hominum darentur et sors nullum exciperet et iam pene filii et filie ~~[illegible]~~ ipsi consumpti erant, quadam vice filia regis unica sorte est deprehensa et draconi adiudicata. Tunc rex contristatus ait: Tollite aurum et argentum et dimidium regni mei et filiam meam michi dimittite ne talis moriatur. Cui populus ad furorem subdit: Tu rex hoc edictum fecisti et nunc omnes pueri nostri mortui sunt et tu vis tuam filiam [illegible] te et domum tuam. Quod rex audiens sic cepit filiam suam deflere: Heu me filia mea dulcissima, quid de te faciam aut quid de te dicam? Quando videbo nuptias tuas? Et conversus ad populum: Oro ut indutias octo dierum in lugendo filiam meam detis. Quod cum populus admisisset, in fine octo dierum reversus est populus ad eum dicens: Quare perdis populum tuum propter filiam tuam? Ecce a flatu draconis omnes morimur. Tunc rex videns quod filiam suam non posset liberare, induit eam vestibus regalibus et amplexatus eam cum lacrimis dixit: Heu me filia mea dulcissima, de te filios in regali gremio credebam nutrire et nunc vadis ut a dracone devoreris. Heu me filia mea dulcissima, sperabam ad nuptias tuas principes invitare, palatium margaritis ornare, tympana et organa audire et nunc vadis ut a dracone devoreris. Utinam ego filia mea prius mortuus essem quam te sic dimisissem. Tunc illa procidit ad pedes patris petens ab eo benedictionem suam. Quam cum pater cum lacrimis benedixisset, ad lacum processit. Quam beatus Georgius inde transiens et plorantem vidit eam, quid ibi haberet ~~interrogaret~~ interrogavit. At illa: Bone iuvenis, velociter equum ascende et fuge ne mecum pariter moriaris. Cui Georgius: Noli timere filia, sed dic mihi quid hic prestolaris ut video omni plebe spectante. At illa: Bone iuvenis, magnifici cordis es tu, sed mecum mori desideras? Velociter fuge. Cui Georgius: Hinc ego non discedam donec mihi quid habeas intimabis. Cum ergo totum sibi intimasset, ait Georgius: Filia, noli timere, quia in Christi nomine te iuvabo. Cui illa: Bone iuvenis, sufficit quod sola peream, nam liberare me non potes et tu mecum perire vis. Dum hec loquerentur, ecce draco veniens caput de lacu levavit. Tunc puella tremefacta

[illegible] Georgius [illegible] provenientem draconem ad se venientem audacter aggreditur et lanceam fortiter vibrans et se deo commendans ipsum graviter vulneravit et ad terram deiecit. Dixitque puelle: Zonam tuam proice ad collum draconis, nichil dubitans filia. Quod cum fecisset, sequebatur eam velud mansuetissima canis. Cum ergo eam in civitatem duceret, populi hoc videntes per montes ceperunt fugere dicentes: Ve nobis quia iam omnes peribimus. Tunc beatus Georgius innuit eis dicens: Nolite timere, ad hoc enim dominus me misit ad vos ut a penis vos liberarem draconis. Tantum in Christum credite et unusquisque vestrum baptizetur et draconem istum occidetis. Tunc rex et omnis populus baptizati sunt. Beatus autem Georgius evaginato gladio draconem occidit et eum extra civitatem efferri precepit. Tunc quatuor paria boum in magnum campum foras duxerunt. Baptizati autem sunt in illa die viginti milia exceptis parvulis et mulieribus. Rex autem in honore beate Marie virginis et beati Georgii ecclesiam mire magnitudinis construxit. De cuius altari fons vivus emanat, cuius potus omnes languidos sanat. Rex vero infinitam pecuniam Georgio obtulit, quam ille accipere renuens pauperibus eam erogari precepit. Post hec beatus Georgius de quatuor breviter regem instruxit, scilicet ut ecclesiarum curam haberet, sacerdotes honoraret, divinum officium libenter audiret et semper pauperum memor esset, et sic osculato rege inde recessit. In aliquibus autem libris legitur quod cum draco ad devorandam puellam pergeret, Georgius se cruce munivit et draconem aggrediens interfecit. Eo tempore imperatoribus Dyocleciano et Maximiano sub preside Daciano tanta persecutio christianorum fuit ut infra unum mensem xvij duo milia coronati sunt. Unde inter tot tormentorum genera multi christianorum deficiebant et ydolis immolabant. Quod videns sanctus Georgius tactus dolore intrinsecus omnia que habebat distribuit, militarem habitum abiecit, christianorum habitum induit et in medium [illegible] Qua presumpcione ausus es deos nostros demonia appellare? Dic nobis unde es tu et quo nomine vocaris. Cui Georgius: Georgius vocor, ex nobili Capadocum progenie ortus, Palestinam Christo favente devici et omnia deserui ut hinc possim liberius deo celi. Cum autem preses eum inclinare ad se non posset, iussit eum in aculeum levari et membratim corpus eius ungulis laniari. Appositis insuper ad latera facibus patentibusque visceribus sale plagas confricari iussit. Eadem igitur nocte Dominus ei cum ingenti luce apparuit et ipsum dulciter confortavit. Cuius melliflua visione et allocutione sic confortatus est ut pro nichilo duceret cruciatus. Videns Dacianus eum penis non posse superare, quendam magum accersivit eique dixit: Quia christiani maleficiis suis tormenta ludificant et deorum nostrorum sacrificia parvipendunt. Cui magus: Si artes suas superare nequivero, capiti sentencia reus ero. Ille igitur maleficia sua maleficiis miscens et deorum suorum nomina invocans venenum miscuit et sancto Georgio sumendum porrexit. Contra quod vir dei signum crucis edidit, et sumpto eo nichil lesionis sensit. Iterum magus potionem forcius miscuit. Quod vir dei signo crucis edito sine aliqua lesione totum bibit. Quo viso magus statim ad pedes eius procidit et veniam lamentabiliter postulavit et se christianum fieri petiit. Quem mox iudex decollari fecit. Sequenti die iussit Georgium super rotam poni binis gladiis acutis undique circumseptam, sed statim frangitur et Georgius illesus penitus invenitur. Tunc iratus preses iussit eum in sarthaginem plenam plumbo poni liquefacto. Qui facto signo crucis in eam intravit, sed virtute dei cepit in ea quasi in balneo refoveri. Quod audiens Dacianus et videns cogitavit eum blandiciis emollire, quem minis superare non potuit vel tormentis. Dixit ergo illi: Vides, fili Georgi, quante mansuetudinis sint dii nostri qui te blasfematorem tam dulciter sustinent, parati nichilominus si converti volueris indulgere. Age ergo [illegible] superstitione [illegible] diis nostris sacrifices et magnos ab ipsis et a nobis accipies honores. Cui Georgius subridens ait: Ut quid a principio magis me persuasisti sermonibus quam blandis quam tormentis? Ecce paratus sum facere quod hortaris. Hac promissione Dacianus delusus letus efficitur, iussitque sub voce preconis ut omnes ad se convenirent et Georgium tam diu reluctantem iam sacrificare et cernere viderent. Ornata igitur tota civitate pre gaudio, cum Georgius ydolorum templum sacrificaturus intret et omnes ibique astantes gauderent, flexis genibus Dominum exorabat ut templum cum ydolis sic destrueret ut ad sui nominis laudem et populi conversionem nichil de ipso penitus remaneret. Statimque ignis de celo descendit, cum diis et sacerdotibus templum cremavit, terraque se aperiens eorum reliquias deglutivit. Hinc Ambrosius exclamat in prefacione: ~~[illegible]~~ [illegible] domini Georgius miles Christi dum christianitatis professione silencium tegeret, solus inter christicolas dei filium professus est. Cui tantam constanciam gracia divina concessit ut et tyrannice potestatis precepta contempneret et innumerabilia tormenta penarum non formidaret. O felix et inclitus Domini preliator, quem non solum temporalis regni blando oris persuasit promissio, sed persecutore deluso simulacrorum eius in abyssum portenta deiecit. Hec Ambrosius. Audiens hec Dacianus Georgium ad se adduci precepit eique dixit: Que sunt maleficia tua, pessime hominum, qui tantum facinus commisisti? Cui Georgius: Ne credas, rex, sic esse, sed mecum perge et iterum me immolare vide. Cui ille: Intelligo fraudem tuam, quia vis me facere absorberi sicut absorbere fecisti templum et deos meos. Cui Georgius: Dic michi, miser, dii tui qui se iuvare non poterunt quomodo te iuvabunt? Iratus rex dixit Alexandrie uxori sue: Deficiam et moriar quia ab ~~ipso~~ hoc homine superatum me video. Cui illa: Tyranne crudelis et carnifex, nunquid non dixi tibi sepius ne christianis molestus sis, quia eorum deus pro ipsis pugnat? Et nunc scias me fieri christianam. Stupefactus rex ait: Heu proh dolor, numquid et tu seducta es?

fecit qui eum preceptis [illegible]
gellis dignissime celi que pro [illegible]
dixit Geor. Georgi lux veritatis quo pri-
tas pvernam nondum aqua baptismi rena-
ta cum Georgius miles Christi fuisses filia quam
sanguinis tui effusio baptisavit et sepul-
tabit et cum hec illa orans ad domi-
num emisit spiritum. Hec Ambrosius in prefatione sic
ait Ob hoc cum tenerum regina Persarum
a viro ceciderit nondum baptismatis gratiam
consecuta glorie passionis meruit palmam
unde nec dubitare possumus quod rosea per-
fusa sanguinis unda reseratas poli
ianuas ingredi meruit celorum re-
gnum possidere. Sequitur igitur hic Geor-
gius talem sententiam accepit ut per totam civitatem
traheretur deinde capite puniretur. Ora-
vit ad dominum ut quicumque eius imploraret
auxilium petitionis sue consequeretur effectum
divina autem vox ad eum venit quod sic fieret
ut oravit. Completa oratione capitis absci-
sione martirium consummavit sub Dyocle-
ciano et Maximiano qui ceperunt circa
annum domini CC.lxxxvij. Dacianus autem
cum de loco in quo decollatus est Georgius
ad palacium rediret ignis de celo ceci-
dit et ipsum cum ministris suis consumpsit. Gre-
gorius Turonensis refert quod cum quidam
quasdam reliquias beati Georgii defer-
ret et in quodam oratorio hospitati fu-
issent mane capsam nullatenus amovere po-
tuerunt donec ibidem partem reliquiarum
dimiserunt. Legitur in hystoria Anthio-
cena quod cum christiani ad obsidendam
Iherusalem pergerent iuvenis quidam spe-
ciosissimus apparuit qui se sanctum Georgium
ducem christianorum monuit ut eius reliquias
secum deportarent et ipse cum eis esset.
Cum autem Iherusalem obsedissent et Saracenis
resistentibus per scalas ascendere non au-
derent beatus Georgius albis armis in-
dutus et cruce rubea insignitus ut se
ascenderent sequuntur securi et civitatem
obtinent quod ex hoc animati civitatem cepe-
runt et Saracenos occiderunt.

In partibus Germanie locus
est opibus locuples et potens

[illegible]
cupant. Quia pro maxima infidelitatis
errore creatura pro creatore pro deo lignum
vel lapidem adorabat plerique nomine
tenus christiani gentilium ritu vivebant. Pro-
ulli tamen qui ipsis bene credebant et ip-
se vite future in bonis operibus operare-
bant. In finibus quoque illis ubi christianitatis
religio pulcrius floruit et pre ceteris
proxime imperatorum quidam comes Bohemica
patrie propinquus nepote Henrici regis
Bohemorum ditissimus ac deo devotis parentibus
genitus est beatus Adalbertus quem pater eo quod
formosus pre filiis hominum elegantibus
erat applicari pre filiis secularium ma-
gnificentie disponebat. Et cum diu secularibus
quod perditor et vindex gladius ut dei cle-
mentia patiens tolerent accidit nam
subito ex languore gravissimo infan-
tis corpusculum pre inflatum sic cre-
visset ut pene toto corpore maior esset
et iam in [illegible] mortis periculum immineret
Plangit pater et flens demisso capite in-
tereum sentit dolor intrat viscera miser
astant mesti fratres famuli plangentes cum
familia tota clamores ad sidera
tollunt. Mater licet cogitat sanum consilium et
puerum cum devotione ad templum deferen-
tes ponentes super altare beate virginis Marie
voti placabile voverunt deo. sicque mox
in ictu oculi pulcritudini ac sanitati pri-
stine restoratur. Puer autem proficiebat etate
et sapientia et litteris imbutus non egressus
domum patris donec dedicerat psalterium
sicut pro adolescentibus itaque studiis liberalibus
missus ad archiepiscopum Adelbertum virum in vita
atque scientia preclarum qui preerat quondam urbis
Magdeburgensium nominatur archiepiscopus. Iste puerum
cum multo suscipiens amore ac confirma-
tionis sacri crismatis ei tribuens Adalbertum
cum suo nomine applicavit. Nam Woitech
antea nominatus erat a baptismo. Consolator
optimus inopum. Stolis denique appositis non
similitudine mala seu vana et fidei gratiam
preveniente in erudicionibus eius sensus
et ingenium crevit. Deo imitante diligentem
eruditionem invigilans pro salute sua deo
obsequiis causa orationis ad civitatem

[illegible] quod si aliquando [illegible] et a magistro verba debuisset dicebat lingwa nec iam lege dimissus statim quod debuit legebat ut sciolus expedite referretur, causam quod tribus lingwis locutus est, nec flagella magistri flebili mugitu pellens. Eodem sic vero iret de scolis vnus de sociis precunte puellam humo prostravit et calidi eum desuper proicerent. Confestim perterritus ad ruborem magno pudore innocens simplicitatis sancte putabat se virginitatis sue predictam violasse. Proinde lacrimis totus infusus ~~[illegible]~~ eiulans amarissime dixit. Sed in quem impressi violencie actorem diligenter demonstrans: Sic me inquit nunc fecit. Noctibus quoque ut se ab humanis laudibus occultaret tenuit pauperes debiles cecos claudos de bonis que sibi a parentibus in auro et argento ceterisque rebus abundant nutriebat, impendens eis opera pietatis. Festivis diebus vel absente magistro qui cum labore legendi libris et verbis demulcebant, ipse psalterium recitans et orationes fluctuantis dicunt sic bene mane virginum offerens se spirituali refectione pascebat. Talibus et hijs similibus virtutum exerciciis militem in se despexit oculus miratum atque dicentem. Vnde et bene dixit deus hic puer qui iam in hac etate teneri ad optimam convenit et ad optima queque et digna convenit. Scolasticis quoque et philosophie studijs sufficienter instructus, mortuo archiepiscopo Alberto rediit ad patriam suam, inveniens Adalbertus vero superius Pragensi episcopo Ditthmaro nomine bonam miliciam militans sancte vite morum honestate opinione ac fama cunctis spectabilis videbatur. Non post multum vero temporis predictus episcopus mortuus fit. Proinde plebis conventus ut principe duce terre non longe ab urbe pro inquisitione facta quem sibi constitueret episcopum acclamavit omnis unanimiter voce ore celitus inspirati et quem aliud nisi venerandum virum dominum Adalbertum quem actus atque nobilitas divicie sciencia et sanctitatis excellentia commendabat. Die vero electionis quidam [illegible] receptus fuit in [illegible] corporis acerbe[illegible] et quidam [illegible] ceteris omnibus et quinidinibus sacris esset ipsum attemptabat. Quem clamavit per os illius demonis: Quid molesti est michi, quid prodest vobis iactare manum, cum Christo Adalberto qui in hac sede sessurus est et valde timeo amplius hic manere non possum quod ubicumque ipsum video vel audio statim me fugere oportet. Hijs dictis spumas et horridas voces in terminas dentibus quoque ferrei stridens corruit homine sano relicto. Igitur in crastinum ante ortum solis nuncius venit nuncians quod dominus Adalbertus in episcopum electus esset. Ipsi eum clero glorificatis deum quem spiritus nequam electione ipsius cautus et constitutus. Anno ab incarnatione domini nongentesimo octogesimo in festo apostolorum Petri et Pauli est in episcopum electus et consecratus. [illegible] qui insistens tergo capistro facto quod canapo more rustico ipsum regens venit usque prope civitatem. Pedum vero calciamenta deponens nudis pedibus intravit urbem. Receptus itaque cum magno gaudio cunctorum et cleri in [illegible] et [illegible] debitum persolvens in kathedra collocatur. Cunctis diebus episcopatus sui cepit fideliter deo serviens verbo et opere domini gregem cui [illegible] vanitatis nocuit in populo predicabat. Omnes proventus ecclesie in quatuor partes sic divisit: unam pro ipsius ecclesie ornatibus aliisque commoditatibus, alteram in usus canonicorum, terciam pro pauperibus, quartam pro se ac ministrantibus suis retinebat. Duodecim pauperes quottidie ad mensam suam habebat quos in honore numero apostolorum recreabat. In cena autem festo plures suscipiebat pauperes quorum omnibus larga stipendia tribuebat. Raro post festum [illegible] quod non in vespere sumebat cibum. Nec unquam satis [illegible] ibat dormitum. Corpus suum asperrimis attractabat ieiunijs atque vigilijs, ita quod nunquam nisi media ipsum recepit dormientem. Lectus eius erat decentissime ornatus unde oculos intuencium demulcens, ipse autem super nudam terram vel super leviter cilicium somnum capiebat et lapidem capiti supponebat velut alter patriarcha, nec completo sopore surgebat ad vigilandum

in quorum [illegible]
bat. Sequitur ut ad sui [illegible] [illegible]
incarceratos qui erant plurimi visitabat,
scrutabatur ad quos et cuius nominis et qua
parte iacebant infirmi, et quot convalesce-
rent a languoribus et quot diebus singulis
morerentur. A completorio vero non erumpit ser-
mo ore eius usque ad primam. Demum causis inten-
debat, aut certe si ab aliis vacare pote-
rat usque ad missam colloquiis celestibus
Deo solitarius loquebatur. Non se domum [illegible]
[illegible] quam diu altari in missa assistit in-
[illegible] post missam lectionis sacre cum tali-
bus et sibi familiaribus capellanis pro oppor-
tunitate temporis insistebat. Demum laborare
consueverat et labore manuum suarum se
utiliter occupans agendo quod in persona sua
[illegible] sibi victum taliter conquirebat. Inter
hec tamen sicut opera tam bona et a verbo pre-
dicationis non cessabat. Singulis ad proxi-
mis compassione sic districtionis rigorem
tenuit ut esset in eo et iuste consulens via
et pie levitatis disciplina, imbecillum ad
iusticiam neque despectu ac fastidio ab-
horrebat. Quadam die cum post completorium
solito more orationibus incumberet, pauper quidam
spoliatus a latronibus hostium templi pulsat
petens aliquid sibi dari, unde omnino nil sibi
superesset quo tegmento tegere posset. Audit se-
nior pulsantis precibus consensit, complicatum
pannum spoliato porrexit, clanculo re-
serato per foramen. Quid ad alterum sive fu-
turum positum Domini eius attingere queret di-
xit: Sinite eum quia neque ego [illegible]
fecit, sed qui indiguit pro [illegible] sua acci-
pere non contempsit. Beatus igitur presul Adalbertus
commissum sibi populum [illegible] pie
discipline exercitatione vigilanter in vias iu-
sticie dirigebat. Sed gens prava obstinata vicio-
rum pastoris vocem audire noluit
et sceleribus tanto magis implicatur quanto ex-
primitur et quo [illegible] revocabat. Videns ita-
que pontifex sanctus operam se perdere in filiis
[illegible] deflet luctu amarissimo peccata
et dispendia deperdite gentis, deliberat-
que locum deserere et salubriori negotio
[illegible] pro retentione propriae ad eum et
eam impellentibus [illegible] causis videlicet
[illegible] plures [illegible] vim vel et potestate
detestanda [illegible] clericorum [illegible]

temporis [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] eius [illegible] quot [illegible] [illegible]
valebat. Denique dum per sompnium sibi ap-
pareret, iubet consurgere et sopore excu-
tere. Ipse ait: Quis es tu [illegible] auto-
ritate [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ego sum Iesus Christus qui olim
sum [illegible] venditus et [illegible] nunc iterum ven-
dor ~~eum~~ eis et [illegible] dormis [illegible]
[illegible] itaque vir sanctus collationem habebat
super visione hac cum proposito suo intelligit
aptissime quod christiani Iudeis venderent
ipsi at Christus hic venditur. Tanquam
[illegible] corporis sui membris proinde ab
imo cordis suspiria longa trahens per-
[illegible] vult stare sed accepta itineris velut
[illegible] accepto quod secundum suum desiderium a
papa veluti divino oraculo responsum ut
pastorali cura soluta contemplationis ocia
devotionis arbitrio sectaretur. Venit in-
terea sibi in mentem ad ignotos ipsos per-
[illegible] omnia sua et aspera pro dulcissimo
domino Iesu Christo [illegible] sustinere. Ingo
quod pecunias quas habuit largissime pau-
peribus distribuit, pauperem vitam gerere
pro domino Christo cumcupidissime affectando.
Erat eciam illis diebus Romane imperatrix
Augusta que cognito quod sanctus Adalbertus
consultans Ierosolimam pergere [illegible]
ipsum iussit venire et tantum argenti
quantum validis iuvenibus vix levaret e
largita. Quam pecuniam vir sanctus pauper
spiritu sic ex cenis(?) fideliter erogavit ut
nec quidem unum denarium reservaret. Re-
missis igitur in patriam famulis [illegible]
[illegible] asinum quod per [illegible] portantibus
mercatus viam cum tribus sociis [illegible] aggressus
venit itaque ad monasterium in quo claustra-
les sancti regulam sancti Blasii Deo mi-
litabant. Fama igitur illorum beatus Adalbertus
[illegible] in [illegible] genibus provolutus cum ma-
ximis lacrimis ab ipso priore [illegible]
[illegible] eius se flagitavit recipi [illegible]
~~[illegible]~~ [illegible] par [illegible] sed
abbas tamen [illegible] esset in [illegible] [illegible]

[illegible]
quod dixi [illegible] se vadis
se spopondit quod illi recipere te deinceps nollet
nisi quia mereretur nobis tua receptio est
quia pena reputo pro fuga tua siquidem
quam involvimur illorum quos tu consuluisti
fuga ipsa est et cum de susceptione tua con
venire propter te cum caris filiis meis
hinc repellar. Consulunt igitur ei ut Ro
mam redeat ad sanctum Leonem pape abba
tem monasterii sancti Bonifacii et Allexii
cuius consiliis acquiescens Romam
rediens a predicto abbate cum gratia
susceptus diligenter ac sibi diversis asperis
oppositis constanciam eius probans tandem
quod ipsum conturbit molestiis non solum
non tepescere sed magis convalescere videt et
cunctaque propria [illegible] hoc sustinenda
dominum apostolicum et cardinales adiit con
sulendos ab ipsis itaque accepta licencia
ante pedes eorum flevit suscepit sanctum
pontifex habitum monachalem anno eiusdem
domini nongentesimo lxxxx° v°. Solus autem
gaudencius frater eius est cum quo et spiritu et
germanus ab infancia ei fidelissimus co
mes fuit in vita ac monastica vir dei
comminuit semetipsum adeo propter cristum
ut in usus coquine et lavandis fratrum
manibus aquam cottidie in humeris
apportaret et erat delectabile sibi co
quine squaloribus ardori et omnia utensi
lia civitatis. Dum ergo presul dignissimus
humili se omni subderet cum quadam die
vinum fratri ad mensam fratribus fun
dendo callidus hostis diabolus simulata
et eius impediens in ipso gradu pedes
offendiculum ei parat et continuo cum ple
no vase gravi casu corruit super sa
xa factus igitur presul a rubore et verecun
dissimus erat surgit velociter et vas quod
confractum fuerat ita integrum cum vino sub
levat ac si nulla ruina fuisset vel ef
fusio secuta. Preterea insuper fertur quod
septem annis in infirmitate non gusta
verit preter solo pane cui siquidem

[illegible]
[illegible] filia quoque
presul videt quam gravissimus dolor vexa
bat subitum tactu in manu sue ab huius
languore illico liberavit. Interea se
nior maguntinus episcopus videns pragensem
civitatem suo presule viduatam et gregem
sine pastore in perdicione per devia ince
dentem legatos misit ad civitatem cum
literis petens de sancti viri reditu implorari.
Quo consedit Rome synodo propter hanc cau
sam convenit litigio per una parte volencium
eum ut potius monachus remaneret et ex
altera episcopum suum repetencium pugna inter
auctoritates sub dubia victoria versaretur
tandem maiorum per magnam communem sentenciam digno
iure cui innitebatur pontifex obtinuit
ut pastor civitatis rediret desolate. Con
dicionem autem hanc apostolicus adiunxit ut si
grex pastorem audiens a consuetis redire
nollet extunc ipse a commissa gregis
custodia liber esset. Habent igitur legati
cum presule suo leti venientibus quod pragam
omnis etas et condicio cum leticia et exul
tacione obviam occurrunt. Denique omnes spo
dent correctam vitam secundum consilium presulis
emendare. Sed non multo tempore revoluto ad
vetera acta scelera relabuntur. Plangit
igitur pastor bonus quia in morbido
grege nulla iam apparent signa salutis.
Denuo Romam rursus remeans excipitur
ab abbate et fratribus cum magno gaudio
valde presertim quod cum abbas omni collegio
coram omni de ipso testimonium erat quod in ob
edientibus esset perfectus et in proposito martirium
sibi deesset. Et quanto autem maior in omnibus
clarum videbatur tanto semetipsum despi
ciens tenebat. Sub ipso tempore audivit sibi
dominus per visum duos ordines in celo unum
purpureum et alterum niveo amictu ornatum
quibus sub diversa specie erat unitum singulare
vita quoque mansio et gaudium in laude pre
tiosa creatoris et vox facta est ad eum dicens
quod utrorumque locus est aptissimus est simul
et honor ex geminato munere quorum
minime signabat quod inter purpureos mar
tirum ordines atque niveos virginum choros
in celestibus esset clarum acceptus. Hiis tem
poribus Romam veniens rex Francorum
Otto tercius pro patre suo defuncto in

ctionis amplius sibi familiaritate iunxit et quecumque loqueretur et pro salute anime libentissime audiebat. Vocavit et hunc cum rege archiepiscopus Maguntinus, deposuit quoque archiepiscopus coram summo pontifice de pastore pergentem commendando vertit questionem. Omnibus quoque modis instans eum oportune importune compulit tandem continuis literis impetivit et plus remedium non valuit. Archipresul iubet denique ipsum scilicet presulem Adalbertum ad suam redire ecclesiam. Pro hac causa nimis contristatus cum claustrum deserere cogebatur, consolabatur autem per hoc animum eius quia si in suo populo fructum salutis operari nequisset, gentibus non baptizatis auctoritate apostolica predicator fuerat destinatus. Flentibus igitur ubertim fratribus profectus est cum summe districtionis episcopo Notono nuncupato versus Maguntiam ubi tunc morabatur imperator, qui erat beato Adalberto familiaris. Caritate igitur astrictus aliquamdiu secum mansit et intimissimus cubiculi sui secretarius effectus nocte ac die contemptum mundi atque ad amorem Christi ac patrie celestis desiderium sanctis adhortationibus inducebat, instruebat eum etiam qualiter in republica gubernanda et factis suis omnibus et coram omnibus se regere deberet. Eodem tempore in curia ad tam vilissima servicia se humiliavit ut omnibus in nocte dormientibus calciamenta mundaret, a sordibus caligas quoque lavans et siccans suo loco iterum reponebat, et quanto viliora erant eo pro humilitate libentius suis manibus contractabat. In hoc ministerio longo se occultabat donec quidam cubicularius providit illa humilia facientem. Ibidem vidit vir dei in somniis domum quandam cuius structura aspectu delectabilis erat, parietes quoque et tecta candore niveo relucebant. Duo lecta stabant in ea parata, unum sibi deputabatur, alium fratri suo, et utrumque magnifice decoratum fuit, sed totum purpureo splendore amictum erat et sericis ornamentis. Erat autem ad caput linteo pulcherrimo litteris aureis intitulatum: munus hoc tibi similiter sponsa tibi dedit. Quibusdam familiaribus cum retulisset, responderunt dicto quod per martirium vitam tuam in proximo terminabis.

sione iudicium cum ista generis quem ... ac gentis cum Christo iungeret eius. Hic sic quia a pueritia sua semper in veneratione habebat specialem, per hoc amicissimus sibi imperator non celans ultimus suam voluntatem cepit cum ipso hic sermone ... loquendo strictis amplexibus prius quoque osculo non absque nimio dolore commendantes se duo commendantes Iesu Christo alteruter ab alternis separantur. Itaque postea cepit sanctus presul ad gentem apostatricem cui antea videlicet erat episcopus ordinatus. Interea gens sceleratissima parentes et cognatos in odium sui nimis fratres eius nobiles et plurimos cognatos ceperat et ipsos proditione detestabili ac morte seuissima puniverunt. Insuper civitates et villas eorum igne et ferro vastantes residuum in captivitatem perduxerunt. Audiens hoc vir sanctus aditum quoque sibi per hoc putans clausum ad ducem Boleslaum qui Poloniam tunc regebat et erat sibi amicissimus declinavit volens cognoscere per nuncios ipsius an esset ubi placide receptus. At illi cum magna indignatione remittunt verba furoris dicentes: Peccatores sumus indomabili corde. Tu vero sanctus et amicus dei. Ideo talium cohabitaciones et consorcia nequeunt adunari. Cautissima quoque sub colore pietatis tua sanctitas insidiosum magis machinetur. Non enim venias pro salute nostra sed pro malis que in cogitacione tua conuisimus vindicabis. Hec audiens sanctus episcopus non contristatus sed letatus vigore solito risu magno quoque leticia cordis in deum gaudens dixit: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Confiteor hoc dulcis domine Iesu Christe me tibi totaliter subiugatum. Noluisti eos qui te contempnunt. Tibi domine rex sit laus in secula. Postremo primo cum in Hungariam vicinis gentibus ydolatris predicasset et plurimos convertisset, Poloniam adiit cum magna parte signis ac virtutibus quorum usque hodie constant indicia Christi imbuit sacramento. Prestante igitur duce Boleslao predicto honesto conductu et militibus Gdanskz simul pervenit ad predicacionem eius multe tide quoque fidei et baptismi gratiam susceperunt. Post hec vir beatus cursum in brevi consummaturus tunc iter decrevit facere in Prussiam [illegible] cunctis [illegible] iamque [illegible] celi in qua [illegible] cum funda magna [illegible] pugnis [illegible] in medio cum [illegible] ingenti me[illegible] dedit ei ictum ita ut intestina procederent. Seminiuus iacensque humo Adalbertus episcopus mentis et corporis et externus afflicto corpore medullitus cordis prostrato ore et voce erecta declamat: Gracias tibi domine mi dulcis Ihesu quia et si non amplius est saltem ictu uno iam que merui suscipere per tui nominis exaltacione. [illegible] in altum pertransiens venit in quandam villam. Tunc congregati sunt impii et stulticia vocem sancti interrogabant dicentes: Quis es tu et unde vel ob quam causam huc venisti? Qui inquit: Bohemus sum natione nomine Adalbertus pastor quondam episcopus, nunc vero dispositus deo creatore omnium ordinante causa vestre salutis huc veni ut agnoscatis creatorem vestrum qui solus est deus verus, credentes in eum ad vitam eternam mereamini pervenire. Hec et huius similia eo proferente illi omnino iam indignantes ut insipientes redemptorem sathane pertinaciter blasphemantes que eis annunciabat clamore horribili percucientes terram cum baculis et fustibus ipsius capiti apponentes dentes stridentes in eum dentibus mortem sibi inferre atrociter minantur. Dixerunt quoque illi: Magnum tibi sit quod usque nunc impune permansisti et nisi cito recesseris crudeli morte continuo ~~morieris~~ morieris. Itaque nocte ipsa navicule impositum cum sociis est fugatum [illegible] servatur in uno loco quinque diebus. Eodem tempore Rome in monasterio ubi ipse vitam monasticam susceperat cuidam viro religioso huiusmodi visum dominus demonstravit

[illegible] et quasi [illegible] celo [illegible] multitudo quasi volancia usque ad celum duas quas videt splendidissima [illegible] et velocissime [illegible] ponentes unde et illi erat Adalbertus de alto [illegible] cognominis. Tunc eciam sanctus Nicolaus abbas ex alio monasterio illi predicto commemoratam domus ostendit visionem litteris misit tenorem huiusmodi continentes: Scias quod dulcissime fili quod amicus meus dominus Adalbertus ambulat cum spiritu sancto et beatissimo fine est ad celestia migraturus. Frater etiam Gaudencius per sompnium visio sibimet monstrata quam narravit sanctissimo patri ait: Vidi in medio altaris taliter ampullam vino semiplenam cuius tamen vero nemo illuc erat. Me itaque volente bibere vinum apposuit se minister altare et [illegible] manibus arreptus quasi quadam impigra auctoritate ne biberem contradixit quod interpretans tibi preesset [illegible] constat reservatum. Ad hoc sanctus presul respondit: Fili mi deus prosperum faciet visionem tuam. Nunc autem [illegible] procedunt inde et [illegible] carne viam sibi [illegible] Ihesum Christum dulce refugium [illegible]. Inde nemora et [illegible] silva lignatores salt ad meridiem ascendente in loca campestria procedunt. Igitur beatus pontifex [illegible] quia venit hora omnes ut labores dimittens et agones plurimos per Christi nomine [illegible] dicat et [illegible] in eodem loco ubi missa fiat Gaudencio celebrante hostiam vivam in sacrosancta communione pro viatico [illegible] tota devocione suscepit Christi hostia [illegible] deinde pauculis [illegible] refocilandus ~~[illegible]~~ [illegible] labore fatigatus. Cum grav egissent [illegible] cruciatu iactis sagitta septies perforatus et ipse nimium fatigatus ibidem super cespitem sopori indulsit. Quem sanctitatis vere cernentes ecclesia affuit cum furore decernunt quod cum ingenti impetu super eos et omnibus vinculis ingesserunt. Tunc sanctus pontifex constans fratri Gaudencio et fratri Benedicto dixit: Fratres mei carissimi nolite contristari esse animo. Scitis enim nostis quia pro nullo alio hoc patimur nisi pro fide et gloria domini nostri Jesu Christi, cuius virtus super omnem potestatem, decor super omnem pulchritudinem, bonitatis inenarrabilis, suavitatis inestimabilis, pietatis singularis. Et quid vivamus quid nec dignius quam istam vitam ponere pro dulcedine Jesu Christi. Hec eo dicente lictor senis cum furibundo agmine prosiliit totis quoque viribus ingens iaculum vibrans transfodit penetralia cordis eius. Hic autem erat sacerdos ydolorum dyabolo totus deditus et velut quod debito primus inferre volebat tenebat. Deinde ceteri omnes et prussorum convenientes vires consilium instituunt venerabile adlectum Christi diviso vulnere concierunt. Interea hec gloriosus pontifex constanter pro Christo mortem suscipiens stans oculis ac manibus in celum erectis oratione addidit suppliciter pro sua suorumque persecutoribus salute. Septem autem magnis vulneribus confossus de lanceis et a vinculis suis solutus manibus in modum crucis extendens in terram cecidit. Sic autem illa sancta sanguine laureata exultantibus angelis cum palma martyrii diu desiderata ad choros virginum a Christo Jesu suscepta gratulatur. O virum beatissimum in cuius vultu decor angelicus et in corde Jesus Christus continue versabatur. O virum admirabilem et gloriosum qui crucem quam in ore quam in animo integer baiulabat etiam in morte caritatis ardore ferventissime toto corpore complexus est. Itaque eo sic consumato per mortem tamquam non diu saturato furore paganico corpus sacrum in frusta concidentes capite amputato gaudentes in iniquitate sua illud super palum pro suo triumpho sceleris infixerunt. Passus est beatus Adalbertus martir domini gloriosus noningentesimo XC VII° imperante

[illegible] abat apud [illegible] dignatus est pro nobis omnibus pati per mortem vero ipsius non defuit gracia divina nec defuerunt divina miracula etiam inter barbaras naciones. Nam digitus eius in aquam decidens et a pisce ipsum rapiente devoratus est. De ventre autem ipsius piscis admirantes ardentis candele instar fulgens videntibus inhiabat. Quo miraculo attoniti piscatores ipsum cum omni studio capere cupientes quoniam se diucius sequebatur piscem tandem ceperunt et cum aperuerant et de ventriculo ipsius sacrum digitum flammantem in ardentis candele similitudinem reperierunt. Quidam pruthenus cum pomeranis quandoque causa negociorum advenit in Sambiam terram Prussie specialem ubi ab incolis beatus martir Adalbertus nunc consumatur. Ubi cum ab adiacentibus cognovisset quod ignotus quidam cum ab eis loquela non intelligebatur apud quos fuerat interfectus, quo proposito cognoscendi ad locum preter passionis divino spiritu instigante veniens igitur caput sancti audivit caput illud alloqui se sibi qui dicit manifeste: Tolle me, defer quod me in Poloniam in civitatem que Gnezna vocatur et sic usque illuc unde te consumantes me defensus venerant gloria et diviciis tu et posteri tui sublimabuntur super viros coetaneos universos. Sed vos in contrarium ceteri dico in detrimentum pollucient via tua qua tua nec proficiant in melius nec decrescet in deterius sed mediocri modo cum patribus vivens sileas pertransire. His stupefactus gentilis et tulit illud reponens quod illud in vase perfecto Poloniam illaturus. Cum autem ipse domum suam cepit cogitacione pulsare animum eius de videndis pueris suis et duabus uxoribus quas habebat, victus igitur humana affectione caput venerabile cum vase in quodam campo querenti condens domum properavit voluntate custodiendi reveniendi. Mandati denique transgressor effectus cum rediens caput sanctum requireret in loco ubi illud reposuerat non invenit. Cognacio vero illius temporis in successu temporum nunc perseverat. His et aliis multis miraculis tam in vita quam post mortem claruit regnante domino

Mathias interpretatur sublimis mandato tertius decimatus et amarus sublimis mandato racione perfectionis [illegible] perfectionis vite [illegible] certus ratione doctrine quia doctrinam evangelii sui certe descripsit ut precepit quod a Petro magistro suo audivit. Declinans ratione humilitatis propter nimiam humilitatem pollicem sibi amputasse dicitur ut sacerdocio reprobus haberetur. Amarus ratione acerbitatis pene qua usque per civitatem tractus fuit et inter hec tormenta spiritum reddidit. Vel Marcus dicitur a marco quod est malleus maior quia per unum eundem ictum ferrum domat et melodiam generat et incudem firmat. Sic Marcus sic unica doctrina sui evangelii domat hereticorum perfidiam, dilatavit laudem divinam, confirmat ecclesiam.

Marcus [illegible]

Marcus evangelista leviticus generis et sacerdos Petri apostoli in baptismate filius atque divini sermonis discipulus cum ipso beato Petro Romam profectus est. Cum autem Petrus ibidem evangelium predicaret rogaverunt fideles quidam Rome beatum Marcum ut evangelium fidelium deberet conscribere ad perpetuam memoriam. Quod ipse quidem ut ex ore sui magistri beati Petri audierat fideli stilo conscripsit. Petrus autem illud diligenter examinavit et cum veritate plenum conspexit recipiendum ab omnibus fidelibus approbavit. Videns autem Petrus Marcum in fide constantem ipsum Aquilegiam destinavit ubi ibidem verbum dei predicans innumerabiles multitudines gentium ad fidem Christi convertit. Evangelium suum similiter ibi conscripsit quod hodie adhuc in Aquilegiensi ecclesia ostenditur et debita devotione digna reservatur. Tandem beatus Marcus Hermagoram civem Aquilegiensem quem ad fidem Christi converterat episcopum prefecit et in eodem loco. Suscepto itaque Hermagoras pontificatus officio cum Aquilegiensem ecclesiam optime gubernasset tandem ab infidelibus capitur et ibidem martirio coronatur. Marcus vero a beato Petro Alexandriam missus est et ibi primus verbum dei predicavit. In primo autem introitu suo ad Alexandriam ut ait Philo disertissimus Iudeorum maxima multitudo in fide et devotione adunata est. Papias Ierosolimitanus episcopus valde preclara eius preconia precipuo [illegible] Petrus Damianus sic et ipse ait: Tantam dedit deus apud Alexandriam predicanti gratiam ut omnes qui ad rudimenta confluerent fidei mox per continentiam ac totius sancte conversationis ad monastice perfectionis fastigium pervenirent. Ad quod non modo miraculorum prodigiis non modo predicatoris eloquiis sed et exemplis invitat, provocat ab egregiis effectibus. Itaque ut post mortem ad Italiam deinde sit reductus ut et terra in qua datum sibi fuerat scribere evangelium sacras eius reliquias possidere mereretur. Felix es Alexandria triumphali eius sanguine purpurata, felix et tu Italia tanti eius thezauri dives effecta. Tante autem humilitatis fuisse dicitur ut pollicem sibi amputavit ut ab ordine sacerdotii cessare posset. Quamvis inducto promoveri veniret dispositio dei et auctoritas sancti Petri prevaluit qui ipsum Alexandrie episcopum destinavit. Ingresso autem eo Alexandriam subito calciamentum eius ruptum atque solutum est, qui in spiritu intelligens ait: Vere expeditum fecit dominus iter meum nec Sathanas impedire poterit quem a peccatis mortis dominus iam absolvit. Videns autem beatus Marcus quendam veterem consuentem calciamenta ei tradidit consuendum et corrigendum calciamentum suum. Quod cum faceret sinistram manum graviter vulneravit et exclamavit: Unus deus. Marcus audiens vir dei ait: Vere prosperum iter fecit dominus meum. Facto quoque luto cum sputo manum eius linivit et continuo sanitatem recepit. Videns ille vir tantam eius efficaciam eum in domum suam introduxit et quis esset vel unde veniret percunctari incepit. At ille dominum Iesum Christum se servum confessus est. Cui ille ait: Vellem eum videre. Et Marcus: Ego eum tibi demonstrabo. Et incipiens a capite ei Christi evangelizavit et ipsum cum tota domo sua baptizavit. Audientes autem viri illius civitatis quendam Galileum qui deorum sacrificia contempneret advenisse ei insidias posuerunt. Quod ille cognoscens hominem illum quem sanaverat qui dicebatur Anianum ibidem episcopum ordinavit et ipse Pentapolim perrexit. Et cum ibidem duobus annis stetisset iterum Alexandriam rediit et fideles ibi multiplicatos invenit. Pontifices ydolorum eum apprehendere moliebantur. Die autem

~~celebraret~~ celebraret et convenerunt illuc omnes et cum funem in collo eius misissent per civitatem trahebant dicentes: trahamus bubalum ad loca bubali. Carnes autem eius in terra fluebant et sanguis lapides rigabat. Deinde in carcere reclusus est et ibidem ab angelo confortatus est, et ipse dominus Jesus Christus visitavit eum et confortavit dicens: pax tibi Marce evangelista meus, noli timere quia ego tecum sum ut eruam te. Mane autem facto funem iterum in collum eius mittunt et huc illucque eum raptantes cum strepitu clamabant: trahite bubalum ad loca bubali. Ille autem inter hec gratias agebat dicens: in manus tuas domine commendo spiritum meum. Et hec dicens spiritum exhalavit circa annum domini LVII sub Nerone. Cum autem pagani vellent eum comburere, subito aer turbatur, grando oritur, tonitrua intonant, fulgura coruscant, ita quod quilibet evadere niteretur et sanctum corpus ibidem relinquunt intactum. Christiani vero corpus eius rapiunt et in ecclesia cum omni reverentia sepelierunt. Fuit autem forma beati Marci talis: longo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, recalvaster, prolixa barba, habitudinis optime, etatis medie, canos aspersus, habitu decens, affectione continens, dei gratia plenus. Anno ab incarnatione Anno CCCC LXVIII tempore Leonis imperatoris Veneti corpus sancti Marci de Alexandria translatum in Venetias transtulerunt ibique ecclesia in honore sancti Marci mira pulcritudine fabricata est. Quidam namque mercatores Venetiani qui Alexandriam venerant duobus presbyteris custodibus sancti Marci pretiis et promissis institerunt ut occulte corpus illud tolli permitterent et Venetias ~~[illegible]~~ transportarent. Verum ad corpus de tumulo levarent tantus odor totam Alexandriam perfudit ut omnes unde tanta procederet suavitas mirarentur. Cum autem navigarent et aliis navibus corpus sancti Marci deferre revelassent, unus illorum dixit: forsitan ~~[illegible]~~ Egyptii corpus vobis datum ~~deferimus~~ deferetis et vos corpus sancti Marci deferre putatis. Protinus igitur navis in qua erat corpus sancti Marci per se ipsam mira celeritate se convertit et in navem in qua ille residebat insurgens partem lateris fregit nec prius eam dimisit donec omnes se ibi corpus esse sancti Marci acclamarent.

[illegible] et iuncte tempestate quasi [illegible] tenebris obvoluti quo pergerent ignorarent, sanctus Marcus cuidam monacho custodi corporis sui apparuit dicens: dic hominibus istis ut velociter deponant vela quia non longe distant a terra. Quibus depositis mane facto se iuxta quandam insulam invenerunt. Verum per littora diversa cum transirent ut sanctum thezaurum omnibus occultarent, venientes incole conclamabant: o quam beati estis qui corpus beati Marci deportatis, sinite ut ipsum suppliciter adoremus. Quidam nauta adhuc omnino incredulus a demone arripitur et tam diu vexatur donec ad corpus adductus ardenter se confiteretur. Cum liberatus gloriam deo dedit et beatum Marcum in reverentia magna deinceps habuit. Circa annum domini M°. CC. XL.

Apud Papiam in conventu ordinis fratrum predicatorum fuit quidam religiosus et sancte vite homo Julianus natione Faventinus, iuvenis corpore, sanctus in mente, qui in infirmitate ultima laborans ad priorem domus super statu suo requisivisset et ille viciniam mortis sibi imminere diceret, statim facie exhilaratus et manibus ac toto corpore applaudens cepit dicere: date locum fratres, quia pre nimia letitie abundantia anima mea prosilivit a corpore ex eo quod tam iocundos rumores audivi. Et elevatis manibus cepit dicere: Educ de carcere animam meam. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Protinus ille levi somno obdormiens vidit beatum Marcum ad se venisse et se iuxta lectulum eius astitisse. Et ecce vox venit ad eum dicens: quid ibi agis Marce? Et ille: ad morientem istum accessi, quia deo ministerium eius est acceptum. Et iterum vox ad eum: quare inter ceteros sanctos tu ad eum venisti? Et ille: quia specialem in me devotionem habuit et locum in quo quiescit corpus meum devotione sedula visitavit. Et ideo veni ad eum in hora exitus sui visitare. Et ecce quidam albati totam domum repleverunt, quibus Marcus: quare hic venistis? Et illi: ut animam istius in conspectu domini portaremus. Evigilans autem predictus frater pro priore domus continue misit et omnia que viderat sibi recitans cum multo gaudio in domino feliciter obdormivit.

Marcellinus annis novem et mensibus quatuor Romanam rexit ecclesiam [illegible] ad [illegible] et [illegible] tormenta [illegible] metu passionis duo grana incensi in sacrificio posuit. Unde magna adest infidelibus leticia sed fidelibus ingens tristicia. Porro sub vivace infirmato capite subdita membra resurgunt et minas principum parvipendunt. Unde fideles ad summum pontificem venerunt et ipsum plurimum increpaverunt. Quod ille sentiens in concilio episcoporum se posuit iudicandum. Atque illi: absit ut summus pontifex ab aliquo iudicetur, sed tu in te collige causam tuam et ipso ore tuo te iudica. Ipse autem penitens plurimum ingemuit et seipsum deposuit, sed ipsum iterum omnis turba reelegit. Quod Cesares audientes ipsum iterum capi fecerunt. Cumque nullatenus sacrificare vellet, eum decapitari mandaverunt et tunc iterum crevit furor hostilis ut infra mensem unum xvij milia christianorum punirent. Marcellinus autem cum decapitari deberet, christiana sepultura se indignum asseruit et ideo omnes qui eum sepelire presumerent excommunicavit. Unde corpus eius xxxv diebus insepultum permansit. Post hec beatus Petrus apostolus Marcello successori beati Marcellini apparuit dicens: Frater Marcelle, quare me non sepelis? Cui ille: Nonne dudum sepultus es, domine? Cui apostolus: Me insepultum reputo quamdiu Marcellinum insepultum video. Cui ille: Nonne, domine, nosti quia ipse omnes qui se sepelirent anathematizavit? Cui Petrus: Nonne scriptum est: qui se humiliat exaltabitur? Hoc attendere debuisti. Vade igitur et ipsum ad pedes meos sepelies. Qui statim ivit et iussa complevit.

Vitalis quasi vivens talis, quia qualis vivebat exterius in corpore talis erat intus in mente. Vel vitalis dicitur a vita, vel vitalis vivens alis, id est munitus sic alis virtutum. Ipse enim fuit tamquam unum de animalibus dei quod vidit Ezechiel habens in se quatuor alas, scilicet alam spei qua volabat in celum, alam amoris qua volabat in deum, alam timoris qua volabat in infernum, alam cognicionis qua volabat in semetipsum. Cuius passio in libello sanctorum Gervasii et Prothasii reperta fuisse putatur.

Vitalis miles consularis ex Valeria uxore Gervasium et Prothasium genuit. Hic cum Paulino iudice Ravennam ingressus, cum quendam ibidem christianum medicum nomine Ursicinum post multorum tormentorum genera iussum decollari videret et ille mente plurimum expavisset, exclamavit ad eum sanctus Vitalis dicens: Noli, frater Ursicine medice, qui alios curare consuevisti, teipsum eterna morte occidere, et qui ad palmam meritorum per multas passiones venisti, noli coronam amittere tibi a deo paratam. Ursicinus autem hec audiens confortatus est et de pavore suo penitens martirium libentissime suscepit. Sanctus autem Vitalis eum honorifice sepeliri fecit et postea ad Paulinum dominum suum ultra venire contempsit. Ille vero nimium indignatus tum quia ad se venire noluit, tum quia Ursicinum sacrificare volentem abstraxit, tum quia christianum se esse ostendit, iussit eum in eculeo levari. Cui dixit Vitalis: Stultissimus es si me putas decipere qui alios semper studui liberare. Et ait Paulinus: Ducite eum ad palam et si sacrificare noluerit, effossa fovea profundissima donec perveniatur ad aquam, et ibi eum vivum sepelite. Quod et fecerunt et beatum Vitalem ibi vivum sepelierunt circa annum domini l vij^o sub Nerone. Sacerdos autem qui hoc consilium dederat statim arreptus a demone per septem dies insaniens in illo loco exclamavit dicens: Incendis me, sancte Vitalis. Die autem septima a demone precipitatus miserabiliter expiravit. Uxor vero sancti Vitalis ad Mediolanum rediens invenit ydolis quosdam sacrificantes seu ymolantes qui eam hortabantur ut ydolis ymolata comederet. Quibus illa: Christiana sum, non licet michi de vestris sacrificiis manducare. Quod illi audientes eam sic ceciderunt quod famuli sui qui cum ea erant usque Mediolanum semivivam deduxerunt, ibique infra triduum ad dominum feliciter migravit.

De sancto Lyno et Cleto

Dicit magister Johannes Beleth quod non fuerunt pape sed discipuli sancti Petri apostoli et supplebant vicem eius in hiis que pertinebant ad actum vos fore Petrus vos vocavit [illegible] pa-catori et videt dicere propter hoc cum beatus Petrus providens imminere mortem suam dedit sancto Clementi potestatem suam ligandi atque solvendi et ordinavit eum episcopum sic legitur in passione sancti Petri. Sed Jeronimus in cathalogo et cronica sua pene dicat eos fuisse papas et singulos annos xii sedisse. Tercius eis Clemens successit qui sedit annis ix sic legitur in cronica et in passione ipsius. Historia vero ecclesiastica dicit Linum post Petrum sedisse solum annis xii et sic ei successisse Anacletum et post hunc Clementem sedisse annis ix et sic tacet de Cleto. Apponit Anacletum Clementi. Sed gesta pontificum Romanorum dicunt Linum post Petrum sedisse annis xi et post eum Cletum annis xii sedisse deinde Clementem deinde Anacletum

Philippus interpretatur os || Com lampadis vel os manuum vel dicitur a philos quod est amator et yper quod est super quasi amator superiorum. Dicitur os lampadis propter suam luculentam predicationem, os manuum propter suam assiduam operationem, amator superiorum propter celestem contemplationem.

Post passionem domini salvatoris per annos xx Philippus sanctus instanter per Scythiam gentibus evangelium predicavit ubi cum tentus esset a paganis et ductus ad statuam Martis ut compelleretur ad sacrificandum draco subito quidam ingens de statua exivit qui filium pontificis qui ignem ministrabat in sacrificio interfecit peremit ac tribunos qui pertinebant provincie quorum officiales tenebant sanctum Philippum apostolum de flatu autem draconis omnes egrotare ceperunt. Tunc Philippus dixit omnibus audite consilium meum et recuperabitis sanitatem et isti qui mortui sunt suscitabuntur draco enim qui vobis nocuit in dei nomine fugabitur. Dicunt ei omnes obedire te volumus. Dicit eis Philippus apostolus deicite hunc Martem et confringite et in loco eius videtis fixam stare crucem domini mei Jesu Christi affigite. Tunc illi qui egrotabant ceperunt clamare recuperentur in nobis vires et deiciemus hunc Martem dracone in nomine domini mei Jesu Christi exi de loco isto et vade et morare in loco deserto ubi nec accessus hominum est et nulla utilitas humanis commodis insistit ita vadens venenum noceat. Tunc draco ille sevissimus exiens cepit ire festinantissime et ultra nusquam ~~comparuit~~ comparuit. Apostolus autem filium pontificis qui ministrabat ignem sacrificii et duos tribunos qui mortui fuerant in nomine domini mei Jesu Christi suscitavit. Omnem quoque turbam que turbata fuerat de flatu draconis sanitati pristine restituit. Unde factum est quod universi qui Philippum apostolum persequebantur penitentiam agentes deum quem estimarent adorarent. Ipse autem per unum annum docebat eos insinuans quo predicatum adventum domini convenisset deus natus ex virgine quo die tercia resurrexerit quomodo post resurrectionem celos quam ante passionem suam docuerat quomodo misit spiritum sanctum quem promisit qui veniens igneus sedit super xii apostolos et omnium linguarum et provinciarum notitiam apostolorum inseruit ex quorum ipse unus sum. Hunc missus sum ad vos scitote idola ista vana esse et multo fortius sub terra esse et cum ista dicerentur beato Philippo apostolo in Christum crediderunt et multa milia baptisati sunt. Ordinatis ergo clericis et elevato eis episcopo et presbiteris et dyaconis atque ecclesiis multis constructis ipse per revelationem ad Asiam reversus in civitatem Jeropolim commoratur. Heresim nefariam Ebyonitarum extinxit qui dicebant non verum hominem natum ex Maria virgine ut vi dei filium carnem assumpsisse. Erant autem ibi filie eius due sanctissime per quas dominus multos ad fidem convertit et multitudinem virginum lucratus est. Ipse autem Philippus ante septem dies obitus sui vocavit ad se omnes presbiteros et dyaconos et vicinarum urbium presbiteros atque episcopos et dixit eis per hos septem dies michi dominus meus hec vite concessit ipse admonitionem vestram memores estote doctrine domini nostri Jesu Christi et state viriliter. Dominus autem complebit promissa sua et donabit coronam suam. Erat annorum lxxxvii. Post hoc infideles eum tenuerunt et cruci adfixerunt magistri quem predicabat affixerunt et sic ad dominum migravit ac feliciter vitam finivit in eadem civitate positum est corpus sanctum eius. Et post aliquos annos due sancte virgines filie eius una a dextris alia a sinistris sepulte sunt. Prestantur autem beneficia sancto apostolo Philippo orante [illegible] in [illegible] qui nemo homo vidit neque videre potest et in unum filium eius unigenitum dominum nostrum Jesum Christum qui dimisit propter seculi delicta et in unum spiritum sanctum paraclitum illuminatorem animarum nostrarum et nunc et semper et per infinita secula seculorum amen.

De isto philippo sic dicit ysidorus in libro de vita et obitu sanctorum: Philippus Galileis Sithis predicat Christum barbarasque naciones vicinas que tenebris et tumenti occeano coniunctas ad sciencie lucem fideique portum deducit. Hec ysidorus. De philippo autem qui fuit unus de septem dyaconibus dicit Jeronimus in martyrologio quod octavo ydus Julii signis et prodigiis inclitus apud Cezaream requievit, iuxta quem tres filie eius tumulate sunt, nam quarta apud Effesum requiescit. Philippus igitur ab isto differt quia philippus ille fuit apostolus iste vero dyaconus, ille iacet apud Jerapolim iste apud Cezaream, ille habuit duas filias prophetissas iste quatuor. Licet ecclesiastica hystoria videtur dicere quod fuit philippus apostolus qui habuit quatuor filias prophetissas sed in hoc Jeronimo est magis credendum.

Jacobus supplantator vel supplantans festinate vel preparans vel dicitur Jacobus a Ja quod est deus et cobor quod est onus vel pondus et iaculo et cope quod est cesio quasi cesus iaculis. Dicitur ergo supplantator mundi per contemptum, supplantans festinantem dyabolum, preparans ad omne bonum corpus suum quod fit per adiutorium dei sicut operacio et oracio devota. Male autem passiones insunt nobis ex tribus sicut dicit Gregorius in omelia: ex mala educacione sive conversacione, ex operis mala consuetudine, ex vicio inconveniencie. Curantur autem ut dicit moralista bona consuetudine, bona exercitacione, studio doctrine. Sic beatus Jacobus curavit se et ideo corpus suum ad omne opus bonum paratum habuit. Dicitur etiam divinum pondus propter gravitatem vel constanciam morum, iaculis cesus propter martyrium.

Jacobus iste apostolus vocatur Jacobus Alphei scilicet frater Jacobi frater domini. Dicitur autem Jacobus minor et Jacobus iustus et Jacobus alphei. Dicitur non [illegible] secundum carnem sed et secundum nominis interpretacionem. Alpheus interpretatur doctus vel documentum vel fugitivus vel millesimus. Dicitur ergo Jacobus alphei quia [illegible]ctus per inspiracionem, documentum aliorum per instructionem, fugitivus de mundo per despectum et mellifluus per humilitatis reputacionem. Vocatur quoque frater domini eo quod similimus sibi fuisse perhibetur adeo ut plurimi in eorum facie fallerentur. Unde ad [illegible] capiendum Christum pro signo precepit Judas qui Christum a Jacobo tamquam eorum familiaris optime discernebat signum osculi recipere. Sicut etiam testatur Ignatius in epistola ad Johannem evangelistam sic dicens: Si licitum est mihi apud te ad Jerosolimam partes ascendere, volo ut videam illum venerabilem Jacobum qui cognominatur iustus quem referunt Christo Jesu simillimum facie, vita et modo conversacionis ac si eiusdem ventris frater esset gemellus, quem dicunt si videro et ipsum Jesum secundum omnia eius corporis liniamenta [illegible]. Dicitur etiam frater domini quia Christus et Jacobus a duabus sororibus descenderunt, sic a duobus fratribus scilicet Joseph et Cleophe descendisse putantur. Non enim dicitur frater domini quia fuit filius Joseph sponsi Marie de alia uxore sicut aliqui voluerunt dicere sed quia erat filius Marie filie Cleophe, qui quidem Cleophas fuit frater Joseph. Licet magister Johannes Beleth dicat quod Alpheus fuit frater Joseph sponsi Marie, quod verum non creditur. Judei vero fratres vocabant omnes qui se ex utraque parte sanguinis contingebant. Dicitur etiam frater domini propter prerogativam excellencie sanctitatis ob quam pre ceteris apostolis Jerosolimis est ordinatus. Dicitur etiam Jacobus minor ad differenciam Jacobi Zebedei, natiuitate sit prior tamen vocacione posterior. Unde etiam hec consuetudo in plerisque religionibus observatur ut ille qui prior ingreditur maior vocetur et ille qui posterior minor licet sit aut etate maior aut sanctitate dignior. Dicitur etiam Jacobus iustus propter meritum excellencie sanctitatis. Nam secundum Jeronimum tante reverencie et sanctitatis in populo extitit ut fimbriam eius vestimenti certatim tangere cuperent. Unde de eius sanctitate sic scribit Egesippus apostolorum vicinus sicut in hystoria ecclesiastica legitur: Suscepit inquit ecclesiam frater domini Jacobus qui ab omnibus cognominatus est iustus ab ipsius domini temporibus perdurans usque ad nos. Hic ex utero matris sue sanctus fuit, vinum et siceram non bibit, carnales motus volens refrenare numquam manducavit carnes, ferrum in caput eius non ascendit. Oleo no e vnct' [illegible] et veste linea semp' indutus. Tociens genua flexerat ut calles ad mod' cameli in genib' i calcaneo videret'. hic pro sua inestimabili et summa iusticia appellatus e iustus et obba qd interptat' munimentum ppli et iusticia. Hic solus int' aplos ppt nimiam scitatem suam pmittebat' in sancta scor intrare. hec Egesipp'. Non quidem ymolacois causa sed oronis. dr etiam q p'mus int' aplos missam celebravit vnd ppt excellenciam scitatis hunc sibi honore apli fecerunt ut pg ascensionem dni p'mus int' eos missam Jerosolimis celebraret. etiam anteq̄m fuisset epus ordinatus. Cum aut an eius ordinatio in actib' aplorum dicat' q discipli erant pseverantes in doctrina aplorum in comunicacione fraccionis panis qd de misse celebracione accipit'. vel ideo p'mus celebrasse dicit' quia p'mus in pontificalib' eam celebrasse phibet'. sic et petrus p'mus in anthiochia missam celebravit Marcus vero in Alexandria. Hic ppetue virginitatis extitit sicut testat' Jeronimus in libro contra Jovinianum. In pasceue aut mortuo dno sicut dicit Josephus et Jeronimus in libro de viris illustrib' Jacobus votum vovit se non comesturum donec videret dnm a mortuis resurrexisse. In ipsa aut die resurrectionis cum vsq' ad diem illam Jacobus non gustasset cibum dns apparuit ei et eis qui cum eo erant dixit. ponite mensam et panem. dein panem benedixit et Jacobo iusto dedit. Surge frater mi comede quia filius hominis a mortuis resurrexit. Septimo igitur anno episcopatus eius cum ad diem pasche apli Jerosolimis convenissent interrogavit eos Jacobus quanta p eos dns fecisset in populo referebant. Cumque septem diebus Jacobus cum aliis aplis pdicasset in templo coram Cayphа et aliquibus iudeis et iam ipsi essent q baptisari vellent repente quidam templum ingrediens pclamare cepit O viri Jerosolimite quid facitis cur ab istis magis vos decipi pmittitis. tantum aut populum concitavit ut aplos lapidare vellet. ascendit aut homo ille sup gradum ubi Jacobus pdicabat et ipsum pcipitavit deorsum et ex hoc plurimum claudicavit. Hoc aut septimo anno post

[illegible] anno aut episcopatus xxx videntes iudei q paulum non posset occidere eo q ad Cezarem appellasset et Romam missus fuisset psecucionis sue tyrannidem affectum in Jacobum convertunt contra eum occasiones querentes. et sicut pdictus Egyssipus aplorum contemporaneus refert et sicut in historia ecclesiastica legit'. Judei ad eum convenerunt dicentes. Oramus te ut revoces ppl'm qui ipse errat in Jesu q ipse sit xpus. Deprecamur ergo te ut swadeas omnibus convenientib' in die pasche de Jesu tibi enim obtemperabimus omnes et de te tam nos quam populus testimonium facimus quia iustus es et nullius psonam accipis. Statuunt ergo eum sup pynaculum templi et voce magna dixerunt clamantes virorum iustissime cui nos omnes optemperare debemus quia populus errat post Jesum qui crucifixus est annuncia nobis quid tibi videtur. Tunc Jacobus cum ingenti voce respondit quid me interrogatis de filio hominis ecce ipse sedet in celis ad dextris summe virtutis venturus iudicare vivos et mortuos. Hec aut audientes xpiani valde gavisi sunt et libenter audierunt eum. Pharisei aut et scribe dixerunt male fecimus tale testimonium prestare ihu sed ascendamus et pcipitemus eum deorsum ut ceteri terreantur et ei credere non presumant et simul vna voce magna exclamaverunt dicentes. O. O. O. et iustus erravit. Ascenderunt ergo et pcipitaverunt eum. Quem cum ergo eum pcipitassent lapidibus eum obruerunt dicentes lapidemus Jacobum iustum. qui deiectus non solum non mori potuit sed conversus et sup genua procumbens dicebat. Rogo domine dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. Tunc vnus ex sacerdotib' de filiis racheb clamat parcite queso parcite quid facitis pro vobis orat hic iustus quem lapidatis. Tunc vnus ex illis perticam fullonis arripiens validum ictum capiti eius impegit et cerebrum excussit. hec Egysipus. Tali ergo martirio migravit ad dnm sub Nerone qui cepit anno dni l vij° sepultusque est ibidem prope templum. Cum aut populus vellet eius mortem vindicare et malefactores capere protinus fugierunt. Refert Josephus q ipse pctō illius scelus esse accidit excidium Jerusalem et dispersio iudeorum. Sed non solum ob mortem Jacobi sed et maxime ob mortem dni precipue

[illegible] ne tot iniquitates [illegible] lapidibus in-
[illegible] eo quod dicitur cognominatus [illegible]
[illegible] sed quia dominus non vult mo-
rtem peccatoris et ut ipsi excusacionem
non haberent per quadraginta annos eorum
~~annos~~ penitenciam expectavit et per a-
postolos maxime per Jacobum fratrem domini
inter eos continue predicantem eos ad
penitenciam revocabat sed cum per admoni-
cionem eos non posset revocare voluit
saltem eos prodigiis exterrere nam in
hiis quadraginta annis ad peniten-
ciam datis multa monstra et prodigia
sicut refert Josephus evenerunt
nam stella prefulgens per omnia gla-
dio similis visa est civitati desu-
per imminere ac per totum annum exi-
tialibus flammis ardere In quodam
festo azimorum hora noctis nona tantus
fulgor aram templumque circumdedit
ut omnes diem clarissimum putarent in
eadem festivitate vitula ad immolandum
adducta inter ministrorum manus in ag-
nam subito enixa est post aliquos
dies prope solis occasum visi sunt
currus et quadrige in omni regione
per aerem ferri et armatorum cohortes
misceri nubibus et urbes circumdare
agminibus improvisis In alio die festo
qui pentecostes dicitur sacerdotes nocte
templum ingressi ad ministeria consue-
ta primo quosdam motus strepitus-
que senserunt ac voces subitas aud-
ierunt dicentes Transeamus ab hiis
sedibus ante quartum autem belli annum
quidam vir nomine Jhesus Ananie
filius in festo tabernaculorum repente
clamare cepit vox ab oriente et
vox ab occidente vox a quatuor
ventis vox super Jerusalem et
super templum vox super sponsos et
sponsas vox super populum universum
Corripitur igitur vir capitur ceditur
verberatur sed ille aliud dicere nequi-
ens quanto plus verberatur tanto
fortius clamabat ad iudicem
igitur adducitur tormentis diris affi-
citur usque ad perspicuitatem ossium lani-
atur sed ille nec preces nec lacri-
mas effundebat sed tantum quodam
ululatu per singulas pene voces ea-
dem proferebat addens etiam hoc
ve ve Jerusolimis Hec Josephus

Cum autem iudei nec admonicionibus
converterentur nec tantis prodigiis terre-
rentur post quadraginta annos dominus
Vespasianum et Titum Jerosolimis
adduxit qui ipsam civitatem funditus
destruxerunt Hec autem fuit causa adven-
tus eorum sicut in quadam hystoria
invenitur licet apocrifa Videns
Pilatus quod dominum Jhesum innocentem
condempnaverat timens offensam Ty-
berii Cesaris pro se excusando
nuncium nomine Albanum ad Ce-
sarem destinavit Eo autem tempore Ve-
spasianus monarchiam in Galli-
cia a Tyberio Cesare tenebat
nuncius igitur Pilati a ventis con-
trariis in Galliciam pellitur et
ad Vespasianum adducitur Talis
autem communiter ibi consuetudo ut
quicunque ibi naufragium pateretur
rebus et servitute principi mancipa-
retur et inquireretur tunc Vespa-
sianus quis esset aut unde
veniret seu quo tenderet requisivit
Cui ille Jerosolimitanus sum de partibus
illis veni Romam usque tendo
Cui Vespasianus de terra sapientum
venis artem nosti medicinalem
medicus es medicare me debes
Vespasianus enim quoddam genus
vermium naribus infixum ab infancia
gerebat unde a vespis Vespasianus
dicebatur Cui vir ille artem medici-
nalem dixit nescio et ideo curare te non
valeo Cui Vespasianus nisi me ~~curaberis~~
curaveris morte morieris Cui ille ait Ille
qui cecos illuminavit demones effugavit
mortuos suscitavit ille novit quod artem
medendi ignoro Cui Vespasianus Quis
est ille de quo tanta prefaris Et ille Jesus
nazarenus quem iudei per invidiam occiderunt
in quem si credideris sanitatis graciam con-
sequeris Cui Vespasianus Credo quod qui
mortuos suscitavit me etiam de hac infir-
mitate liberare poterit et hec eo dicente
vespe de eius naribus ceciderunt et
continuo sanitatem accepit Tunc Vespasianus
ingenti gaudio repletus est et ait certus
sum quia dei filius fuit qui me curare
potuit Petita igitur licencia a Cezare
Jerosolimam cum armata manu pergit omnes

proditores et [illegible] dixit quod Albanus multos pro[illegible] rebus et vita salvus domum tuam tunc licentia rediturus. Vespesianus igitur Romam adiit et destruendi iudeam et Jerosolimam a Thyberio Cezare licenciam impetravit. Per annos igitur plurimos exercitum congregavit tempore Neronis Cesaris imperatoris cum iudei imperio rebellassent. Unde secundum Coronicas non fecit hoc opus sed quia iudei a dominio recesserant Romanorum. Jerusalem igitur cum copioso exercitu Vespesianus advenit et in die pasche Jerusalem in circuitu potenter obsedit ibique infinitam multitudinem que ad diem festum convenerat inclusit. Per aliquod autem tempus antequam Vespesianus Jerosolimam advenisset fideles qui ibi erant a spiritu sancto amoniti sunt et in quoddam oppidum ut inde recederent trans Jordanem quod Pella vocatur manerent ut ablatis ab urbe sanctis viris celesti vindicte fieret locus tam de urbe sacrilega quam de populo scelesti. Quandam autem civitatem iudee nomine Jonpan in qua Josephus princeps et dux erat primo omnium est aggressus. Sed Josephus cum suis viriliter resistebat. Tamen Josephus videns imminere excidium civitatis assumptis xi iudeis subterraneam domum intravit ubi quatriduana fame afflicti iudei non consenciente Josepho mallent ibidem mori quam Vespesiani se subicere servituti. Volebant se ad invicem interficere et sanguinem suum deo offerre. Et quia Josephus inter eos erat dignior volebant eum primitus occidere ut eius effusione sanguinis placaretur citius deus vel ideo se interficere mutuo volebant ne darentur in manus Romanorum. At Josepus vir prudens et mori nolens iudicem mortis et sacrificii se constituit et quis prior alio occisus esset inter binos sortem mitti iussit. Missis itaque sortibus nunc unus nunc alius morti traditur donec ventum est ad ultimum cum quo Josephus sortem missurus fuit. Tunc Josephus homo strenuus et abilis gladium illi abstulit et quid magis eligeret scilicet aut mortem requisivit et ut sine dilacione eligeret requisivit. At ille timens inquit vitam non recuso si gratia tui vitam conservare valeo. Tunc Josephus uni familiari Vespesiani et sibi noto locutus est latenter

[illegible] impetravit. Cum autem [coram Ves]pesiano Josephus fuisset adductus dixit ei Vespesianus mortem meruisses si huius mei peticionibus liberatus non fuisses. Et Josephus si quid prius actum est in melius converti potest. Et Vespesianus victus est quid facere potest. Et Josephus aliquid facere potero si pro dictis meis aures tuas demulceo. Et Vespesianus concedatur ut verbis utaris et quid boni dixeris est pacifice audietur. Et Josephus imperator Romanus et senatus imperatorem te fecit. Et Vespesianus si prophete equales vates vaticinatus fuit civitati quod mox subiicienda sit potestati. Et Josephus per x dies eis hoc predixi. Infra legati Romanorum venerunt Vespesianum sublimatum in imperium asserunt cum quo Romam deducitur. Hoc quoque Eusebius in Coronica testatur scilicet quod Josephus Vespasiano predixit tam de imperatoris morte quam de sua sublimatione. Reliquit autem Vespasianus Thitum filium suum in obsessionem Jerusalem. Thitus autem ut in eadem hystoria legitur patrem suum in imperium sublimatum audiens tanto gaudio et exultatione repletur quod per nervorum contractionem et frigiditatem corripitur et altero crure debilitatus palisi torquetur. Josephus autem audiens Thitum in infirmitate laborare causam morbi et morbum et tempus morbi diligenter inquisivit. Causa nescitur morbus ignoratur de tempore autem quod audita patris electione hoc sibi accidere aperitur. Josephus autem vir prudens et sapiens ex paucis multa conicit et ex tempore morbum et causam invenit sciens quia gaudio et leticia superabundanti debilitatus fuit. Animadvertens itaque quod contraria contrariis curantur sciens quod amore quod torquetur dolore frequenter amittitur querere cepit an aliquis principis inimicus omnibus cerneretur. Et erat ibi servus sic Thytho onerosus et molestus ut sine vehementi conturbatione nullatenus in eum posset respicere nomen audire. Dixit quod Josephus Thytho si curari desideras omnes qui in comitatu meo venerint salvos facias. Cui Thitus quicumque in comitatu tuo venerit securus habeatur et salvus. Tunc Josephus Thito prandium fieri precepit et mensam suam mense Thyti oppositam locavit et servum suum a dextris suis sedere fecit. Quem Thitus respiciens molestia conturbatus infremuit et qui prius gaudio [illegible] Josephus in sua [illegible] annalium conscripsit. Vespasianus autem fecit [illegible] hystoria [illegible] sic legitur [illegible] relinquitur. Quanta vero biennio Jerusalem obsessa intus mala [illegible] mala que obsessos gravius urgebant. Tanta fames eos tenuit, ut parentes filiis et filii parentibus, viri uxoribus et uxores viris non solum de manibus sed etiam ex ipsis dentibus rapiebant; juvenes etiam etate fortiores velut simulacra per vias obambulantes inedia deficientes cadebant; qui mortuos sepeliebant sepe super eos mortuos mortui cadebant. Fetorem itaque cadaverum non ferentes ex publico sumptu et cum deficeret cadaverum multitudine de muris cadavera precipitabant. At Titus cum vidisset valles cadaveribus repletas et totam patriam ex eorum fetore corruptam, manus suas cum fletibus ad celum levavit dicens: Deus, tu vides quod ego non facio. Tanta autem fames ibi erat, quod calciamenta sua et corrigias comedebant. Matrona insuper quedam genere et divitiis nobilis, sicut legitur in ecclesiastica hystoria, cum predones in eius domum irruentes omnibus eam spoliassent, ut sibi quid vesci comedere debuisset nil remansisset, puerulum quoque lactantem tenens in manibus ait: Infelicis matris infelicior fili, in bello, in fame, in direptione cui te servabo? Veni ergo, o mi nate, et esto tue matris cibus, predonibus furor, seculis fabula. Et his dictis filium jugulavit et coxit et dimidium comedens partem aliam occultavit. Et ecce predones carnes coctas sencientes in domum irruunt et nisi carnem proferat mortem minantur. Tunc illa detegens infantis membra: Ecce, inquit, vobis partem optimam reservavi. Eciam illos tantus horror invasit, quod nec loqui poterant. Et illa: Meus est hic, inquit, filius, peccatum meum; secure edite, quia prior ego comedi quem genui. Nolite ergo fieri matre religiosiores aut femina meliores. Quod si vincit vos pietas et horretis, ego totum comedam et dimidium iam comedi. Illi autem trementes et territi discesserunt. Tandem secundo anno imperii Vespasiani Titus Jerusalem cepit et captam subvertit templumque funditus destruxit; et sicut Judei Christum pro xxx^ta^ denariis emerunt, sic et ipse pro uno denario xxx^ta^ Judeos vendidit. Sicut autem narrat Josephus, lxxxx vii milia Judeorum sunt vendita et undecies centena milia fame et gladio perierunt. Legitur quoque quod Titus in [illegible]tus civitatis Jerusalem quendam murum densissimum [illegible] ipsum perforari precepit quendam senem aspectu et canitie venerabilem invenerunt. Requisitus quis esset, respondit se esse Joseph ab Arimathia civitate Judee, se quod a Judeis ibidem inclusum et muratum fuisse eo quod Jesum sepelisset. Addiditque quod ab illo tempore usque nunc celesti sit cibo pastus et divino lumine confortatus. In evangelio tamen Nicodemi dicitur quod cum Judei ipsum reclusissent, Christus resurgens eum eripuit et in Arimathiam duxit. Potest ergo dici quod eductus a predicatione Christi non cessaret, a Judeis iterum est reclusus. Mortuo autem Vespasiano imperatore Titus filius eius in imperio successit, qui fuit vir clementissimus et multe liberalitatis tanteque bonitatis fuit, sicut ait Eusebius Cesariensis in cronica et testatur Jeronimus, quod quadam sero recordatus fuisset quod illa die nil boni egisset aut nil dedisset, ait: O amici, hunc diem perdidi. Post longa vero tempora quidam Judei Jerusalem reedificare volentes exeuntes primo mane plures cruces de rore invenerunt, quas territi fugientes et secundo mane redeuntes unusquisque, ut ait Miletus in cronica, cruces sanguineas in vestibus invenit. Qui vehementer territi in fugam iterum versi sunt. Sed tercio reversi sunt vapore ignis de terra prodeuntis penitus sunt consumpti.

[illegible]

Inventio sancte crucis dicitur ideo quia tali die crux inventa fuisse perhibetur. Nam et ante ea fuit inventa a Seth in terrestri paradiso sicut infra narrabitur, a Salomone in Libano, a regina Saba in templo Salomonis, a Judeis in aqua piscine, hodie ab Helena in monte Calvarie.

Inventio sancte crucis post annos cc^a^ a resurrectione domini facta est. Legitur enim in evangelio Nicodemi quod cum Adam infirmaretur, Seth filius eius portas paradisi terrestris adiit et oleum misericordie quo patris corpus perungeret ut sanitatem reciperet postulavit. Cui apparens Michael archangelus ait: Noli laborare nec flere pro oleo misericordie obtinendo, quia nullatenus illud consequi poteris nisi quando completi fuerint quinque milia quingenti anni. Licet tamen ab Adam usque ad adventum Christi tantum quinque milia trecenti xxx^ta^ tres fluxisse credantur. Legitur in alibi quod angelus ei ramusculum quendam [illegible] et [illegible] [illegible] taret. In quadam vero historia Graecorum licet apogriffa legitur quod angelus de ligno in quo peccavit Adam eidem tradidit dicens quod quando faceret fructum pater sanaretur. Qui rediens et patrem mortuum inveniens ipsum ramum super tumulum plantavit patris, qui plantatus in arborem magnam crevit et usque ad Salomonis tempora perduravit. Utrum autem haec vera sint lectoris arbitrio relinquitur, cum in nulla cronica vel historia autentica ista legantur. Salomon autem arborem tam pulchram considerans ipsam praecepit praecidi et in domo saltus locari iussit. Tamen ut ait Johannes Beleth locari poterat nec alicui loco apta reperiri valebat, quia modo aut excedebat longitudine aut deficiebat nimia brevitate. Sed cum iam nimis secundum sibi congruentiam ipsum irrationabiliter decurtassent, adeo brevis videbatur quod omnino incongrua habebatur. Ob hoc indignati artifices ipsum reprobaverunt et super quendam locum ut esset pons transeuntibus proiecerunt. Regina autem Saba cum venisset audire sapientiam Salomonis et per dictum lacum transire vellet, vidit in spiritu quod salvator mundi in ligno illo suspendendus foret, et ideo per lignum illud transire noluit, sed ipsum protinus adoravit. In historia tamen scolastica legitur quod in domo saltus vidit, cumque ad domum suam redisset, intimavit Salomoni quod in ligno quodam suspendendus foret per cuius mortem regnum Iudeorum deberet deleri. Salomon igitur praedictum lignum inde sustulit et in profundissimis terrae visceribus illud infodi praecepit. Postea probatica piscina ibidem facta est ubi ~~Na~~ Nathinei hostias abluebant, et non solum ex descensu ~~ange~~ angeli sed etiam ex virtute ligni movebatur, seu ipsius turbatio ibi fiebat aquae commotio et infirmorum curatio. Appropinquante vero passione Christi praedictum lignum perhibetur supernatasse. Cum Iudei illud vidissent, ipsum acceperunt et crucem domino paraverunt. Ipsa autem crux Christi quatuor genera lignorum habuisse perhibetur, scilicet palmae, cypressi, olivae et cedri. Unde versus: Ligna crucis palma, cedrus, cypressus, oliva. In cruce enim fuit haec quadruplex differentia lignorum, scilicet lignum erectum, transversum, tabula supposita, truncus cui crux fuit infixa, vel secundum Gregorium Turonensem tabula transversa quae fuit sub pe-

[illegible] praedicto [illegible] [illegible] videtur apostolus innuere cum dicit: ut possitis comprehendere cum omnibus quae latitudo, altitudo, sublimitas et profundum. Quae verba Augustinus sic exponit: et crucis inquit domini latitudo dicitur in ligno transverso quo extenduntur manus. Longitudo a terra usque ad ipsam latitudinem, quo manibus infixis totum corpus affigitur. Altitudo a latitudine usque sursum cui adhaeret caput. Profundum vero quod terrae infixum absconditur. Quo signo crucis omnis actio christiana describitur: bene operari in Christo et ei perseveranter inhaerere, caelestia sacramenta non profanare. Istud lignum pretiosum crucis per annos CC et ultra sub terra latuit, sed ab Helena matre Constantini imperatoris sic inventum fuit. In tempore eo congregata est iuxta Danubium flumen multitudo barbarorum innumerabilis volentes transire flumen et omnes regiones suo dominio subiugare. Quod ut Constantinus comperit, castra movit et contra Danubium se cum exercitu suo collocavit. Ac barbarorum crescente multitudine et iam flumen transeunte, Constantinus nimio timore concutitur, videns quia esset cum eo die ~~tra~~ crastina bellum commissurus. Sequenti igitur nocte excitatur et ut sursum aspiciat admonetur. Qui caelum respiciens vidit signum crucis et ex clarissimo lumine factum litteris aureis habens titulum talem scriptum: In hoc signo vinces. Qui caelesti visione confortatus similitudinem crucis fecit et ipsam ante suum exercitum deferri praecepit, irruensque in hostes ipsos in fugam convertit et multitudine maiorem interfecit. Cum Constantinus omnes templorum pontifices convocavit et cuius nam hoc dei signum esset diligentius requisivit. Qui cum se dicerent nescire, quidam Christiani advenerunt et ei sanctae crucis mysterium et fidem sanctae trinitatis plenius enarraverunt. Qui in Christum tunc perfecte credidit et ab Eusebio papa vel secundum quosdam libros a Caesariensi episcopo baptisma suscepit. Sed in hac historia multa ponuntur quibus contradicit historia tripartita et ecclesiastica et vita sancti Silvestri et gesta Romanorum pontificum. Secundum quosdam non fuit iste Constantinus imperator qui a beato Silvestro baptisatus est et ad fidem conversus, sicut aliquae historiae videntur innuere, sed fuit Constantinus pater ipsius Constantini, sicut in aliquibus historiis invenitur. Iste enim [illegible] fuisse magnae [illegible] quo autem [illegible] Constantinus filius eius [illegible] patris victoriae quam virtute sanctae crucis habuerat Helenam matrem suam Jerusalem pro ipsa ~~cruce~~ cruce invenienda transmisit sicut inferius dicetur. Ecclesiastica historia hanc victoriam aliter satis narrat. Dicit enim quod cum Maxentius Romanum imperium invasisset, Constantinus imperator iuxta Danubium fluvium cum Maxentio congressurus advenit. Cum ergo anxius valde esset et sibi promitteret auxilium, ad caelum oculos crebro levaret, vidit per soporem ab orientis partibus in caelo signum crucis fulgore igneo rutilare angelosque sibi dicentes: Constantine, in hoc signo vinces. Ut autem in historia tripartita dicitur, cum Constantinus ambigeret quid hoc signum esset, insequenti nocte advenienti Christus apparuit cum signo quod viderat in caelo, iussitque ut fieret eius signi figuratio quae ferret auxilium in congressionibus proeliorum. Tunc Constantinus laetus redditus et de victoria iam securus signum crucis quod viderat in caelo in sua fronte depinxit, vexilla militaria in signaculum crucis transformavit et in manu dextera auream crucem deportavit. Post haec dominum exoravit ne dexteram suam quam signo salutari munierat effusione sanguinis maculari permitteret, sed sine effusione sanguinis victoriam sibi de tyranno daret. Maxentius autem iussit navibus ad decipulam positis plurimum fluvium sterni et suppositis pontibus coaequari. Cum autem Constantinus ad flumen appropinquaret, Maxentius in occursu cum paucis velociter ei perrexit, iubens ut ceteri sequantur, sui quoque oblitus operis ponte cum paucis ascendit, et decipula qua Constantinum decipere voluit ipse deceptus et in fluminis profundum submersus. Constantinus unanimiter ab omnibus susceptus est. Et sicut legitur in chronica satis autentica, Constantinus non perfecte credidit nec tunc sacrum baptisma suscepit, sed aliquanto tempore interiecto visionem illam Petri et Pauli vidit et sacro baptismate per Silvestrum papam baptizatus et a lepra mundatus in Christum deinceps perfecte credidit et sic matrem suam Helenam misit ut crucem domini requireret. Ambrosius tamen in epistola de obitu Theodosii et in historia tripartita dicit quod in ultimis Constantinus baptismum suscepit, quod baptismum distulerit ut posset in flumine Jordanis baptizari. Hoc etiam Jeronimus in chronica. Certum autem est [illegible] ipsa Christianus effectus est, sed utrum baptisma distulerit in dubium vertitur. Et de illa legenda sancti Silvestri quoad plura saepe dubitatur. Haec ergo historia de inventione sanctae crucis quae in ecclesiasticis historiis invenitur, cui etiam consonat chronica, magis esse autentica videtur quam illa quae per ecclesias recitatur. Constat enim multa ibi esse quae non consonant veritati, nisi forte quis vellet dicere sicut superius dictum est quod non fuit Constantinus sed pater eius, quod tamen non multum autenticum videtur, licet in quibusdam ultramarinis historiis sic legatur.

Cum autem Helena Jerusalem advenisset, omnes sapientes qui per totam regionem reperti sunt ad se congregari praecepit. Haec autem Helena prius stabularia fuit, sed propter eius pulchritudinem Constantinus sibi eam coniunxit, sicut dicit Ambrosius. In hoc ubi stabularia fuisse asseritur, sed iuncta Constantino seniori fuit qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia quae diligenter praesepe domini requisivit. Bona stabularia quae istum stabularium non ignoravit qui vulnera curavit a latronibus vulnerati. Bona stabularia quae maluit omnia aestimari stercora ut Christum lucrifaceret. Ideo illam Christus de stercore levavit ad regnum. Haec Ambrosius. Alii vero asserunt et in quadam chronica legitur satis autentica quod ipsa Helena fuit filia regis Britonum, quam Constantius in Brittoniam veniens, cum esset unica patri suo, duxit uxorem, unde insula post mortem Choelis sibi devenit. Hoc et ipsi Brittones attestantur. Judaei ergo nimium formidantes dixerunt ad invicem: Quare putatis quod regina fecerit nos ad se congregari? Unus autem ex eis nomine Judas dixit: Scio enim quia vult a nobis discere ubi sit lignum crucis in quo Christus crucifixus est. Videte ergo ne quis audeat dicere sibi. Pro certo enim scitote quia lex nostra evacuabitur et paternae traditiones funditus evertentur. Zacheus enim avus meus praenuntiavit patri meo Symeoni et pater meus moriens dixit mihi: Vide fili, cum requiretur crux Christi, manifesta illam antequam aliqua patiaris tormenta. Nusquam enim postea gens Judaeorum regnabit, sed illi qui crucifixum adorant, quia ipse est Christus filius dei. Cui ego dixi: Pater mi, si vere patres mei [illegible] ipsum et patibulo affixerunt. Cui pater respondit: Novit dominus quod nunquam in consilio eorum consensi, sed eis sepius contradixi; quia vero ipse vitia phariseorum corripiebat, ipsum crucifigi fecerunt. Ipse vero tertia die resurrexit et celos videntibus discipulis penetravit; in quem et Stephanus frater tuus credidit, quem iudeorum vesania lapidavit. Vide ergo, fili, ne ipsum vel discipulos eius audeas unquam blasphemare.

Dixerunt ergo iudei ad Iudam: Nos talia nunquam audivimus; verumtamen si regina de hoc quesierit, vide ne sibi aliquatenus confitearis. Cum ergo illi ante reginam stetissent et illa eos interrogasset de loco ubi dominus crucifixus erat, et ipsi locum nullatenus indicare vellent, iussit eos omnes igne cremari. At illi timentes tradiderunt Iudam dicentes: Hic, domina, filius iusti et prophete optime novit legem et tibi quecumque volueris indicabit. Tunc illa omnibus dimissis tenuit solum Iudam. Cui dixit regina: Mors et vita tibi sunt proposita, quod malueris elige. Ostende ergo mihi locum qui calvarie dicitur ubi dominus fuit crucifixus, ut crucem eius invenire possim. Dixit Iudas: Quomodo locum scire possum cum CC iam anni et amplius fluxerint et nequaquam illo tempore natus fui? Per crucifixum fame te perimam nisi mihi dixeris veritatem. Ipsum igitur in puteum siccum iussit proici et ibidem molestia famis cruciari. Cum igitur ibi septem diebus sine cibo mansisset, septima extrahi petiit et crucem se indicare promittit. Cum ergo extractus ad locum venisset et ibidem orasset, locus subito commovetur et fumus aromatum mire odoris sentitur, ita ut admirans Iudas ambabus manibus plauderet et diceret: In veritate tu es Christus filius dei salvator mundi. Erat autem in illo loco, sicut in hystoria ecclesiastica legitur, templum Veneris quod Adrianus imperator ibidem construxerat, ut si quis christianorum in illo loco adoraret, et ob hoc infrequens dubium et pene oblivioni datus fuerat locus. Regina autem fecit funditus templum destrui et locum arari. Post hec Iudas precingens se viriliter fodere cepit et XX passus fodiens tres cruces absconditas reperit, quas ad reginam protinus apportavit. Cum autem crucem Christi medio civitatis posuerunt [illegible] dei expectantes, et circa horam nonam quidam iuvenis mortuus deferebatur. Iudas feretrum tenuit, primam et secundam crucem super mortuum posuit, sed nequaquam ille surrexit. Apponens autem tertiam, protinus defunctus rediit ad vitam. In hystoria legitur quod quedam femina primaria civitatis semimortua iacebat; Macharius episcopus Ierosolimitanus primam et secundam crucem adhibuit sed nil profecit; tertiam vero apposuit et protinus mulier apertis oculis sanata surrexit. Ambrosius vero dicit quod distinxit inter ipsas crucem domini pre aliis per titulum quem supposuerat Pylatus, quem titulum ibidem invenit et legit. Dyabolus autem in aere vociferabat dicens: O Iuda, quid est quod fecisti? Iudas meus contraria operatus est. Nam ille me suadente fecit proditorem, et tu me renuente invenisti crucem Iesu. Per illum multorum lucratus sum animas, per te videor perdere iam quas lucratus sum. Per illum regnabam in populo, per te iam expellor a regno. Verumtamen tibi iam vicem rependam et contra te regem alium suscitabo, qui fidem deserens crucifixi ad tormenta te faciet negare crucifixum. Quod quidem de Iuliano apostata dictum videtur, cum quidem episcopum Ierosolimis factum tormentis afficeret. Audiens Iudas vociferantem dyabolum nil timuit, sed constanter dyabolo maledixit: Dominus Christus te damnet et in abyssum ignis eterni submergat. Post hec Iudas baptisatur, Quiriacus appellatur et Ierosolimorum defuncto episcopo ibidem in episcopum ordinatur. Videns autem beata Helena clavos domini non habere, rogat episcopum Quiriacum ut ad locum pergeret et clavos domini perquireret. Qui cum venisset et ad dominum preces fudisset, continuo clavi velut aurum fulgentes apparuerunt. Quos ille accipiens regine detulit. Illa autem genua flectens in terram et caput inclinans eos cum multa reverentia adoravit. Crucis ergo partem Helena detulit filio, partem vero thecis argenteis conditam reliquit in illo loco. Clavos vero quibus dominicum corpus fuerat affixum portavit, ex quibus, ut Eusebius Cesariensis refert, frenos quibus uteretur ad bellum composuit et ex aliis galeam suam armavit. Nonnulli vero asserunt, ut Gregorius Turonensis, clavos quatuor fuisse in dominico corpore, ex quibus Helena duos in frenis imperatoris posuit, tertium in ymagine Constantini que Rome supereminet urbi superlocavit, et quartum in mare Adriaticum, quod usque tunc periculosa erat navigantium vorago, proiecit. Precipiens [illegible] [illegible] alios diu et invenit et [illegible] fecit, unde precepit fieri et de altero diadema imposuit, ut ille clavus in capite corona [illegible] et in manu habena, ut sensus [illegible] dicit: plurimas civitates regnaret. Quiriacum autem episcopum Iulianus apostata postmodum interfecit eo quod sanctam crucem invenerat, quam ubique signo crucis destruere nitebatur. Cum enim contra persas pergeret, cepit Quiriacum invocare ad sacrificia ydolorum. Quod cum ille renueret, dexteram sibi abscidit dicens: Hec manus quia multas epistolas scripsit quibus multos a deorum sacrificiis revocavit. Cui dixit Quiriacus: Multum michi, canis insensate, profuisti, quia prius quam in Christum crederem, sepius ad synagogas scribebam Iudeorum epistolas ut nullus in Christum crederet, // et ecce nunc scandalum mei corporis abstulisti. Tunc Iulianus plumbum fecit liquari et in os eius infundi, deinde lectum ferreum afferri et in eo Quiriacum extendi et subter carbones sale et picem aspergi. Sed cum Quiriacus immobilis permaneret, dixit ei Iulianus: Si non vis sacrificare diis, saltem dic te Christianum non esse. Quod cum ille detestans renuisset, iussit magnam foveam fieri et serpentes venenosos ibidem poni et ibidem Quiriacum iactari; sed serpentes continue mortui sunt. Iussit ergo Iulianus in caldarium oleo ferventissimo plenum Quiriacum iactari. Cumque se signans sponte intrare vellet, rogans eum ut iterum eum in lavacro martyrii baptizaret, iratus Iulianus iussit pectus eius gladio perforari et sic in domino consummari promeruit. Quanta autem virtus sit signi crucis in illo fideli notario patet, quem quidam magus decepit et ad quendam locum in quo demones convocaverat adduxit, promittens quod multis diviciis abundaret. Et ecce vidit quendam magnum Ethiopem super excelsum thronum sedentem et in circuitu eius alios Ethiopes cum lanceis circa eum astantes. Tunc ille magnus predictum interrogavit dicens: Quis est iste puer? Cui ille: Domine, servus vester. Cui demon: Si vis me adorare et servus meus esse et Christum tuum negare, faciam te sedere in dextera mea. Ille autem signum sancte crucis mox edidit, omnis illa multitudo demonum evanuit. Post hec cum quadam vice templum sancte Sophie predictus notarius cum domino suo intrasset et ante salvatoris imaginem ambo starent, vidit dominus suus quod predicta imago super notarium suum fixos haberet oculos et ipsum attente respiceret. Quod videns predictus dominus et ad iuvenem [illegible] ad dexteram stare fecit, [illegible] quod imago in illum oculos converteret et super notarium fixos haberet. Tunc fecit ipsum ire ad partem sinistram, et ecce tunc imago oculos vertit et ad notarium ut prius respicere cepit. Cui dominus adiuravit eum ut sibi diceret quid apud deum meruisset, propter quod sic eum imago respiceret. Dixit se nullius conscium esse nisi quod eum coram dyabolo negare noluisset.

De sancto Floriano

In diebus illis sub Dyocleciano et Maximiano imperatoribus facta est persecucio christianorum, qui diversis agonibus concertantes a tyrannis alia supplicia et magna ipsis allata devota mente suscipiebant. Alii quidem in montibus se abscondebant, alii quidem in cavernis petrarum, et sic a malis perniciis de vita sua liberabantur. Alii stantes et fideles per pacienciam suos adeptos coronabant, sic et ad vitam ducit eternam. Alii impiissimi iudices missi ab imperatoribus instabant insanientes; Christi vero athlete e contrario laborabant et superabant eorum insanias; venerabilis enim fides vincebat. Quo cum venisset sacrilegorum principum precepta apud Noricum ripensem administrante Aquilino, post persecucionem preses adveniens presens ad castrum Lauriacense cepit vehementer inquirere christianos, et comprehensi sunt quidam sanctorum numero XL, qui diutissime torti et multis suppliciis cruciati missi sunt in carcerem. Eorum vero beatus Florianus princeps officii in confessione fuit. Dum qui audiret causam civitatis audiens hec fieri apud Lauriacum, dixit ad suos: Oportet me Lauriacum ambulare et a preside ibidem pro Christi nomine diversa supplicia sustinere. Et valedicens suis iter arripuit. Cum autem venisset non longe a Lauriaco, ingressus est pontem quo flumen transire solet, et obvios habuit eos cum quibus militaverat, qui missi erant a preside ad perquirendos christianos. Et cum eos interrogaret quo pergerent, dixerunt ad ipsum: Et non audisti precepta imperatorum que venerunt ad presidem, quia iubent omnes libamina exhibere, qui autem noluerint diversis suppliciis interire? Hec autem audiens beatus Florianus dixit: Fratres et commilitones mei, quid alios queritis? Nam et ego christianus sum et hic assum. Illi autem statim eum comprehensum duxerunt ad presidem dicentes: Cumque alios querimus, iste princeps

ei praeses Floriane et quod isti dixerunt [illegible]
sacrifica diis sicut et ego et commilitones tui ut
vivas pariter nobiscum et non ad contemptionem
perveniant tibi praecepta imperatorum. Florianus
respondit hoc ego non faciam. quod autem fit tu propter
quod cecidere [illegible] praefectus commotus ira dixit ei
iussit praecepit ut invitum sacrificaret. Tunc beatus
Florianus elevavit vocem suam et dixit: Domine
Deus meus in te speravi et te denegare non
possum sed tibi militavi et offero tibi sacrificium
laudis. Praeparat me doctrina tua qui nomine
tuo benedictus es in saecula. Da mihi tolleran-
di virtute et suscipe me inter sanctos et electos
tuos qui prius et ante me confessi sunt nomen
sanctum tuum et indue me Domine stolam candidam
tuae virtutis et in spiritu sancto tuo confirma me et ne
permittas conculcare a diabolo sed esto mihi dux
in via iustitiae et virtute tua ut te laudem
et tibi hymnum dicam. Qui es benedictus in saecula
saeculorum. Aquilinus autem praefectus haec audiens
irrisit eum dicens: Et quid sic insipienter lo-
queris et vides praecepta regum sacrifica fili
diis. Beatus Florianus respondit: Dum humanam
militiam gerebam actu Deum meum occulte co-
lebam unde me diabolus non potuit in exercitio
occupare corporis. Quia mei potestatem habes animam
autem meam non potes tangere. Solus autem Deus
in hac praevalet. Iussioni autem tuae parere quidem
decet militem. Hoc autem nemo mihi suadebat
ut daemonibus sacrificem. Sic enim illa fortis-
sima adoro. Praefectus ergo in furore conversus
iussit eum fustibus caedi. Beatus Florianus dixit:
tantum irascere et fac quod potes. Ergo corporis
potestatem iam concessam habes quia ego non ac-
quiescam tibi. Si vis fac tormenta tua non ti-
meo. Ignem accende et in nomine Domini mei
ascendam in eum. Milites autem coeperunt eum cae-
dere et dixit ei praeses: Sacrifica diis Flori-
ane et libera te de tormentis. Qui respondit:
Ego sacrifico Domino meo Iesu Christo qui me
dignatus est usque in hanc horam perducere in con-
fusione hac in qua sum modo. Haec sancto Flo-
riano dicente praeses iussit eum iterum caedi.
Eo autem caedente ita hilari vultu sublevabat
se sic in gaudio magno esset constitutus. Tunc
iussit acutis ferris scapulas illius frangi.
Ipse autem amplius glorificabat Deum et semper
se clamando ~~fore~~ confitebat. Tunc iniquus praeses
videns se superatum iussit eum duci ad flu-
vium Anesum et ibi praecipitari de ponte
sexto nonas maii. Beatus autem Florianus gau-

dens autem ipse [illegible] co-
ram diis ubi erat iussit eum praeses alligari ad col-
lum eius lapidem. Fugarunt autem eos qui eum
tenebant et qui dixerat ut praecipitarent eum
Dominum rogare et stans contra orientem beatus Flo-
rianus extendens manus suas in caelum oravit quasi
horae spatio ut reverterentur et timuerunt non ve-
nire eum tangere qui duxerant eum. Tunc ad-
veniens quidam plenus rabie dixit ad eos: Quid
statis et non facitis iussa praesidis. Et haec dicens
praecipitavit eum de ponte in flumen Anesum. Ipse
nefandus et statim oculi eius crepuerunt videntibus
cunctis circumstantibus. Tunc flumen suscipiens martyrem
Christi expavit et elevatum undis suis in quodam
loco eminentiori in saxo corpus eius deposuit.
Tunc annuente favore divino adveniens aquila
expansis alis in modum crucis eum protegebat.
Post haec beatus Florianus manifestavit se cuidam feminae
devotae mente devotae quae eum conderet secretiori
loco certis indiciis designans ~~loco~~ locum ubi
eum inveniret sepulturae ubi eum sepulturae traderet.
Mulier autem ex hac visione compuncta iungens ancil-
lis suis ad flumen properavit et corpus requirens
invenit. Ipsa timore autem gentilium in virgultis
et frondibus eum involvit quasi simulans ad se
occultandum duceret. Perducebat autem eum
ad locum ubi revelaverat. Euntibus autem tunc per
viam sitim ~~ut las~~ et ut lassarent animalia prae
nimio calore solis et siccitate ita quod non pos-
sent ambulare neque procedere amplius. Tunc
beata oravit ad Dominum ut ei divina
clementia subveniret et statim in illo loco fons flu-
entissimus erupit qui usque ad hodiernum diem manet
ta sunt usque hodie perseverat in quo animalia sana-
ta sunt. Venit itaque ad locum ubi eis beatus Flo-
rianus designaverat et amplius se movere non poterant.
Et ibi eum mulier ipsa timens amarissimam
persecutorum feritatem et sub terra ad festinationem
deposuit. In quo loco fiunt sanitates magnae
per eum quae datae sunt illi a Deo. Daemoniaci autem
ibi liberantur, febricitantes sanantur et omnes in-
firmi fide integra qui conveniunt sanitatem consequuntur.
Illi autem XL confessores quos supra memoravimus
dum haec agerent in carcere obierunt. Acta
autem haec sunt apud civitatem ripensium vel re-
pensium in Lauriaco imperantibus Diocletiano
et Maximiano regnante vero Domino Iesu Christo
cui est honor et potestas in saecula.

Iohannes autem apostolus et evangelista
dum esset praedicator a proconsule ca-
pitur et ut diis immolaret invitatum

[illegible] sacrilegus et deorum contemptor vocatur et crucifixi cultor nominatur. Iussuque Domiciani Romam deducitur et deducto eius capilli a capite pro confusione preciduntur ac ante portam urbis que latina dicitur in dolium ferventis olei igne desuper ardente mitti iubetur. Nullum tamen ibi dolorem sensit sed penitus illesus exivit. In illo ergo loco a christianis ecclesia fabricatur et dies ille tamquam dies sui martirii solempnizatur. Cumque nec sic a predicatione Christi cessaret iussu Domiciani in Pathmos insulam relegatur. Sciendum autem quod imperatores Romani apostolos persequebantur non quia Christum predicabant quia ipsi nullum deum respuebant sed quia Christum sine senatus auctoritate deificatum agebant quod ipsi omnino fieri prohibuerant. Unde legitur in ecclesiastica historia quod cum Pylatus quadam vice ad Thiberium de Christo epistolas misisset et ipse Thiberius eius fidem a Romanis recipi assentiret senatus omnino respuit eo quod non sua auctoritate deus vocatus fuit. Alia causa est que legitur in quadam cronica eo quod cum deorum cultum quibus Romani serviebant [illegible] Alia tamen est eo quod mundi despectum predicabat et Romani avari et ambitiosi erant Christus eis fieri licet non permisit ne licet tirannice potentie assiderent. Alia tamen est eo quod [illegible] virginem [illegible] imperatores apostolos et Christum persequebantur quia videbatur eis nimis superbus et invidus eo quod nolle habere dignaretur. Alia tamen est quam Orosius refert quia senatus indigne tulit quod Pylatus ad Thiberium et non senatum de Christi miraculis litteras destinavit et ideo eius consecrationem inter deos fieri noluit. Unde iratus Thiberius multos de senatoribus occidit et quosdam exilio dampnavit. Mater autem ipsius Iohannis audiens Rome filium detineri materna compassione mota Romam ad ipsum visitandum accessit. Sed cum venisset et in exilium ipsum relegatum audivisset inde rediens in Campanie civitatem Vetulanam migravit ad Christum cuius corpus in quodam specu multo tempore latitavit. Sed postmodum a filio suo Iacobo revelatum fuit quod quidem multo odore redolens et miraculis multis refulgens ad predictam civitatem cum multo honore translatum est.

l

etanie bis in anno fiunt scilicet in festo sancti Marci que dicitur letania maior et tribus diebus ante

[illegible] que dicitur letania [illegible] letania supplicatio interpretatur. [illegible] ergo letania tribus vocabulis [illegible] dicitur letania maior secunda processio septiformis tercia dicitur cruces nigre. Dicitur ergo letania maior quantum ad tres causas scilicet ratione illius a quo instituta est scilicet Gregorius magnus papa, urbis Rome que domina et caput mundi dicitur ex eo quod ibi est corpus principis apostolorum et apostolica sedes, ratione cause pro qua instituta est scilicet pro magno et gravissimo morbo. Romani enim cum in quadragesima continenter vixissent et in pascha corpus domini recepissent postmodum commessacionibus luxurie et ludis frena laxaverunt. Ideo ergo deus provocatus pestem maximam in eos misit que inguinaria vocatur ab apostemate seu inflatura in inguinibus. Seva autem illa pestis fuit ut homines in via in mensa in ludis in colloquiis subito morerentur. Ita quod aliquis sternutabat ut dicitur sepe cum ipsa sternutatione spiritum exhalabat. Ideo cum aliquem aliquis sternutantem audiebat statim occurrens deus te adiuvet acclamabat. Et abinde ut dicitur hec consuetudo adhuc obtinuit ut cum aliquem sternutantem audimus deus te adiuvet acclamamus. Porro fertur ut cum aliquis oscitabat frequenter continuo spiritum exhalabat. Unde cum aliquem sentiret oscitare contingat statim signo crucis se et os sibi apponere festinabat. Et hec consuetudo usque modo servatur. Hec autem pestis quanta fuerit invenitur in vita sancti Gregorii. Secundo dicitur processio septiformis eo quod beatus Gregorius processiones faciebat per septem ordines ordinabat. Primus in primo ordine erat omnis clerus in secundo ordine monachi in tercio moniales in quarto omnes infantes in quinto omnes laici in sexto omnes vidue in septimo omnes coniugate. Sed quia modo non possumus in numero personarum simpliciter suppleamus in numero letaniarum et septies debemus dicere antequam insignia deponantur. Tercio dicitur cruces nigre quia in signum mayoris et tante stragis clerici et in signum penitentie nigris vestibus induebantur et forte propter eandem causam cruces nigre et altaria saccis cilicinis velabantur. Homines fideles vestes debent assumere consimiles.

a

lia autem dicitur letania minor que fit tribus diebus an

Viennensis in tempore Leonis imperatoris qui coepit anno domini CCCCLVIII ante institutionem Gregorii primo instituit, unde dicitur letania minor et rogationes et processiones. Dicitur autem letania minor ad differentiam prioris, quia scilicet instituta est a minori episcopo, in minori loco, pro minori morbo. Causa autem institutionis fuit haec. Tunc enim apud Viennam frequentes et magni terrae motus fiebant, quibus domos et ecclesias plurimas subruebant, nocturni sonitus et clamores saepe audiebantur. Tunc etiam quoddam terribile accidit, quia in die paschae de caelo ignis cecidit et regale palatium concremavit. Aliud etiam mirabilius fiebat: sicut enim daemones porcos intraverunt, sic in permissione divina propter peccata hominum lupos et alias feras intrabant et timentes non solum per vias sed etiam per civitates publice discurrebant et passim pueros et senes vorabant et feminas devorabant. Cum igitur tam dolorosi casus quotidie fierent, praedictus episcopus triduanum ieiunium indixit, letanias instituit et sic praedicta tribulatio quievit. Deinde statutum est ab ecclesia et confirmatum ut haec letania semper observetur. Dicitur etiam rogationes, quia tunc omnium sanctorum suffragia imploramus. Et merito talis observantia his diebus confirmata est, et rogationibus sanctorum et ieiuniis his diebus insistendum est multiplici ratione. Primo ut deus bella pacificet, quae in vere frequentius incitari solent. Secundo ut tenellos adhuc fructus conservando multiplicet. Tertio ut motus carnales qui hoc tempore magis fervent in se quisque mortificet; in vere enim magis sanguis fervet et illiciti magis motus pullulant. Quarto ut ad suscipiendum spiritum sanctum se magis quisque habilitet, nam per ieiunium magis quis habilitatur et per rogationes dignior redditur. Duas alias rationes assignat magister Guilhelmus Altissiodorensis. Prima ut scilicet Christo ascendente et dicente: petite et accipietis, confidentius petat ecclesia. Secunda quia ecclesia ieiunat et orat ut pare[illegible] de carne per ipsius carnis macerationem et acquirat sibi alas per orationem, quia oratio est ala animae qua volat in

[illegible] volat super pennas ventorum [illegible] que melius [illegible] in caelum et pennis paratis bene non potest sicut [illegible] in sermone. Dicitur etiam processio, quia tunc ecclesia generalem facit processionem. In hac autem processione crux defertur, campanae pulsantur, vexillum portatur, draco quidam cum ingenti cauda in quibusdam ecclesiis portatur et omnium singulariter sanctorum patrocinia implorantur. Ideo autem ibidem crux portatur et campanae pulsantur ut daemones territi fugiant. Nam sicut in suo exercitu rex habet insignia regalia, scilicet tubas et vexilla, sic rex Christus aeternus in ecclesia sua militante habet campanas pro tubis et cruces pro vexillis. Et sicut aliquis tyrannus valde timeret quando alicuius regis potentis et sui inimici tubas in sua terra audiret et vexilla eius videret, sic daemones qui sunt in isto aere caliginoso vehementer timent quando Christi tubas, scilicet campanas, pulsari sentiunt et vexilla, id est cruces, aspiciunt. Et haec causa esse dicitur quare ecclesia consuevit campanas pulsare quando tempestates concitari videt, ut scilicet daemones qui hoc faciunt tubas aeterni regis audiant et territi a tempestatum concitatione desistant, licet et alia causa sit, quia campanae tunc fideles ammonent et provocant ut pro instanti periculo orationi ~~insistit~~ insistant. Est etiam vexillum aeterni regis ipsa crux, secundum illud: Vexilla regis prodeunt. Quod quidem vexillum daemones valde timent, secundum quod dicit Chrysostomus: ubicumque enim daemones viderint signum dominicum fugiunt timentes baculum quo acceperunt plagam. Et haec est ratio quare in quibusdam ecclesiis tempore tempestatis crux de ecclesia extollitur et tempestati opponitur, ut scilicet daemones vexillum summi regis videntes territi fugiant. Ideo igitur crux in processione portatur et campanae pulsantur ut daemones in ipso aere existentes territi fugiant et a nostra infestatione desistant. Vexillum autem ibidem defertur propter repraesentandam victoriam resurrectionis et ascensionis Christi, quia cum magna praeda ascendit caelos. Unde vexillum per aera incedens est Christus in caelum ascendens. Et sicut vexillum quod in processione defertur multitudo fidelium sequitur, sic Christum ascendentem magna sanctorum collectio comitatur. Cantus qui ibi fiunt significant cantus et laudes angelorum [illegible] pont omnes [illegible] et [illegible] gratia [illegible] concurrere quam quidam magna cauda et longa et inflata plena sed parva ut aliquot illi duobus diebus ante diem defertur, per quod significatur quod in primo die ante legem, et in secundo sub lege diabolus in mundo regnavit. In tertio autem die gratie per passionem Christi de suo regno expulsus est. In ipsa processione omnium sanctorum suorum suffragia proxima imploramus. Quare autem tot sanctos rogamus plures cause sunt, superius assignate sunt, autem alie cause generales. Prima quia deus ordinavit ut sanctos adoremus, scilicet propter nostram inopiam, sanctorum gloriam et dei reverentiam. Potest enim quandoque supplicantium sancti vota nescire, licet in primo eterno speculo intelligunt quantum vel illis petitur ad gaudium vel nobis ad auxilium competat. Causa prima est propter nostram inopiam quamcumque vel in merendo et quia nostra non suppetunt merita procurentur aliena. Vel propter inopiam quamcumque in contemplando ut qui non possumus summam lucem aspicere in se saltem in sanctis aspicere valeamus. Vel propter inopiam quamcumque in amando, quia plerumque imperfectus homo magis sentit se afficere in uno sancto quam in ipso deo. Secunda causa est propter sanctorum gloriam. Vult enim deus ut sanctos invocemus ut per eorum suffragia quod petimus impetremus ipsos glorificemus et collaudemus. Tertia est propter dei reverentiam ut peccator qui deum offendit quasi non audeat ipsum in propria persona adire sed amicorum postulat patrocinium.

In hiis autem letaniis est iterum ille angelicus cantus frequentandus: Sancte deus, sancte fortis, sancte et immortalis, miserere nobis. Refert enim Johannes Damascenus in libro tertio quod cum apud Constantinopolim propter quandam tribulationem letanie fierent, quidam puer de medio populi in celum raptus est et istum canticum ibidem est edoctus. Deinde ad populum rediens illum angelicum cantum in medio populi decantavit et mox omnis tribulatio cessavit. In Calcedonensi concilio postmodum fuit istud canticum approbatum, nos autem scimus ita et a demonibus evadatur et concluditur ita tamen: Sancte deus, sancte fortis, sancte et immortalis, miserere nobis. Huius igitur cantici laus et auctoritas ex quatuor colligitur, quoniam primo quia ab angelis edocetur, secundo ex eo quia ad eius prolationem tribulatio c[illegible] [illegible] quarto ex eo quod demones illud timent.

Sanctus autem Stanislaus ut annales principum Polonie et gestorum sequentes hystorie nacionis Polonorum exprimunt, Cracoviensis presul fuit oriundus, de cuius progenitoribus vel eorum nominibus in hoc opere non fit mencio eo quod antiquitas temporis negligencie intermixta ingratitudinis genus deletur oblivioni. Fuerunt autem superstites quidam de Rabba et Sczepanow milites genere nobiles qui dicuntur fore beati Stanislai et antecessores eius [illegible] ultimi successores. In Sczepanow et in villa prefata adhuc cernuntur monticuli et apparentia fundamenta, ubi domus beati Stanislai stetit quondam edificata, ibidem etiam ecclesia fuit lignea quam ipse in honorem beate Marie Magdalene fabricavit et manu propria consecravit, que iam ante paucos dies pre vetustate corruit, nos quoque eandem etiam vidimus et in ea plures diu ipso predicavimus incolis terre adiacentibus hec testantibus. Sed ad vite eius narracionem transeamus.

Stanislaus ut plurimi sanctorum secundum dignitatem honestis parentibus progenitus est, et quod presagio sui nominis extitit vir nobilis et preclarus. Hoc et enim vocabulum Stanislaus in sacro baptismate sibi collatum dicitur et latino verbo ethimologisatum e polonico Stanislaus sine stadio laudis vel etiam instans laudi potest dici et congrue interpretatur. Extitit enim vir dei Stanislaus in laude dei perpensus, et laus dei stetit in corde ipsius quia ex toto corde suo clamavit ad dominum et diligebat eum quia fecit eum, etiam instituit laudi [illegible] cum apostolo domino semper psallebat. Stetit et laus dei in ore ipsius quia dicere potuit cum propheta: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Prestitit nichilominus laus dei in opere ipsius quia usque ad mortem pro iusticia agonisare non timuit et stolam glorie in consecracione virtutis promeruit. Dignus autem beatus Stanislaus digne laudis eum redolet in terra sancte tu laus nunquam deficiet de ore hominum hic primum [illegible] catholicis benedictionibus preventus dulcedinis animam adeo sortitus bonam quod in oculis domini invenit gratiam accepit quam maximam et benedictionem in domo gentile et naturalibus quibus optime abinicio fuisse dinoscitur instructus fuit et enim elegantis nature complexionibus in multa vere religionis educatus deo devotus mente pudicus corpore castus cultu verecundus moribus ornatus ingenio acutus sermone disertus et ad omne bonum habilis et promptus sicut enim cera liquida sigillo impressa ymaginem recipit et format sic puer docilis quecumque bona que audire potuit et videre memorie commendabat proinde parentes eius videntes puerum bone pariter animo studioso decreverunt eum scolasticis disciplinis erudiendum. Traditus autem liberalibus studiis cepit puer bone indolis non segniter agere pueriles ludos devitare iuvenilem lasciviam fugere studio continuo commendatus fuerat intendere lectioni vacare et exercitaciones studii ad quendam scientiam totis viribus anhelare. Hec autem non faciebat sagax puerulus ut proficeret et magis ac magis proficiens seipso melior fieret et ad sanctam vitam perveniret nec est fraudatus a desiderio suo divine gracie adiutus muneribus nam quod ei etas puerilis denegabat hoc in eo gratia omnipotentis supplebat. Puerilibus autem rudimentis sufficienter fundatus ad ea que erant iuvenis adultus dignissime ferebatur ad locum ubi generale florebat studium convenisse et in facultate liberalium artium tempus non modicum peregisse. Inde quoque Canonicis ac divinis paratur studuisse circa in eadem Polonie Cronica vir [illegible] et in divinis rebus illuminatus fuisse. [illegible] Cuius famam sedulo Lampertus Cracoviensis episcopus et odore bone opinionis illectus delectatus de studio ad honorem accersitum fecit eum in ecclesia Cracoviensi fratrem et canonicum esse statim inter suos canonicos

unum inclitum non solum secularis pariter honorabilem virum et ecclesiastica [illegible] reddebat sed etiam vite sanctitas ac dignificabat hic clericali honoris privilegio magis ac magis divino se offerebat famulorum obsequiis quippe qui erat optime imbutus ecclesiastico officio. Denique Lamperto Cracoviensi episcopo per mortem de medio sublato sancta canonice et concorditer in episcopum Cracoviensem eligitur et in sede pontificalis dignitatis sublimatur. Certe divina providencia qui lucernam posuit super candelabrum et qui vas aureum solidum decoravit eum precioso lapide virtutum. Suscepto itaque iure pastoralis ministerio super gregem Christi custodiam posuit [illegible] Sancta pervigil excubebat et sibi commissam ecclesiam gubernabat in culmine pontificali positus cum esset omnium prelatus tamen propter Christum omnibus erat subiectus. Superbiam enim nunquam in corde suo dominari permisit que luciferum ~~celum~~ de celo deiecit et dyabolum fecit de angelo. Primum vero honorem de patribus populi. Erat enim in correctione severus et in vigore iusticie rectus culpas cum delinquencium cuiuscumque dignitatis esset ut auctoritatis non dissimulabat sed secundum tempus et personam optime arguebat. Specialiter illo regem Boleslaum qui Polonie imperabat et cuius vita enormis erat ut se corrigeret frequenter privatim et sollicitudine tanquam prodigum filium ad penitenciam revocabat et quia incorrigibilis erat letiferas minacias et persecuciones propter iusticiam sub eo sustinebat unde et colloquium ipsius et gubernacionem eius propter iniquas leges pauperum oppressiones quas videbat ne tacitus qui consentire videtur vir sanctus vitabat abhominabilem quoque [illegible] gemens peccata et rapine et [illegible] hominum depasceret quod ipse et complices eius dicebat inter [illegible] propter hec quoque et huius ecclesia conspectibus eorum et tractatibus sese substrahebat sed in ecclesia sua frequens residebat officium divinum in unitate alacriter conplebat et sacrosancta Christi mysteria devote et frequenter ministrabat orationi lectioni et contemplationi prout poterat libentissime vacabat et pro sibi commissis deum continuis orabat parochias suas visitabat que in eis corrigenda erant corrigere curabat [illegible] violabat corruptoribus [illegible] intendebat que de fontibus salvatoris hauriri poterat per verbum predicacionis et exhortacionis subditis abundanter effundebat. Quos clericali gaudebat privilegio et ecclesiastico utebantur officio astringebat eos ut in eis decor honestatis, pudor castitatis et bone conversacionis redoleret opinio. Criminosos vero premissa amonicione et filialis non sequentes correccionem eos et beneficiis spoliabat ac de suo cetu expellebat. Quia vero decorem domus dei super omnia diligebat, per suam diocesim, ubi oculus sue sollicitudinis attingere non poterat, Archidiaconos, diaconos, presbiteros, duces ipsos dei preponebat ut errata corrigerent et ad viam veritatis reducerent. Beatus quoque beata. Nam erat vir iustus et reverens, hinc peccatores ad penitenciam redeuntes summa una complectebatur et confessiones ipsorum sepius per semetipsum audiebat. In causis matrimonialibus discernendis industrius, et causam quam nesciebat diligenter investigabat. Ad clamorem pauperum aures non obturabat. Oppressos quibus non erat auxilium de manu violentorum eruebat. Viduas, pupillos et orphanos suis elemosinis sustentabat; super afflictos pietatis visceribus affluebat. Mensa eius splendida erat et communis maxime hospitibus spiritualibus viris. Longas confessiones ad mensam non in usu habebat; potaciones nocturnales, cum esset vir sobrius, quasi virus veneni potius abhorrebat. Hac enim inolevit error gentilis et abusio prave consuetudinis, ut in conviviis Slavorum adhuc cantilene gentilium, plausus manuum, mos quoque salutacionum fiant usque in diem hodiernum. Absit autem ut hec corruptela eum haberet pontificem, et matutinis Christi mensa quam ingressus in desideriis et concupiscenciis tenuit. Laicus cure peculiaris familiaritate et domestica cautela sanctus vir sub omni castitate servabat et honestate curiales viros et beneficiatos exemplo suo sibi provocati ... penitus erant honerosi. Ipse enim erat qui vitiis iusticiarius suavitate odoris et vite sui prelati tes perficiebat studium honoris et honestatis. Decimas suas vel vendi vel colligi faci-

[illegible] sine precio pauperi [illegible] lesione cum suis ... a prelatis suis venditur equum vilem mensuram et modium quam faciebat pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abhominabile apud deum, non sectabatur avariciam que est ydolorum servitus. Vir deo dediti sciens quod auro nihil est scelestius, ut qui dives sit ablucione indiget et avariciam suam venalem habet. Certe quam vir beatus Stanislaus ordinate dies suos ad bonum finem induxit, qui sibi sobrie, proximo socialiter, deo humiliter studuit vivere. Hic in statu suo adherens deo vixit in mundo ut non deciperetur a mundo; licet multis curis ligatus corpore teneretur in seculo, tamen mente conversabatur in celo. Sit et procellis periculis anchoram vite sue firmam tenuit, quod de naufragiis huius mundi evasit, quia pro Christo civitatem suam posuit navicellam suam celestibus divitiis plenam ad portum salutis perduxit et in eterno quietis litore collocavit.

Cum enim tempore Stanislaus presul Cracoviensis episcopus volens ecclesie ampliare redditus quandam villam super ripam Wisle positam, dictam Piotrawin, a Petro comite denominatam, tradita summa pecunie appensa argenti publico pondere emit eam ab eodem milite, quam super vivente possedit eam episcopus multis annis quieto iure. Eodem Petro viam universe carnis ingresso et in tumulo huius ville sepulto, fratres eius et amici propinquiores legitimi successores talem defuncti receperunt episcopum impetere et de restituenda hereditate, ad quam Boleslaus Rex sinistra voluntate eum convertebat, quia eum vir sanctus de suis sceleribus arguebat. Sed non diu viri cordis contra eum effrenat. Fratres itaque et cognati defuncti expectato biennio et amplius, quousque ira Regis magis excandesceret, et studiis captato opportuno tempore, premissa amonicione episcopo quod volenti de suo iure recedere, Rege suadente compulsi sunt episcopum ad presenciam Regis citare, et principum eius consultu plura coram rege sistatur querimoniam deposuerunt. Partes hinc auditis causa litis discutitur, iudicium ventilatur, et ut litigacionem penitus cessaret, controversia in hoc Regis et iudicum resedit sententia, quod episcopus a iure possessionis cederet, nisi aut eum qui ei vendidit statueret, aut instrumentum vendicionis exhiberet, aut ydoneos et omni accepcione dignos eam sua presul Stanislaus [illegible] testes vocat in publicum. Quibus [illegible] datum est episcopus in materia ut in Pyotrowin in generali compareat in statuto colloquio cum testibus idoneis. Appropinquat terminus quo testes erant producturi episcopus ~~vero~~ at illi timore tyranni constricti nec in tuto tempore nec testimonium ausi sunt reddere veritati. Videns famulus Dei Stanislaus quod humanum sibi deficit auxilium nec poterit veritatem producere ad divinum tamquam turrim fortissimam confugit auxilium et venit tandem ~~ad diem et fecit~~ ad colloquium et stetit in medio presidio et hec regi verba proposuit in consilio: O inquit dignitas regia et principum Polonie quoniam equitas cause quo testes non inveniuntur equitas sed veritas date mihi trium dierum inducias ut ponam eum coram vobis qui vendidit et testetur cuius est hec hereditas. Quibusdam stupenda aliis admiranda, multis vero que deliramenta visa sunt pontificis verba. Consilium tunc affuit omne ut usque ad diem tertium sibi darentur inducie. Quibus sanctus pontifex electis fide Christi confortatus hiis qui aderant viris devotis ac Deum timentibus: Fratres et commilitones vos scitis quod in negocium Dei ~~et~~ et ecclesie quod gerimus patrimonium Christi pro quo tamen Deo a quo iudicium egreditur singulorum nostram causam committimus. Nos vero hiis continuis tribus diebus quibus inducias impetravimus ieiuniis vigiliis et orationibus operam demus et faciem Domini in confessione preveniamus quasi fidem sicut granum sinapis habemus ut aut divinam clemenciam orantes percipiamus, saluatore qui ait Petite et accipietis. Petamus ergo fiducialiter queramus instanter pulsemus perseveranter ut quod petimus fideliter consequamur efficaciter. Tribus diebus ieiunavit et episcopus divina celebrantibus Pyotrowin ecclesiam cum suis intrat. Ibidem quoque rex et principes et ipsi milites ad colloquium confluxerant. Cumque divina complevisset pontifex stans ut erat pontificaliter infulatus egreditur ad hostium ecclesie ubi erat Petrus defunctus tumulatus et fecit terram de tumulo effodi et sepulcrum eius aperiri. Tunc flexis genibus cum lacrimis dixit: Domine miserere mei Deus omnium qui vivorum pariter simul et mortuorum descende causam tuam et deduc ad victoriam iudicium tuum quia diminute sunt veritates a filiis hominum; revoca consumptum ad vitam hunc tuum famulum Petrum ut

suscitatum [illegible] de monumento perhibeat veritatem et confundam ut laudet et glorificet nomen tuum in secula seculorum. Cumque hii qui cum ipso erant sustulissent cuncta pulveres ab oratione pontificali baculo cadaver tetigit et clara voce dixit: In nomine patris et filii et spiritus sancti. Petre surge qui dormis et exurge a mortuis ut magnificetur in te virtus Christi et opera sancte Trinitatis. Surge inquit et sta in medio et ad honorem Dei veritati perhibendo testimonium ut augeatur virtus credencium et obstruatur os hominum loquencium iniqua. Tunc continuo coram omnibus surrexit. Dansque illi manum pontifex de sepulcro eum levavit et ad consilium perduxit. Stans autem sanctus Stanislaus in colloquio dixit coram rege: Ecce inquit o Petrus ille qui mortuus fuerat et ecce coram vobis astat vivus. Cuius viva vox magis vobis debet valere prestando quam testium provocacio vel instrumentorum ostensio. Requirite si ipse est qui mihi villam vendidit et taxatam pro ea argentum recepit. Persona militis satis vobis est nota, sepultura patens, vita sua consulta, resuscitacio eius per virtutem Dei nuper sub oculis vestris celebrata. Pellantur tenebre infidelitatis ab oculis vestris omne nubilum ambiguitatis ne putetis fantasma esse quia spiritus carnem et ossa non habet sicut videtis hunc habere. Rex autem et omnis populi multitudo stupefacti et suspensi novitate ~~miraculi~~ miraculi. Amici quoque eius et propinqui noluerunt eum videntes que sub oculis eorum de ipso contingerunt nec tergiversionis locum ut spem veritatis habebant. Tunc miles Petrus qui mortuus fuerat nunc vero vivus stabat allocutus est amicos suos ut eum recognoscerent. Deinde monuit eos ut penitenciam agerent pro eo quod villam suam et iustam militis laboribus et iniuriis affecissent et nisi desisterent multa eis supplicia in tormentis manerent. Et adiecit: Vos inquit satis scitis que mercedem in meo patrimonio quod vendidi sancto episcopo acceperim iustis [illegible] consumpsit. Ad regem et ad reliquam populi multitudinem: Ecce inquit pater et miles beati viri huius a mortuis sum suscitatus et voluntate Dei missus veni huc ut testimonium

120

[illegible] mea primo commisisse et pecuniam raptam retinuisse et propinquos meos in ea re iniuste gravasse. Testes autem qui affuerunt timentes se soluturos ab hoc testimonio timore minime vel gratia vel odio nisi pecuniam exegerit de commissis satisfaciat se vitaturos que deus contra piratas de consortio. Rex autem et assidui eius comprobata veritate fidei et assertione tanti testimonii de consilio qui sederent episcopo palmam iustitiae et posuerunt eum in plena possessione villae sine parte mota ob conditione qualiter ad praedicta villa a iure ecclesiae sit alienata. Non ipsis instantibus parabola sancti patris dixit ubi Stanislaus ad Petrum militem: Si tibi placet ut vivere adhuc vis ut pro tuo labore per aliquos annos vitae tuae indutias impetrabo. Respondit Petrus: sanctitati tuae pater venerande gratias ago. Magis vero contendo habeo ut in eo me restituas tumulo quia tempore adhuc modico pro meis commissis abiciendis purgatorio et sic laetus ad requiem per dei misericordiam transibo. Probabile est quod iste Petrus de divina dispensatione multorum questionibus potuit satisfacere bona hominibus mala malis secundum quod eorum status exigebat pronuntiaret et ut se corrigerent praemoneret qui beati viri fide et sanctitate suscitatus fuerat pro tuenda veritate. Tunc Stanislaus contra Petri voluntatem cum multitudine secum populi reduxit eum ad locum sepulturae. Deinde videntibus omnibus sepulcrum intravit membra sua composuit per se deinde oravit se terra cooperiri fecit et spiritum deo reddidit. Super cuius exequias sanctus Stanislaus commendationem animae fecit. et sanctum ad ipsum exhortatione data et pontificali benedictione remissus est ad propria cum comitatu suo gratias agens omnipotenti deo. Nec moveat quemquam Petri prolongum quod suscitatus per triennium ad scrutinium veritati testimonium. Nam legitur in gestis de sancto Marciale quod simile miraculum per beatum apostolum Petrum circa sanctum Marcialem discipulum suum. Siquidem cum beatissimus apostolus eundem Marcialem cum Austricleniano destinasset archiepiscopum misit cum eo Marcialem cum ipso verbum dei praedicandum. Cumque itinere dierum xxx^ta a Roma fuissent digressi contigit beatum Martianum infirmari et mori. Cuius sepulturae tradito regressus est Marcialis

[illegible] morte eius [illegible] venit Petro apostolo [illegible] baculum suum iussit ut rediret [illegible] sepultum super corpus sepultum [illegible] diceret Petrus magister tuus praecepit tibi Martiane surge accipe baculum eius et ad urbem iterum perge et ministerium tuum ~~ad quod~~ ministerium ad quod missus es imple. Qui continuo surrexit et Marcialem veniens mandatum apostoli implevit. Libet intueri ordo sibi fides carissimi quos omnipotens deus qui fecit mirabilia magna solus per beati apostoli Petri miracula renovavit Martianum et sanctum Stanislaum. Martialis pulsatis precibus a mortuis suscitavit Petrum illud post xxx^ta dierum decursum istud post trium annorum spacium. Illud pro ministerio sibi praedicationis exhibet officium. Istud ut veritati perhibet testimonium utrorumque salutis et fidei negocium. Aliud quoque simile negocium narrat Eusebius Cezariensis in ecclesiastica hystoria. Cum sanctus Spiridon episcopus Attenensis genuit unicam filiam adhuc secularis. Haec erat virgo sanctimonialis et ob mirum prudentiae et virtutis gubernabat domum episcopi ac familiam patris. Haec cuius quidam dives civitatis Attenensis ad sanctorum sepulcri limina proficisci iter volens adiit et magnum pondus auri custodiendum penes eam sub cyrographis deposuit. Petiit quod si quis mihi accideret in vita committere eo rediret et si ipsum in via mori contigerit quod illud aurum pueris suis et aliis quibus in testamento delegatum erat assignaret. Quae accepta pecuniam in terram fodit et secretum commissi fideliter tenuit. Evolutis autem paucis diebus virgo sanctimonialis moritur. Ille vero civis visitatis sanctorum liminibus ad propria reversus inveniens sanctam ac feminam sanctimonialem mortuam venit ad patrem puellae et depositum coepit exposcere. Quo dicente quod nihil sciret de deposito pecuniae coepit homo cum magno ululatu coram eo flere. Cui sanctus Spiridon compassus quod intimo corde monuit eum de re tanta per eum bonae fidei esse spei et ait: Vade inquit et ora dominum hac nocte et cras veni ad me et ordinabit nobis deus opera mea sua. Sancto autem Spiridone pernoctante in oratione ante dominum in dicto tempore quo assumpta erat sanctus episcopus

Petrus

di sitia in [illegible]
semper in seculum obediens a pueritia [illegible]
apud ut videas patrem tuum. At illa de se-
pulcro inquit: Cuius iubes pater mi vo-
lo inquit pontifex penitere quod tibi talis re-
vocavit sub testimonio Jesu Christi et fidei
tue. At illa surgit: Pater ora pro me ut non
imputetur hoc iniquitati sed ignorancie vite
qua oblita sum tibi dicere in exitu vite
mee de iudicio huius penitencie. Ecce fossa
iacet in tali loco, redde cum domino quod et fiet.
Deinde noveris quod in his et similibus mi-
raculis si divine virtutis pensatur operacio nullum
est miraculum quia omnia possibilia sunt
apud deum. Si autem sanctorum meritum attenditur
et fidei donum, Deus a quo cuncta procedunt
hec per eos operatur bona ut impleatur
illud beati evangelii: Qui in me credit
opera que ego facio et ipse faciet et ma-
iora horum faciet. Rex primus Boleslaus
ut erat in animum pravum cuius neque timor
dei neque pena in miraculo compunctus neque pri-
ma monicione correctus in suis sceleribus
persistebat obstinatus. Non est putare debemus
quod hic sit ille Boleslaus qui fuit rex Po-
lonie primus. De illo enim legitur in cronica
Polonorum quod a Danubio usque ad Sola-
nam dilatavit sancte genitus imperium regni
sui non solum viriliter tribuavit sed et sua pro-
bitate Poloniam decoravit. Ipse Bohemiam
et Moraviam suo dominio subiugavit
et in Praga sedem ducalem obtinuit
et similiter tributum de manu ducum Bohe-
mie et Moravie. Ipse Pomeranos et
Prussenos atque in gentilitatis errore
positos quesivit et sibi tributarios. Ipse Sla-
vos et Hungaros sepius in bello
devicit et terram eorum usque ad Danubium
possedit. Deinde descendens in Russiam
et intrans Kijowiam per portam que
vocatur aurea in signum valvas suo gla-
dio percussit et ibi regni Polonie fines
terminavit. Ipse Saxones indomitos ma-
nu potenti edomuit et medio Zo-
lawa columnas ferreas figens fines
limitavit. Ipse sanctum Adalbertum episcopum Pra-
gensem a rebellibus Bohemorum gente
multis iniuriis lacessitum de longa pere-
grinacione honorifice suscepit et eius salu-
taribus exhortacionibus et instructionibus
devote debite obedivit. Cuius etiam

[illegible]
ecclesiam Gneznensem fundavit quam ipse sanctus
transiens domino inspirante consilio gnesicono
et fratrem suum Gaudencium loco sui
Archiepiscopum instituit et Pomeraniam navi-
navigio in Prussiam transiens et ibidem verbum
dei predicans consummatus in bono cursus
a Prutenis obtinuit a domino palmam mar-
tirii. Ipse eciam Boleslaus qui corpus eius redemit
donis regalibus decoravit et limitavit et
limitavit in diebus illis crescentibus mira-
culorum signis venit Otho Romanorum impera-
tor qui cognominatus est Rufus ad limina
beati Adalberti martiris devocionis studio
que magnifice excepit Rex Boleslaus
ad suis optimatibus videns itaque Cezar
inclitum Boleslaum et tam cum apparatum
regium et divitiarum opulenciam et excellen-
ciam ipsius admiratus ait suis principibus
utique decet virum tam magnificum me ma-
iestatis sue et consortem honoris quod sicud fuit
fieri imperium et amicum appellavit ac diade-
mate regio insigniri iussit quod Boleslaus
consecratus in regem. Cum magnificenciam
regalem tribus continuis diebus cum suis omnibus
in convivio tenuit Cezare imperator quo debit
pro regalibus insigniis regi Boleslao lan-
ceam sancti Mauricii et clavum domini. Cui rex
Boleslaus ob reverenciam imperialis dignitatis
et in signum mutue dilectionis ac devocionis
redonavit brachium sancti Adalberti martiris
acceptis que ab eo multis muneribus vasis au-
reis argenteis in patriam suam reversus est.
Sic est quod ille magnus Boleslaus qui cogno-
minatus prius istius Boleslai pravus qui
dictus est scilicet largus et bellicosus. Ille Me-
siconis qui fuit deprovisus a divo primus
baptisatus. Iste de duce Casimirus dictus
fuit fuisse pervatus. Cui de monasterio Clu-
niacensi sancti Benedicti per dispensacionem
pape Benedicti est restitutus. Post mortem autem mag-
ni regis Boleslai qui alterius Salomonis
potentissimi et sapientissimi surrexit Me-
sico filius eius sensu minor natus et probi-
tate patris. Cui ad delicias resolutus rem
publicam segnius administraret et privatis
suis omnibus utilitatibus intenderet, ceperunt
optinere naciones que patri suo vectigales
fuerant minus timoris et honoris eidem

11

[illegible] in magna [illegible] so[illegible] et regnum Polonie [illegible] deperiret et unusquisque sibi quod rectum videbat in illis diebus faciebat. Tunc surrexerunt quasi lupi rapaces contra reges et principes et ceperunt vastare regnum Polonie. Ecclesias destruebant et ecclesias [illegible] et ecclesiasticas personas perimebant, senes et iuvenes gladio iugulabant, virgines et viduas ac maritatas violabant et in captivitatem cum ignominia deducebant. Consumpta ac perempta subditos quoque crudelius [illegible] iam pene tota Polonia cum aliunde non esset auxilium, maiores natu inierunt consilium ut invenirent et inquirerent et introducerent in regnum expulsum et eiectum ducem Kazimirum. Hic quidem dudum a iuventute studiis litterarum traditus et satis competenter instructus cum esset iuvenis robustus de Almania in Gallias rediens vel transiens ut supra dictum est Cluniacum veniens sacra conversatione monachorum ibidem Deo famulancium allectus et spiritu Dei inflammatus vitam mutavit et sub habitu sancti Benedicti militare cepit Deo. At vero legati Polonorum assumpto modico comitatu vasisque diversis in auro et argento profecti sunt ad inquirendum ducem Kazimirum. Tandem per longam peregrinacionem pervenientes in Cluniacum invenerunt eum sub habitu monastico iam septimum agentem annum. Compertis causis de thesauris suis obtulerunt ei et abbati suo preciosa munera, vasa aurea et argentea proferentes que clades et quanta mala propter eius absenciam sustineat Polonia. Denique petunt domnum abbatem ut eis ducem suum restituat, supplicant nichilominus Kazimiro ut Poloniam reduceret et regnum gubernaret et populum suum ab hostibus liberaret. Abbas autem habito fratrum suorum consilio respondit se non posse peticioni eorum annuere et desiderio quia [illegible] is qui seculo abrenunciavit redire non potest ad seculum nisi dispensacione summi pontificis ad quem attinet dispensacio. Tunc legati accepto huiusmodi consilio Romam adeunt, summo pontifici legacionem perferunt, dispensacionem petunt allegantes calamitates Polonie, prophanaciones fidei christiane necnon

[illegible] ac viduas viola[illegible] [illegible] virginum [illegible] effusione sanguinis innocentum et in[illegible] [illegible] viros [illegible] in captivitatem deducta et redacta in servitute paganorum. Denique papa Benedictus audiens Polonie desolaciones christiane fidei compassus tristibus gentis orbate principe instanciis ducem Kazimirum ad tenenda regni gubernacula redire decrevit ne de stirpe regia vel ducali omnino deperiret et Polonia successore careret. Cum eo duce Kazimiro ut legitime matrimonium contrahere posset misericorditer relaxavit et dispensavit. Ob cuius beneficium dispensacionis ac revocacionis memoriale signum iniunxit quod Poloni ut in tonsura coronata conformarent se moribus religiosorum. Statuit quoque nichilominus ut censum solverent qui vocatur beati Petri ecclesie Romane denarius pro alendo lumine. Peracto negocio et assecuti legati Polonorum leti ac alacres redeunt Cluniacum et exinde suscipientes ducem suum Kazimirum veniunt ad Almaniam ad imperatorem Othonem avunculum suum. Ubi cum comparuisset magne probitatis audacia quingentorum virorum miliciam armatorum ad eum ducendam transmisit imperator in Poloniam. Hic veniens licet difficulter tandem hostibus expugnatis cum pace regnum possedit Polonie. Post hec accepit uxorem unam de Russie principibus nobiliorem nomine Dobronegam dictam cognomine, ex qua genuit quatuor filios: primogenitum Boleslaum, secundum Wladislaum, tercium Chesloniez, quartum Othonem. Hic quoque Boleslaus qui propter excellenciam largitatis cognominatus est Largus et ob insigne virtutis audaciam appellatus quoque Bellicosus. Tante namque prodigalitatis erat quod liberalitatem nullam hominis libertatem estimabat. Dicebat autem quod liberalis homo esse non posset cuius egestas nisi cum ei dandi non suppetit occasio. Hic cum quadam die censum vectigales dispensari vellet cum prestantissima quoque largitate magnifice militibus erogaret, quendam de [illegible] nunc [illegible] comitatem sue fortune nunc regie

[illegible] capellulis sue
tulus non venit ydropicus arcet se pri-
ximo nitet cuius tua copia cordi sit so-
la beans aliis soli michi contra solis al-
get therampus gemo sole teneret tenet
solus ego sub sole tua solacia veri
demerui solum demeruisse putet
Per prudentie causam suspiriorum gemi-
cius amictum que sumosissime clanculum
sibi detrahens at illius humeris inse-
rens ait Tolle tolle inquit auri aut
quantumcunque libet tuus quamvis vilibus quantita-
tem metalli compensa meliusque enim
te tua invalitudine cessari quam me
liberalitatis angustias videri At ut
ille sui oblitus auri cupidus dum tur-
gentissime vestis infarcinat sinum
cum suis viribus non compensat onus dum
altera attollere nititur auri immenso po-
dus Heu miser opprimitur metalli pon-
dere pressus ab insano vero non sunt qui
pecuniam preferunt vite quod verum dicere genus
quendam adeo devoraverat ut dum ambiguus
in mari iactaretur fluctibus dum alii
metu naufragii preciosissima cetera supel-
lectili navem exoneraverint se suis ille
alligatum sarcinulis precipitem mitti iubet
potiorem in morte astruens opulen-
ciam quam in vita egestatem. Non sic ille
non sic qui non auream nutricem divicias
semel amputaret suas opes auri et
argenti in unam massam complet in presu-
cure precipitat O inquit pessime o-
pes submergam vos ne mergar
a vobis Levior sit enim rerum quam temporis ia-
ctura damna minora rerum plus ledunt
damna dierum quamquam pro rebus sunt
vere nemo diebus. adeo profuturam usurum
opulentiam dictare quod ut nil in eis cu-
stodiam putaret nisi sibi facultatem
quam potissimam anhelat custodiam secum
dictam pacionem eum quod omne indignum eo
principatu censui se vere sumpanum esse
maluit quam principem. Iste Bo. parvi sui
magni Regis Boleslai audacia emu-
latus prout erat vir belligerandi studi-
osus terminos quos amiserant patres sui
volens recuperare et ad suum dominium
reducere devenit in valle Bzonay

[illegible]
[illegible] suprus opibus cum [illegible]
conciliata ubique rebellione omnium quedam sui
suffraganeam impii qui principibus prefuisse
Post Regem instituit quod ut totam sibi subiec-
tis apparet Conflictat Regi supplicat Bo-
leslaus ut ad sui dignitatem decus comple-
ctatur aut talenta sibi mittat. Passum dare
petiis indignum esse a se peti. Hic igitur Regie
celsitudini Non competit absurdum quod videtur
imperialem maiestatem ad questum inclinari
absurdius eam quem venalitate conspici
pabus tamen viguus non precio nec muneribus illud
spondet factum quare augmentum vehementi
quale putas exhibet Regis etenim huius ad-
venientis apprehendit quam benevolentiam
ac benignitate continuit Hoc inquit est hoc va-
lendum apud vos O fratrem contremueste
grecum Ite itaque vehementius Cesaricus ait
Sic vir alte modo que non dedignantur honore
Aspicit quantum gratie in Boleslai conspectu me-
ruit quamvis haurire deinde Hungaricam pat
volens eum revocare metas Regni Polo-
nie At illi primos aditus eius armis ob-
struere contendunt sed illorum truncata corpora plus
impedimenta fuere in congressu quam arma
Ita arctus ianitor ensis ianuas introitus
et aperiendo clausit et claudendo aperuit
trunca vero abietes cadaverum gladio prostrati
vias fecit in vias ut non difficultate tran-
seundi potuit facultas videns autem Hun-
garorum Rex dictus Salomon ea sibi quam suis
et plus sui imminere discrimina pace depreca-
batus offert conciliatam et aliud multa tha-
lenta cum Boleslesleus ~~volens~~ polonus
inquit non delectat aurum sed argentum cum
aurum pupare turpe est mihi pro vina
quam plus sumptibus nec Regalis conveniunt histo-
ria commercia tractare quibus opus est
armis non opibus vincere Itaque Salomon
tam bello quam Regno cessit ut in locum
eius alumnus Polonie Wladislaus minime
successit Boleslai in regnum accedit ne
ca instantissima ad illud at Bohemorum
Moravorum quod acies in campestribus Polo-
nie castrametatur quos rex imperator a
tergo precipiens omnem redeundi adimit fa-
cultatem cum incautos occupare posset vel
potuisset Absit inquit ut titulus mee
victorie quovis insidiarum latrocinio infuscat

122

[illegible] et vero ille rex [illegible] inter [illegible] deponens [illegible] astucia indignum quod [illegible] ut tam fecit ad [illegible] compugnos includere dignatus [illegible] in suorum [illegible] arcium a Bohemicis presidiis disicit. Obsequium noctis igitur precipiti elapsos fuga invenit pro prelio, quos timoratiores fines instigatus aper dente insequitur fulmineo, non etati parcens, non generi, non condicioni, omnes autem morte mactat aut vinclis. Rursum Pomeranis in confinio Polonie predam agentibus, tamquam de reditu eius dubitantibus, princeps advolat Boleslaus. Pomeranes preoccupasse fluvius interiectu iam securos conspicatur, rapidissimo insiliens torrenti: Aliorum, inquit, catulorum feras venabulis impingit, proclamat, singulis occupat oportunitas stabiles in re turpe relinquere. Contra armatorum male fidi fluctibus involvuntur, sed pauci cum rege vix enatant et liberi inquies de armata multitudine triumphant. Ob hanc causam Poloni plenius armis uti obmiserunt consuetumque. Cum tamen rex Boleslaus convicinas regiones suos superatis paganis et contra rebelles prelia multa iam septimus annus vertitur, quo recuperandi causa p tius regni Polonie rarus in patria, continuus in castris, semper vero apud hostes morabatur. Sane res rei publice quantum commodum utilitatis attulit, tantum per modum discriminis ingessit, quantumque in se honesti continuit, occasionis tantum federe peperit insolencie ac dissolutionis. Rege siquidem ut dictum est per diutissime optimatum principum commorante, interim uxores et dominas et filias dominarum servi ad sua vota inflectunt, quasdam expectatione maritorum fessas, alias desperatione deceptas, vi nonnullas ad serviles amplexus attractas detractas. Denique servi ut dictum est delicate enutriti prevenientes in dominos suos sumunt castra ipsorum et cubicula occupant, municipia contra redituros firmant, et non solum munitiones viris eis revertentibus bellum infligunt. At vero nobiles Poloni qui cum rege fuerant in castro illo tempore coniugati, comperta fama tante proditionis ac sceleris perpetrati zelo in-

[illegible] in Poloniam tanti [illegible] cum vix [illegible] quod sine [illegible] multitudine fugitantium eos et in[illegible] ut perdiderunt suppliciis fecit feminas que viros suos contempserant ac legitimi thori prevaricatrices extiterant. Ipse vero factus atrocissimum et ulli presumptus flagicio conferendum peius atrocissimis pietas corrumpitur, oleum in oleastrum et favus recessit in absinthium. Boleslaus etenim intermisso studio virtutum sentina factus est omnium viciorum et carnis sue secutus lupanar gloriam suam per ignominiam et valorem usum mutavit in usum ~~[illegible]~~ quod est contra naturam. Per multas per victorias elevatus in superbiam belue rugientis induens feritatem, efferatis animis in Poloniam redit et in suos ab hostibus bellum retorsit, fingit in illos iniurias suas non in plebe vilissimi sed in rege regiam maiestatem persequitur. Contra enim plebis multitudine plebe vos remota vere quid erit, ait, est si viros non placet prioribus quibus plus placeat femina, qui principis obsequela contempserit, nichilominus se non tam apud hostes ab ipsis desertum quam hostibus ultro et studiose expositum. Primo maiores et precipuos capitis abscisione damnat, et quos apte capere et punire valeret insidiis aggreditur. Infelices quibus mariti pepercerant, dominorum inhumane consuetudine tanta infestatus est inmanitas, ut ad earum mamillas applicari catulos non abhorruerit, infantulis abiectis quibus ex hoste peperisse si vel genialis fuisse asstruebatur cum potius extirpare. Hec quin sororum scandala foveri quod immites in genere contra maritate pudicitie simul prostitute sunt incestum habita ostentui. Deinceps quod furore in dominos conspirata est malicia, quot capita suppliciis exposita sunt. Nec de illa specialis venia emanaverunt. Hec de fonte eius amaritudinis processerunt. Sane sanctus Stanislaus cum ab hac truculencia principem non posset revocari premissa ammonitione plus quam illi regni imminat excidium tandem anathematis intendebat gladium [illegible] qui [illegible] in [illegible] maiori obstinatione induruit [illegible] in ecclesia sancti Michaelis de Rupella sito super se diuina misteria celebrante et pro cunctis suorum implorante iuxta aram inter insulas non ordinis non loci non temporis non suorum non diuine reueritus maiestatem corripi et ab ara trahi iubet antistitem ad quem satellites atrocissimi quociens irruere attentabat tociens retro [illegible] in terram certe prostrati mansuescunt quos tyrannus obiurgans indignantissime o inquit inertes et degeneres non potestis unum sacerdotem perimere. Deinde irruens ydumeus in christum domini manum iniecit violentus ipse sponsus a gremio sponse pastorem ab ouili ipse patrem inter filie amplexus et filium pene in maternis obtruncat visceribus. O obluctuosum tristissimi funeris spectaculum sanctum pontificem prius sceleratus [illegible] sacrilegus gladio prostrauit et diris vulneribus impressis sauciato sanguine eius hostiam Christo effecit. Hic iustus [illegible] impio sic bonus pastor moritur pro grege suo sic granum frumenti cadens in terram [illegible] in [illegible] excussa palea sic miles Christi sic athleta domini agonisat pro iusticia sic Naboth verus moritur martir ne in orto olei [illegible] vinea clamat celum vox fusi sanguinis tyranni non silet [illegible] oppressione [illegible] cruoris ipse quam gladius cruentatus prouide martiris sanguine pretium sceleris vindictam expetit in autore. Sic cruentissimus homicida sceleris manibus martirem gloriosum interimit membratim discerpit singulos artus perminutissime dissecans et in [illegible] finis partibus bestiis et volucribus celi dissecans tradidit et in omnem dispersit partem et [illegible] si a singulis membrorum partibus corporis pena debuisset et memoriam nominis eius auferre de sub celo crediderit. Sed dominus omnipotens qui in suis operibus semper est laudabilis et gloriosus ad [illegible] et custodiendas martiris exequias celestes et eximias deputauit creaturas. Nam quatuor mundi partibus a deo misse sunt quatuor aduolare aquile que sublimius loca passionis cernentes a [illegible] tu sacri corporis ambigerent vultures [illegible] qui [illegible] Accedit [illegible] qua scriptum est nox sicut dies illuminabitur. Ante quorum intuitum in singulis locis celitus diuine fulserunt lampades que sacri corporis disperse sunt partes ostendentes acsi ipsum celum descendisse terre suo ornatu et gloria quod quorundam decore siderum quibusdam putatiuus solis radiis distincta. Accedunt vero alacritate mirabili [illegible] ac zelo deuotionis quasi [illegible] sparsa membrorum minuta colligunt [illegible] ad locum passionis accedunt corpus integrum etiam sine cicatrice notamine repperierunt. Quod illico apportatur et apud eandem Basilicam sancti Michaelis [illegible] diuinis condignis aromatibus reconditur usque ad translationis diem quo sacrosanctum corpus eius delatum est ad ecclesiam maiorem [illegible] splendor lampadum non discessit per decennium quo gleba corporis eius beati martiris Stanislai ad Basilicam sancti Michaelis sepulta quieuit celestium ibidem luminum fulgor crebro deuotis multis apparuit. In eadem Basilica ipse beatus Stanislaus visus est pontificalibus indutus cum personis venerabilibus a pluribus ad aram stare et diuina sacramenta peragere ac pontificalem benedictionem astantibus dare. Visus est etiam stans in medio a cernentibus psalmos dauiticos decantare et vocibus altissonis laudes et ymnos domino cantare. Sepulcrum eius quibusdam viris et feminis astantibus et furtiuas vigilias facientibus ibidem multis in oratione pernoctantibus beatus vir sic quod ibidem apparuit et de multis que ad salutem pertinent eos edocuit. Cymbia ipsius deuote contingentibus et aliquid de puluere capientibus tantus odor [illegible] et multas infirmitates curauit et morbos turpes depulit. Post nouem vero annos decimo ab obitum sancti Wenceslai corpus ipsius translatum fuit. Longum esset enarrare quot et quibus signis sublimibus et multo maioribus dominus sanctum suum magnificauit. At vero Boleslaus predicta cruentus que non malicie consciencia fecit humilem sed sceleris audacia reddidit contumacem factus sicut Cayn vagus et profugus ac diuina ultione percussus non [illegible] in eo fuit perfundo vitiorum involuit, quod vero liberalitatis extitit vento ambitionis conflavit. Demum non multo post inaudito languore correptus in amenciam cecidit et mortem sibi consciuit. Meschco vero filius eius in primo pubertatis flore veneno aruit et sic tota domus Boleslai corruit et beato martiri Stanislao penas exsoluit. Notandum quoque quod sicut modestia et pietate regis Boleslai Polonie corona aucta fuit vel creuit, sic per istius Boleslai seuiciam et impietatem regnum decreuit et Polonie corona tamen prorsus cecidit. Et quemadmodum ille gentes sue imperium dilatauit, sic iste nobiles Polonie et ipsum puniendo non solum gloriam regni minorauit sed et Poloniam in solitudinem redegit. Et sicut ille redditus ecclesie limitando donis regalibus ampliauit et pontificale ius honorauit, sic iste sanctum dei presulem Stanislaum crudeliter martirando regale sacerdotium prophanauit.

Ascensio domini xl die a resurrectione domini facta est.

Circa quam ascensionem septem per ordinem consideranda sunt. Primo unde ascendit. Secundo quare non statim post resurrectionem ascendit sed tot dies expectauit. Tercio quomodo ascendit. Quarto cum quibus ascendit. Quinto quo merito ascendit. Sexto quo ascendit. Septimo quare ascendit. Circa primum notandum quod de monte Oliueti versus Bethaniam in celos ascendit, qui mons secundum aliam relationem dicitur mons trium luminum. Nam de nocte ex parte occidentis illuminabatur igne templi qui erat iugis in altari; mane ex parte orientis quia primo excipiebat radios solis antequam illustraret ciuitatem. Habebat insuper copiam olei quod est fomentum luminis. Et ideo dicitur mons trium luminum. In hunc igitur montem Christus discipulos [illegible] dominus quando [illegible] et mulieres habi[illegible] pro festum que dicebatur [illegible] in monte Syon ubi Dauid construxerat sibi palacium et erat cenaculum illud grande stratum quo dominus precepit sibi parare pascha et in illo cenaculo XI apostoli habitabant. Ceteri autem discipuli et mulieres habitabant ~~et~~ tanquam per diuersa hospicia. Dominus ergo in illo cenaculo recumbentibus eis apparuit et incredulitatem ~~eorum~~ eorum exprobrauit, et cum comedisset et eis precepisset ut montem Oliueti irent, ibidem iterum eis apparuit ac discrete querentibus respondit et eleuatis manibus eis benedixit et coram eis in celum ascendit. De loco autem Sulpicius Jerosolimitanus episcopus dicit, ut habetur in glosa, quia cum ibi postea ecclesia edificata esset, locus ille in quo institerunt vestigia Christi ascendentis nunquam potuit sterni pauimento, immo resiliebant marmora in ora calcancium, calcatis etiam pulueris a domino sic [illegible] ecce documentum quod vestigia impressa cernuntur et eandem adhuc speciem velut impressis vestigiis terra custodit. Circa secundum quare scilicet non statim post resurrectionem ascendit sed per quadraginta dies expectare voluit, notandum quod hoc fecit propter tres rationes. Primo propter resurrectionis certificationem. Difficilius enim erat probare veritatem resurrectionis quam passionis, quia a prima die usque ad terciam vere poterat probari passio, sed ad veram resurrectionem probandam plures dies requirebantur, et ideo maius tempus requirebatur inter resurrectionem et ascensionem quam inter passionem et resurrectionem. Unde [illegible] quadragenarius hodie dierum completus est sacratissima ordinatione dispositus ad utilitatem nostre eruditionis impensus, ut dum a domino in hoc spacio mora presentie corporalis protenditur, fides resurrectionis documentis necessariis muniretur. Gratias agamus diuine dispensationi et sanctorum patrum necessarie ~~tra~~ tarditati; dubitatum ab illis ne dubitaretur ab illis. Secundo propter apostolorum stionis xpi fuit [illegible] pluvie debuerunt esse dies ista cum illi tercio xpi misterio fuit figuratum ut per hoc daretur intelligi quod consolationes divine comparantur ad tribulationes sicut dies ad horam et annus ad diem. patet enim per illud quod legitur ysaie lxi° ut predicarem annum placabilem domino et diem ulcionis deo nostro. Ecce pro die tribulationis reddidit annum consolationis. Quod autem comparantur sicut dies ad horam patet quia donec xl horis in monumento iacuit mortuus confuit tempus tribulationis et per xl dies resurgens discipulis apparuit quod fuit tempus consolationis Act. i°. xl horis mortuus fuerat xpistus hoc quadraginta diebus se vivere affirmabat. Circa tertium scilicet quomodo ascendit. Notandum quod ascendit proprie potenter quia viribus propriis ysaie lxiii°. Quis est iste qui venit de Edom gradiens in multitudine virtutis sue. Item ipse eciam nemo ascendit in celum scilicet propria virtute nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Helyas enim qui in quodam globo nubis ascendit hoc autem non fecit quod nubis ministerio indigeret sed ut per hoc ostenderet quod omnis creatura parata est obsequi creatori suo. Ipse enim potencia sue divinitatis ascendit et in hoc natura videtur secundum quod dicitur in Scolastica hystoria. Xpi et Enoch et Helie nam Enoch translatus est Helias subvectus est sed xpistus propria virtute ascendit. Primo secundum Gregorium per continuum gravatus et gravans sed nec ingravatus sed non gravans ecclesius ut gravatus ut gravans. Secundo ascendit potenter quia videntibus discipulis videntibus illis elevatus est Act. i°. Johannis xvi. Vado ad eum qui me misit et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Glosa. Ita palam ut nemo interrogaret quo visu corporali fieri viderent. ideo enim illis videntibus ascendere voluit ut ipsi ascensionis testes existerent et

[illegible] Augustinus. Ascendente xpisto pavet omne celum mirantur astra plaudunt agmina tuba resonat et letis concinunt blanda modulamina. Tercio cito velociter. psalmista Exultavit ut gigas ad currendam viam. velox enim velociter ascendit qui tantum spacium quod in momento pertransiit. Refert enim Rabi Moyses maximus philosophus quod quilibet circulus sive celum cuiuslibet planete habet in spissitudine viam quingentorum annorum id est tantum spacium quantum posset quis transire de plana via in quingentis annis et distancia inter celum et terram id est inter circulum et circulum est ut dictum via quingentorum annorum et ideo cum sint septem celi erit secundum ipsum a centro terre usque ad convexum celi. Spatium quod est celum septimum via septem annorum milia id est tantum spacium quantum de via plana aliquis iret septem milibus septingentis annis si tam diu viveret. Ita tamen quod quilibet contineat sexaginta sex dietas et quod iste singule dietes sunt xxta miliaria et quodlibet miliare duorum passuum seu cubitorum. Hec Rabi Moyses. utrum autem hoc verum sit deus scit enim mensuram illam novit qui omnia fecit in numero pondere et mensura. Igitur iste fuit magnus saltus quem fecit xpistus de terra in celum et de hoc saltu et quibusdam aliis saltibus xpi dicit Ambrosius. Saltu quodam xpistus venit in hunc mundum qui apud patrem erat in virgine venit et de virgine in presepe transiliit descendit in Jordanem ascendit in crucem descendit in tumulum ascendit de tumulo et sedet ad patris dexteram. Circa quartum cum quibus scilicet ascendit notandum quod ascendit cum multa preda hominum et magna multitudine angelorum. quod enim cum preda ascendit patet per illud quod dicitur in psalmo Ascendisti in altum cepisti captivitatem. quod autem ascendit cum multitudine angelorum patet per illas interrogationes quas xpisto ascendente minores angeli fecerunt maioribus ut habetur ysaie lxiii°. Quis est iste qui venit de Edom tinctis de Bosra. ut dicit glosa cum quidam angeli non bene cognoscentes [illegible] utitur ipsa [illegible] et passione [illegible] et angelis mirantibus [illegible] dicit: Quis est iste qui venit de Edom, et in psalmo [illegible] quis est iste rex glorie. Dionysius autem in libro angelice ierarchie capitulo vij° insinuare videtur quod deo christo ascendente tres questiones ab angelis facte sunt. Primam fecerunt angeli maiores ad invicem sibi ipsis. Secundam fecerunt ipsi maiores minoribus christo ascendente. Terciam fecerunt minores maioribus. Querunt igitur maiores inter se dicentes: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. Edom sanguineum interpretatur. Bosra munita, quasi diceret: Quis est iste qui venit de mundo sanguineo per peccatum et munito per maliciam contra deum, vel quis venit de mundo sanguineo et inferno munito. Respondit dominus: Ego qui loquor iusticiam. Dionysius ponit talem literam: Ego sum inquit qui disputo iusticiam et iudicium salutare et redemptorem humani generis. Fuit autem iusticia inquantum scilicet factor creaturam suam a deo alienam reduxit, et fuit iudicium inquantum dyabolum invasorem alieni iuris ab eo quem possidebat hominem potenter eiecit. Sed tunc hoc facit questionem Dionysius: Quare cum ipsi superiores angeli sint ipsi deo proximi et immediate a deo illuminentur, quare ad invicem querunt quasi ab invicem discere cupientes. Sed sicut ipse solvit et commentator exposuit, in eo quod interrogant significant se scienciam appetere, in eo autem quod primo inter se conferunt demonstrant quod divinam in se ~~processione~~ processionem non audent prevenire apud se. Ideo prius debuerunt interrogare ne forte illuminacionem que ipsis a deo fit nimis festina interrogacione prevenirent. Secunda questio qua fecerunt ipsi supremi angeli ad christum dicentes: Quare rubrum est indumentum tuum et vestimenta tua sicut calcancium in torculari. Dominus dicitur habuisse indumentum, id est corpus suum rubrum, id est sanguine cruentatum, eo quod cum deus ascendit in celum adhuc in corpore suo cicatrices habebat. Voluit enim cicatrices in corpore

[illegible] sic [illegible] et [illegible] ut fidem confirmaret et pro hominibus supplicans eos patri representaret, ut boni qui misericorditer sunt redempti videant et reprobi qui iuste sunt dampnati agnoscant, ut perpetue victorie sue eciam triumphum deferat. Secunde ergo questioni dominus respondet: Torcular calcavi solus et de gentibus non est vir mecum. Et potest dici torcular crux in qua tanquam in torculari pressus est, vel ut eciam sanguis eius effluxerit. Vel torcular notat dyabolum qui humanum genus sic funibus peccatorum involvit et strinxit ut quicquid in eis spirituale erat exprimeret et solum palea remaneret. Sed noster bellator torcular calcavit, vincula peccatorum disrupit et in celum ascendens postmodum tabernaculum celi aperuit et vinum spiritus sancti effudit. Terciam questionem fecerunt minores angeli maioribus dicentes: Iste rex glorie? Quibus illi respondent: Dominus virtutum ipse est rex glorie. De hac angelorum questione et aliorum responsione sic dicit Augustinus: Sanctificatur divino comitatu medius aer et omnis illa volitans turba demonum christo ascendente diffugit. Querentibus occurrentes angeli quis esset sciscitantur dicentes: Quis est iste rex glorie? Quibus alii respondent dicentes: Hic est candidus et roseus, hic est ille qui non habuit speciem neque decorem, infirmus in ligno, fortis in prelio, vilis in corpusculo, gloriosus in spolio, fedus in morte, pulcher in resurrectione, candidus de virgine, rubicundus in cruce, fuscus in ~~obprobrio~~ obprobrio, clarus in celo. Circa quintum, quo scilicet merito ascendit in celum, videndum quod triplici merito christus ascendit, de quo sic dicit Ieronimus: propter veritatem quia illa que promiseras per prophetas adimplesti, et mansuetudinem quia sicut ovis pro vita populi immolatus es, et iusticiam quia non potestate sed iusticia eripuisti hominem. Et deducet te mirabiliter dextera tua, id est potencia sive virtus deducet te, scilicet in celum ducet. Circa sextum, quo scilicet ascendit, notandum quod super omnes celos ascendit, iuxta quod dicit apostolus ad philippenses

Dicit super omnes quia pre[...]
ipse ascendit. Est enim celum mat[eri]-
ale intellectuale et spirituale. Celum mat[eri]ale
multiplex est scilicet celum aereum ethereum
olimpium igneum sydereum cristallinum et
empireum. Celum autem vonale scilicet hoc iusti
qui dicitur celum vone inhitaciones diui-
ne sicut celum scilicet inhitacio et sedes dei
iuxta illud ysaie celum michi sedes est. Sic
anima iusti sedes secundum quod in libro sapientie dicitur
anima iusti sedes scilicet sapientie vone gustatos
sunt quia sicut per gustacionem et desiderium
semper habitat in celo sicut dicebat
apostolus. nostra conversacio in celis. Vone
operacionis continue. Quia sicut celum continue
mouetur sic et sancti continue per bona opera
mouentur. Celum intellectuale est angeli.
Angeli enim dicuntur celi quia ad instar
celi sunt altissimi vone dignitatis et
excellencie. De quorum dignitate et
excellencia dicit Dionisius in libro
de diuinis nominibus capitulo iiij°. Diuine sub-
stancie super reliqua existencia et vi-
uunt super reliqua viuencia et cognos-
cunt et intelligunt super sensum et racionem
et plus quam super omnia existencia pul-
crum et bonum desiderant et eo participant.
Secundo sunt pulcerrimi vone nature et gracie.
De quorum pulcritudine dicit Dionisius
in eodem libro. Angelus est manifestacio
occulti luminis speculum et clarissimum in-
contaminatum incorruptum suscipiens
sic phas dicere per pulcritudinem bo-
niformis dei conformis conformatis. Tercio
sunt fortissimi vone virtutis et potencie.
De quorum fortitudine dicit Dionisius
in libro suo capitulo ij° fortes sunt et
pati et ad dei voluntatem complerem
vbi consensi inveniuntur perpetua diui-
ne cessent invitis. Celum autem spirituale est equ-
alitas diuine excellencie de quo Christus
venit et usque ad illud per modum asce-
dit. De quo in psalmo dicitur A summo celo
egressio eius et occursus eius usque ad
summum eius. Super omnes igitur hos ce-
los usque ad ipsum celum spirituale Christus
ascendit. Alii enim ascendunt super
omnes celos materiales. Sicut patet per illud
quod dicitur in psalmo Elevata est magni-
ficencia tua super celos. Super omnes

~~[...]cia sicut celum scilicet inhitacio et sedes~~
~~dei iuxta illud ysaie celum michi sedes est.~~
~~Sic anima iusti secundum quod in libro sapientie dicitur~~
~~anima iusti sedes scilicet sapientie vone gustatos~~
namque celos materiales usque in ipsum celum
empireum ascendit non sic Helias in
curru igneo deductus fuit usque ad sub-
limiorem regionem non ad celum ascendit
sed in paradysum terrestrem translatus est. Quia a
deo supereminet ut pertingat suprema
terrene regione non ut eum ascenderit.
In hoc igitur celo empireo Christus resse-
dit et est spiritualis et propria eius mansio et
angelorum aliorum sanctorum et continue conveniunt
hec cohabitatores civitatoribus illud enim ce-
lum ceteros celos excellit dignitate po-
tentate situ et habitu. Et id est conveniens
habitacio Christi qui per omnes celos vonales
intellectuales ascendit. Dignitate et
quantitate situ immutabilitatis et habitu perfectionis
Sibi est congrua habitacio sanctorum. Illud enim
celum est uniforme immobile luminositatis
perfecte et immense capacitatis et recte
convenit angelis et sanctis qui fuerunt
uniformes in operacione immobiles in di-
leccione luminosi in fidei cognitione capa-
ces in sancti spiritus recepcione. Ecce et super
omnes celos vonales ascendit id est
super omnes sanctos patet per illud quod dicitur Canticorum
ij° Ecce iste venit saliens in montibus
transiliens colles. Et vocantur montes
angeli colles vero vel sancti. Quod vero super omnes
celos intellectuales id est angelos as-
cendit patet per illud quod dicitur in psalmo
Qui ponis nubem ascensum tuum qui am-
bulas super pennas ventorum. Item ascendit
super cherubin et volauit super pennas ven-
torum. Cum autem usque ad celum supernale
id est dei equalitatem ascendit patet
per illud quod dicitur Marci ultimo et dominus
quidem Jesus postquam locutus est eis assumptus
est in celum et sedet a dextris dei. Dex-
tera enim dei est equalitas dei. Unde Bernardus
Domino meo singulare est a deo genitum
et datum est ei sedere a dextris glorie
ipsius utpote in gloria coequali et essencia
consubstanciali pro generacione consimili maiestate

[illegible] et [illegible] cum descenderit [illegible] quod qui ascendit super omnes celos. De [illegible] ad Philippenses ii factus est obediens usque ad mortem, ubi dicit Augustinus: Humilitas claritatis est meritum. De tercio in psalmo dicitur: Ascendit super cherubim, id est super omnis scientie plenitudinem. De quarto patet quia etiam ascendit super seraphym. Causa septima quare ascendit Christus notum quod ascensionis sue novem sunt fructus sive utilitates. Prima causa est ablatio amoris corporalis. Johannis xvi: Nisi ego abiero paraclitus non veniet ad vos. Unde Augustinus: Si carnaliter magistri adheserint, capaces spiritus non erunt. Secunda est maior cognicio dei. Johannis xiiii: Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem, ubi dicit Augustinus: Ideo subtraho vobis formam servi in qua pater maior me est, ut deum spiritualiter videre possitis. Tercia est meritum fidei. De hoc dicit Leo in sermone de ascensione: Tunc ad equalem patri filium eruditior fides gressu mentis cepit accedere et contrectationem corporee in Christo substancie qua patre minor non est non indiguit. Cuius hic vigor est mentium et fidelium corde que corporeo non videntur intuitu et ibi figere desiderium ubi nequeas inferre conspectum. Augustinus de confessione: Exultavit ut gigas ad currendam viam. Non enim tardavit sed cucurrit dictis, factis, morte, vita, descensu, ascensu, clamans ut redeamus ad eum, et discessit ab oculis ut redeamus ad cor et inveniamus eum. Quarta causa eius est nostra securitas. Ideo enim ascendit ut noster advocatus sit. Valde enim securi debemus esse cum talem advocatum apud patrem nos habere considerimus. Johannis ii: Advocatum habemus apud patrem Jesum iustum, et ipse est propiciator pro peccatis nostris. De hac securitate dicit Bernardus: Securum habes accessum, o homo, ubi mater ante filium, filius ante patrem. Mater ostendit filio pectus et ubera, filius ostendit patri latus et vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa ubi tot sunt caritatis insignia. Quinta est nostra dignitas. Magna quidem nostra dignitas est cum natura nostra usque ad dexteram dei exaltata est. Unde et angeli hanc dignitatem [illegible] sic dicit [illegible] ipsi [illegible] et dicit in Daniele [illegible] omnes [illegible] ubi dicit Gregorius quod in veteri lege non prohibuit se adorari angelus, sed post ascensionem videns super se exaltatum hominem ab homine timuit adorari. Unde Leo papa in sermone de ascensione: Natura hodie nostre humanitatis ultra omnium altitudinem potestatum ad dei patris est provecta consessum, ut mirabilior fieret gracia dei, cum remoto a conspectu hominum, quo merito reverenter sentiebatur, ut fides non diffideret, spes non fluctuaret et caritas non tepesceret. Sexta est spei nostre soliditas. Hebreorum iiii: Habentes pontificem magnum qui penetravit celos Jesum filium dei teneamus fidei nostre confessionem. Idem ad Hebreos vi: Qui confugimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi precursor pro nobis introivit Jesus. De hac dicit Leo papa: Christi ascensio nostra est provectio, et quo precessit gloria capitis eo spes vocatur et corporis. Septima est vie ostensio. Michee ii: Ascendit iter pandens ante eos. Augustinus: Via tibi facta est ipse salvator. Surge et ambula, habeas non pigrescere. Octava ianue celestis apertio. Sicut enim primus Adam aperuit ianuam inferni, sic secundus paradisi. Unde ecclesia cantat: Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna celorum. Nona loci preparatio. Johannis xiiii: Vado parare vobis locum. Augustinus: Domine para quod paras. Nos enim tibi paras cum locum nobis paras, et tibi est in nobis locus et in te nobis.

Spiritus sanctus hodierna die, ut sacra actuum testatur hystoria, in apostolos in linguarum igneis missus est. Circa cuius missionem sive adventum octo sunt consideranda. Primo a quo modo mittitur seu missus [illegible] missus est. Sexto in quos missus est. Septimo post quid missus est. Octavo per quid missus est. Nono quod ipsum spiritum sanctum pater misit et filius misit et ipse etiam spiritus sanctus seipsum dedit et misit. De primo Johannis xiiii°: Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo. De secundo Johannis xvi°: Si autem abiero mittam eum ad vos. Missio enim in istis inferioribus habet comparacionem ad suum mittentem sub triplici habitudine scilicet ut ad causam essendi et sic mittitur radius a sole, aut ut ad causam virtutis et sic mittitur iaculum a proiciente, aut ut ad causam iurisdictionis sive auctoritatis et sic mittitur nuncius a precipiente. Sed isto triplici modo missio competit spiritui sancto. Mittitur enim a patre et a filio tanquam ab eius principio potente et auctoritate in operando [illegible] et ipse spiritus sanctus seipsum dedit et misit quod videtur insinuari Johannis xvi° capitulo: Cum autem venerit ille spiritus veritatis etc. Sicut Leo papa in sermone de pentecosten: Beate trinitatis incommutabilis deitas una est in substancia indivisa in opere concors in voluntate par in omnipotencia coequalis in gloria. Dixit autem sibi opus nostre redempcionis misericordia trinitatis ut pater propiciaretur filius propiciaret spiritus sanctus igniret. Etiam cum spiritus sanctus est deus ideo mittere seipsum dicitur. Hoc autem quod spiritus sanctus deus sit ostendit Ambrosius in de spiritu sancto sic dicens: Ex quatuor istis manifesta divinitatis gloria eius comprobatur. Deus enim esse ~~cognoscitur~~ cognoscitur aut quia sine peccato est aut quia [illegible] peccata condemnat aut quia creatura non est sed creator est. Et in hoc ostenditur quod tota trinitas se nobis totaliter exhibuit. Pater enim omnia que habuit nobis exhibuit. Unde sicut dicit Augustinus: Misit nobis filium suum in precium nostre redempcionis et seipsum totum servat in hereditate adoptatis. Similiter filius totaliter se nobis exhibuit. Unde sicut dicit Bernardus: Ipse pastor, ipse pascua, ipse redemptio; dedit enim nobis animam in precium, sanguinem in potum et carnem in cibum.

[illegible] sapiencie lumen primo in [illegible] in celo [illegible] sicut Leo papa: Spiritus sanctus est inspirator fidei, doctor sciencie, fons dileccionis, signaculum castitatis et tocius causa salutis. Circa secundum, quot scilicet modis mittitur sive est missus. Notandum quod duobus modis mittitur scilicet visibiliter et invisibiliter. Invisibiliter enim in mentibus castitatis illabitur et visibiliter cum aliquo signo visibili demonstratur. De missione invisibili dicitur Johannis iii°: Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed nescis unde veniat aut quo vadat. Nec mirum quia sicut dicit Bernardus de verbo invisibili: Per oculos non intravit quia non est coloratum, sed neque per aures quia non sonuit, sed neque per fauces quia non est mixtum aut haustum, neque tactu corporis ullo quia palpabile non est. Queris igitur cum sint investigabiles vie eius unde adesse noverim. Nempe ex motu cordis intellexi presenciam eius et ex fuga viciorum adverti potenciam virtutis eius et ex discussione eius sive redargucione occultorum meorum admiratus sum profunditatem sapiencie eius et ex reformacione et renovacione spiritus mentis mee percepi utcumque decorem speciei eius et contuitu horum omnium simul expavi multitudinem magnitudinis eius. Hec Bernardus. Missio autem hec visibilis est cum aliquo visibili signo ostenditur. Et notandum quod in quadruplici specie visibili spiritus sanctus monstratur scilicet primo in specie columbe super Christum baptizatum Luce iii°: Descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Secundo in specie nubis lucide super Christum transfiguratum Mathei xvii°: Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos. Ubi sic dicit glossa: Sicut baptizato domino sic et clarificato misterium sancte trinitatis ostenditur, spiritus sanctus ibi in columba hic in nube lucida. Tercio in specie flatus Johannis xx°: Insufflavit et dixit: Accipite spiritum sanctum. Quarto in specie ignis. Quinto in specie lingue et in hac duplici specie apparuit hodierna die. Ideo autem in hac quintuplici specie se monstratus est ut videtur intelligi quod [illegible]

[illegible] in [illegible] spiritus [illegible] quos replet [illegible] patris gemme. Ysaie xi [illegible] et quasi columbe meditantes gememus. Ro. viii: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est nos postulantes aut facit et gementes. Secundo sine felle amaritudinis esse. Sapie xii: O quam bonus et suavis est domine spiritus tuus in nobis. Item ibidem vii vocatur suavis benignus humanus. Ergo eo quod homines suaves humanos et benignos facit: suaves in sermone, benignos in corde et humanos in opere. Tertio in foraminibus petre, id est in Christi vulneribus habitare. Cantici ii: Surge amica mea sponsa mea et veni columba mea. Glossa: Foveas michi pullos meos infusione spiritus sancti. In foraminibus petre, id est in Christi vulneribus habitare. Trenorum ultimo: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: in umbra tua vivemus in gentibus. Quasi diceret: spiritus qui est oris nostri, id est quod os nostrum est Christus dominus, quia dominus noster et caro nostra facit nos dicere Christo: in umbra, id est in passione tua, in qua Christus fuit tenebrosus et despectus, vivemus per iugem memoriam. Secundo in specie nubis lucide monstratur, quia nubes a terra elevatur et pluviam generat et refrigerium parat. Sic spiritus sanctus quos replet a terra elevat per contemptum terrenorum. Ezechiel viii: Elevavit me spiritus inter celum et terram. Item Ezechielis primo: Quocumque ibat spiritus illuc et rote pariter elevabantur sequentes eum; spiritus enim vite erat in rotis. Item Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro. Secundo refrigerium prestat contra incendia viciorum. Luce i beate virgini dictum est: Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi, id est te ab omni estu refrigerabit. Unde et spiritus sanctus vocatur aqua que habet virtutem refrigerativam. Johannis vii: Flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant in eum credentes. Tertio generat pluvias lacrimarum. Psalmista

[illegible] in [illegible] et ad spiritum [illegible] spiritus sanctus est [illegible] id est [illegible] ex aliis se diffundendum. Omnibus enim mobilibus mobilior est. Actuum ii: Factus est repente de celo sonus advenientis spiritus sancti. Restat tertia maliuad spiritus sancti gratia. Primo calidus ad inflammandum. Luce xii: Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat. Unde et austro vento calido comparatur. Cantici iiii: Surge aquilo et veni auster. Secundo lenis est ad intendendum. Unde ad insinuandum eius lenitatem vocatur nomine unctionis. Johannis ii: Unctio eius docebit vos de omnibus. Unde cantat ecclesia: et spiritalis unctio. Item nomine aure tenuis. iii Regum xix: Et post ignem sibilus aure tenuis et ibi dominus. Tertio necessarius est ad respirandum. Adeo quippe necessarius quod si ad horam subtraheretur, homo continue moreretur. Sic et de spiritu sancto intelligendum est. Psalmista: Auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Johannis vi: Spiritus est qui vivificat. Quarto monstratus est in specie ignis. Quinto in specie lingue. Quare autem in hac duplici specie apparuit dicetur infra. Circa tempus scilicet quo ipse missus est notandum quod missus est L die a pascha Iudeorum. Autem L die missus est ut detur intelligi quod a spiritu sancto est legis perfectio, eterna remuneracio et peccatorum remissio. Legis perfectio, quia secundum glosam a die agni immaculati immolati L die data est lex de igne; in novo autem testamento L die a Christi pascha descendit spiritus sanctus. Et lex data est in monte Syna et spiritus sanctus in monte Syon. Lex in solum montis loco, spiritus sanctus datur in cenaculo. Unde per hoc insinuatur quod ipse spiritus sanctus est perfectio totius legis, quia plenitudo legis dilectio resurrectionem in [illegible] [illegible] designatur [illegible] quinquagesima dies qua spiritus sanctus datus est ~~[illegible]~~ denarius in [illegible] remissionis [illegible] continuit. Secundo peccatorum remissio, unde glossa ibidem: ideo in lo° die datur quia ut indulgencia fiebat in iubileo et per spiritum sanctum peccata dimittuntur. Et sequitur in glossa: in spirituali iubileo rei mortis solvuntur, debita remittuntur, exules in patriam revocantur, hereditas amissa redditur, servi id est homines peccatores venundati a iugo servitutis liberantur. Hec usque glossa. Rei mortis solvuntur et liberantur, unde ad Romanos viii°: lex spiritus vite in Christo liberavit me a lege peccati et mortis. Debita peccatorum remittuntur quia caritas operit multitudinem peccatorum. Exules in patriam revocantur. Psalmista: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Hereditas amissa redditur. Romanorum viii°: ipse spiritus sanctus testimonium reddidit spiritui nostro quod sumus filii dei; si autem filii et heredes. Servi a servitute liberantur. Corinthiorum iii°: Ubi spiritus domini ibi libertas. Circa tertium, scilicet quotiens apostolis missus est spiritus sanctus, dicendum quod secundum glossam tribus vicibus datus est: ante passionem, post resurrectionem et post ascensionem. Primo ad faciendum miracula, secundo ad peccata laxanda, tertio ad confirmanda. Primo quando eos misit ad predicandum et super omnia demonia et ut languores curarent eis potestatem dedit. Hec enim miracula per spiritum sanctum fuerunt, secundum illud quod dicitur Mathei xii°: Si autem in spiritu dei eicio demonia. Non tamen convenit ut quicumque habet spiritum sanctum faciat miracula, quia sicut dicit Gregorius: Miracula homines sancti non ~~faciat~~ faciunt sed ostendunt. Sed quicumque facit miracula habet spiritum sanctum, quia et mali asserunt se facere miracula dicentes: Domine nonne in nomine tuo demonia eiecimus, et dicet eis: Amen dico vobis, nescio vos. Deus autem facit miracula per auctoritatem, angeli per

[illegible] in [illegible] enim [illegible] per [illegible] publice [illegible] Secundo dedit eis spiritum sanctum cum eos insufflavit dicens: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur. Et quantum ad miracula alia et quantum ad maculam culpe que est in ipsa anima, et quantum ad reatum id est obligationem ad penam eternam, et quantum ad dei offensionem que simul et infusione gratie et voluntate conversionis remittuntur. Dicitur tamen sacerdos absolvere omnino quia absolvendum et a culpa insinuat, tum quia penam purgatorii in temporalem commutat, tum quia de ipsa pena purgatorii partem relaxat. Tertio dedit eis hodierna die spiritum sanctum quo eorum corda sic solidata sunt ut nichil tormenta timerent. Verbo [illegible] spiritu oris eius omnis virtus eorum. Gregorius: Tanta est spiritus sancti gratia quod si efficaciam invenerit dissolvit, si desiderium precedens consumit, si trepidationem abicit. Leo papa: Speraverant ab apostolis spiritus sanctus non ut tunc primum in sanctis habitator inciperet esse, sed ut sacrata ibidem frequentius sibi pectora accenderet et copiosius sibi inundaret, cumulans sua dona non inchoans, non ideo novus opere quia ditior largitate. Circa quartum, qualiter scilicet missus sit, tum signo in linguis igneis et ipse lingue apparuerunt sedentes. Sonus autem fuit repentinus quia spiritus sanctus tarda molimina nescit, celestis quia celestia efficit, vehemens quia timorem filialem inducit vel quia metum ab omni carnali amore vertit, unde dicitur vehemens quia [illegible] motu fuit etiam repletus quia spiritus sanctus omnes replevit. Unde dicitur: et repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui. Est enim triplex plenitudo que fuit in apostolis. Prima est vasis refundentis, ut in doliis cum plenum est non refundit. [illegible] vi° [illegible] [illegible] tum an perfecte plenum fuit [illegible]. Cum perfecte tandem plenum habere que non [illegible] [illegible] in paciencia sic signum habuit apostoli quia in tribulationibus pro impaciencia

[illegible]
[illegible] appetitu amoris [illegible]
qui sunt pleni ut gratie ne possunt
recipere aliud liquorem delectationis
terrene. Ysaie: plenus sum. Et
ideo holocausta offertis [illegible]
similiter qui gustaverit celestem sua-
vitatem ideo sit ne senciat terrenam
voluptatem. Augustinus: Qui autem biberit
de flumine paradisi cuius gutta maior
est occeano, restat ut in eo sitis
mundi extincta sit. Hoc signum ha-
bebant apostoli qui nichil proprium voluerunt ha-
bere sed in quo omnia dimiserunt. Tercium
signum est semper fluere ut in flumine
in undante exigitur. Plenus qui
implet quasi Fison sapienciam ad instar
illius fluminis quod est de fluvijs et
circumiacentia rigat, sic apostoli ceperunt
loqui variis linguis. Ecce signum
plenitudinis: plenum vas erumpit, ignis
inclusus ideo per occasum. Ceperunt
enim statim circumiacentia irrigare, unde
statim Petrus predicare cepit et tria
milia hominum convertit. Secundo missus
in linguis igneis fuit. Circa quod
tria videnda sunt. Primo quare appa-
ruit quomodo in linguis igneis.
Secundo quare potius in igne quam
in alio elemento. Tercio quare in
lingwa potius quam in alio modo.
De primo sciendum quod triplici racione ap-
paruit in linguis igneis. Primo
ut ignea verba proferrent. Secundo ut
legem igneam predicarent, scilicet legem
amoris. De hiis duobus Augustinus: Ideo
sic devenit spiritus sanctus in linguis
igneis ut linguis omnium gentium
verba ignea loquerentur et legem
igneam lingue igne predicarent.
Tercio spiritus sanctus ut qui ignis est
per eos loqui ostenderet et sic ne
diffiderent et ne aliorum quisquam quod
sciem sibi attribuerent et ut omnes
verba tamen dei audirent. De se-
cundo sciendum quod missus est in specie ignis
multiplici racione. Prima sumitur penes
omnes septiplices gratias spiritus sancti, quam
ad modum ignis alta humiliat pro-

[illegible]
[illegible] conspicit
merita tollendo indigenciam pro-
dono meliorum similiter deinde pro-
no sapiencie. Secunda sumitur penes
omnes meliorum. Sic est dignitate
et excellencia ignis. Unde excellit
omnia elementa, scilicet ordine et
virtute: ordine racione preheminencie in
luce, ordine racione sublimita-
tis in situacione, virtute racione vir-
tuositatis in actione. Sic et spiritus
sanctus in donis omnia excedit. Unde
primo dicitur spiritus sanctus in commentario
quod ipse sanctus est, qui capiat omnes in-
telligibiles spiritus. Ipse enim
super omnes sapiencie virtutum. Sapiencie
vii°. Tercia sumitur penes eius
multiplicem efficaciam quam ei
assignat Rabanus sic dicens: Ignis
quatuor habet naturas: urit, purgat, cale-
facit, illuminat. Similiter spiritus sanctus
comburit peccata, purgat corda, teporem
excutit, ignoranciam illustrat. Hec
Rabanus. Comburit peccata. Unde
Zacharias: Per ignem eorum uram eos
sicut uritur argentum. Sic est igne
exuri patebat. Ysa dicens:
ure renes meos et cor meum. Purgat
corda. Ysaie iiii°: Si sanguinem la-
verit de medio eius in spiritu iudi-
cii et spiritu ardoris. Teporem
excutit. Unde dicitur de illis quos
replet spiritus sanctus Romanorum
xii°: spiritu ferventes. Unde Gregorius:
In igne apparuit spiritus sanctus
qui ab omni corde quod replet tor-
porem frigoris excutit et in de-
siderio sue eternitatis accendit.
Ignoranciam illustrat. Sapiencie
ix°: Sensum autem tuum quis
sciet nisi tu dederis sapienciam et
miseris spiritum sanctum tuum de altis-
simis; et prima ad Corinthios ii°:
Nobis autem revelavit deus
per spiritum sanctum. Quarta sumitur penes
amoris omnis rerum animi unum
quem significat per ignem triplici racione

Nota

[illegible] plet sat [illegible] in modico [illegible] operationum. Unde Gregorius: Nunquam est amor dei otiosus, operatur enim magna si est; si autem operari negligit, amor non est. Secundo quia ignis inter cetera elementa est maxime formale et modicum habet de materia et multum de forma, sic amor spiritus sancti quos replet facit modicum habere de amore carnali et plurimum de amore spirituali, ut iam non carnalia carnaliter sed potius spiritualiter diligat. Distinguit autem Bernardus quatuor modos diligendi, scilicet diligere carnem carnaliter, spiritum carnaliter, carnem spiritualiter et spiritum spiritualiter. Tertio quia ignis habet alta inclinare, sursum tendere, frigida adunare et congregare. Per hoc tria tangitur vis amoris. Amor enim secundum beatum Dionysium de divinis nominibus habet triplicem vim, scilicet inclinativam, elevativam et coordinativam. Inclinativam quia inclinat superiora inferioribus; elevativam quia elevat inferiora superioribus; coordinativam quia coordinat equalia coequalibus. Dionysius. Hanc enim triplicem amoris vim spiritus sanctus efficit in hiis quos replet, quia inclinat eos per humilitatem et surgentem elevat in desiderium superiorum supernorum et coordinat ad vitam per unitatem morum. De tertio sciendum quod apparuit potius in lingua quam in alio membro triplici ratione. Lingua enim est membrum igne gehenne inflammatum, difficile ad regendum et utile bene rectum. Quia igitur lingua in igne infernali inflammata erat, ideo igne spiritus sancti indigebat. Jacobi iii°.

[illegible] sciendum quod predicatoribus valde necessarius fuit et erit spiritus sanctus. Predicatoribus valde necessarius est; facit eos loqui ferventer absque tepiditate, et ideo missus est in specie ignis. Bernardus: Venit spiritus sanctus super discipulos in linguis igneis, ut verba ignea loquerentur et legem igneam lingue igne predicarent, confidenter absque pusillanimitate. Actuum ii°: Repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui. Secundum convenientiam verbi dei intelligere per capacitatis diversitatem auditoris, et ideo dicitur Actuum ii° quod ceperunt loqui variis linguis velut ad edificationem et utilitatem. Ysaie lxi°: Spiritus domini super me eo quod unxit me. Tertio lingue apparuerunt sedendo ad significandum quod presidentibus necessarius fuit; presidentibus quoque et prelatis necessarius est quia confert auctoritatem ad peccata remittendum. Johannis xx: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata; et sapientiam ad iudicandum. Ysaie xxviii°: Erit spiritus iudicii sedenti super omnem in iudicio et fortitudo per mansuetudinem ad superandum. Numeri xi°: Dabo eis de spiritu qui in te est ut supportent onus populi tecum. Spiritus Moysi mansuetus erat, ut patet Numeri xii°: Erat Moyses mansuetissimus. Quod ad informandum subditos. Job xxvi°: Spiritus domini ornavit celos.

Circa secundum, scilicet in quos missus est, sciendum quod missus est in discipulos qui fuerunt receptacula munda. Secundum quod de eis cantatur: Sunt enim receptacula munda et utilia ad suscipiendum spiritum sanctum propter septem que fuerunt in eis. Primo enim omnino fuerunt quieti, quod notatur in hoc quod dicitur

[illegible]

[illegible] in unitate et unitate. Octavo dilectione uniti quod notatur in hoc quod dicitur erant omnes pariter / erat enim cor eorum unum et anima una. Sicut enim spiritus humanus non vivificat membra corporis nisi sint unita sic nec spiritus sanctus membra spiritualia et sicut ignis lignorum divisione extinguitur sic spiritus sanctus per discordiam in hominibus et ideo contra de apostolis invenit eos concordes caritate et illustravit eos in unitate divinitatis deitatis. Nono loco secreto quod notatur in hoc quod dicitur in eodem loco id est in cenaculo. Osee ii ducam eos in solitudinem et loquar ad cor eorum. Decimo oratione assiduos unde dicitur erant perseverantes in oratione unanimiter unde Ecclesia canit orantibus apostolis deum venisse nuntiat. Quod autem oratio necessaria sit ad suscipiendum spiritum sanctum patet per illud Sapientie vii° invocavi et venit in me spiritus sapientie. Et Johannis xiiii° rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis. Undecimo humiliatione perditi quod notatur ad dicitur secundum Psalmum qui emittit fontes in convallibus id est qui gratiam spiritus sancti donat humilibus et super quem requiescet spiritus meus. Duodecimo pace quieti quod notatur in hoc quod dicitur qui erat in Jerusalem que interpretatur visio pacis quia enim ad recipiendum spiritum pax necessaria sit ostendit dominus Johannis xx° ubi primo obtulit pacem dicens pax vobis. Deinde statim insufflavit et dixit accipite spiritum sanctum. Tertio decimo contemplatione celesti quod notatur in hoc quod spiritus sanctus acceperunt in superiori cenaculo unde dicit Actus ibidem xiiii. Spiritus sanctus desiderat carnis domicilium contemplatorum mentis transcendentibus collocat. Circa septimum principale quod missus est notandum

[illegible] spiritus sanctus donum super me eo quod unxit me et sequitur ut ponerem consolationem lugentibus Syon. Gregorius: Consolator spiritus dicitur qui de peccati perpetratione merentibus dum spem venie parat ab afflictione tristitie mentem levat. Tertio ad vivificandum mortuos quod notatur cum dicitur spiritus quia spiritus est qui vivificat. Ezechielis xxxvii° ossa arida audite verbum domini ecce ego mittam in vos spiritum et vivetis. Quarto ad sanctificandum immundos quod notatur ad dicitur Sanctus enim sicut dicitur spiritus quia vivificat ita dicitur sanctus quia sanctificat et mundat unde super illud ibi est quod fluminis impetus letificat civitatem dei id est inundans gratia spiritus sancti letificat ecclesiam dei et super illud Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Quinto ad confirmandum amorem inter discordes et odiosos quod notatur in hoc quod dicitur pater enim pater dicit eo quod naturaliter diligit nos Johannis xvi° ipse enim pater amat nos. Si pater et nos filii et fratres ad invicem et inter fratres perfecta amicitia. Sexto venerat Christus ad salvandum iustos quod notatur in hoc quod dicitur in nomine meo quod est Jesus et salus interpretatur in nomine eius Jesu id est salutis pater misit. Sed ut ostendat quod ad salvandas gentes venit. Septimo ad docendum ignaros quod notatur in eo quod dicitur ille vos docebit omnia. Circa octavum quod datus est spiritus sanctus sive missus in primitiva ecclesia per orationem unde orantibus apostolis Luce iii° et orante Jesu descendit spiritus sanctus. Secundo per ubi etiam devotam et attentam audicionem Actuum x° Adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus. Tertio per assiduam orationem quod notatur in manuum impositione que significat absolutionem que fit in confessione.

G[illegible]dialis [illegible] quod est doctrina [illegible] clara [illegible] Augustinus in libro de civitate [illegible] domus est pacis [illegible] ampla et lucida sic iste sanctus fuit prius dispositus per concordie unitatem, amplius per caritatem, lucidus per veritatem.

Epimachus dicitur ab epi quod est supra et machin quod est rex quasi supra regem.

Gordianus Iuliani imperatoris vicarius cum quendam christianum nomine Ianuarium ad sacrificandum compelleret, ad predicationem tandem ipsius Ianuarii ad fidem cum uxore sua conversus est. Quod audiens Iulianus iussit Ianuarium in exilium mitti, Gordianum vero si sacrificare nollet capite truncari. Decollatus est igitur sanctus Gordianus et corpus eius ad canes per septem dies proiectum est. Sed cum intactum remansisset, tandem a familia rapitur cum beato Epimacho quem dudum predictus Iulianus occidi fecerat non longe ab urbe. Iuliano fere uno circa anno ~~[illegible]~~ domini ccc. lx. sepelitur regnante domino nostro Iesu Christo.

Nereus interpretatur lucis consilium vel Nereus a nere quod est lucerna et os festinans, vel Nereus dicitur a ne et reus, id est nequaquam reus. Fuit igitur consilium lucis in virginitatis predicatione, lucerna in honesta conversatione, festinans in zeli fervore.

Achilleus dicitur ab achi quod est frater meus et leos quod est salus quasi fratrum salus. Horum passionem Eutices, Victorinus et Maroserius conscripserunt.

Nereus et Achilleus

[illegible] filio [illegible] imperatoris [illegible] Nereus et Achilleus ei fidem predicarent ostendentes virginitatem deo esse proximam et angelis germanam, ~~mari~~ maritatam vero uxorem aut oportere viro subici pugnis et calcibus cedi, deformes partus sepius parere. Rursus quoque matris viri dulcia monita sustinere potest, oportet grandia convicia pati mariti. Illa autem inter cetera dixit: Scio patrem meum esse zelotipum et matrem meam ab eo plurima convicia passam fuisse. Nunquid vir meus futurus talis erit? Cui illi: Quamdiu sunt sponsi videntur esse benigni, sed mariti effecti crudeliter dominantur et aliquando ancillas preferunt dominabus. Omnis autem sanctitas amissa per penitentiam revocari potest, sola autem virginitas ad statum suum revocari non potest, ut ad statum pristine sanctitatis attingat. Tunc Christi famula Domitilla credidit et virginitatem vovit et a sancto Clemente velata est. Quod sponsus eius audiens, licentia a Domitiano impetrata, virginem cum sanctis Nereo et Achilleo in Ponciam insulam relegat, putans se posse per hoc virginis intentum immutare. Post aliquod tempus cum ipse ad insulam pervenisset et multis muneribus sanctos peteret ut virgini suaderent et ipsam inducerent, ipsi hoc penitus spreverunt et magis eam in domino confortabant. Quapropter eos ad sacrificia compellerent, et dicerent se a beato Petro baptizatos nullatenus posse ydolis ymmolare, capite cesi sunt circa annum domini lxxx. Eorum corpora iuxta sepulcrum beate Petronelle posita sunt. Alios etiam sanctos scilicet Victorinum, Eutichetem, Maroserium, quibus Domitilla adherebat tanquam suos tota die in suis prediis laborare faciebat et vespere cibarium eis ad manducandum dabat. Eutichetem cedi iussit donec spiritum exalaret, Victorinum vero in aquis fetentibus suffocari fecit et Maroserium saxo ingenti opprimi fecit. Cum autem in magnis petram quam viri lxx vix movere poterant super eum iactassent, ipse predictum lapidem in suos humeros accepit et quasi leves paleas

129

[illegible] eius [illegible] et ad ea misit quas cum Domicilla convertisset ad fidem venit Aurelianus ad sponsus predictarum puellarum et tribus ioculatoribus ad Domicillam venit ut eius nuptias celebraret et ipsam saltem violenter opprimeret sed cum predictos duos iuvenes convertisset Aurelianus Domicillam in thalamum introduxit et ibidem hymnos canere fecit et ceteros secum iussit saltare volens eam postmodum violare sed cum hymnum desiit incantando ceteri in saltando ipse tamen per duos dies non cessat quousque saltando deficiens expiravit. Luxurius vero frater eius impetrata licencia omnes qui crediderant interfecit et cubiculo ubi predicte virgines morabantur ignem subito posuit ipse adorantes Domino spiritum emiserunt quarum corpora sanctus Cezarius mane illesa reperiens sepelivit

Pancracius dicitur a pan quod est totum et gratus et cicius quasi totus cito gratus quia in sua puericia fuit totum gratum vel sicut dicitur in glozario pancras id est rapina pancracius flagellis subditus pancrus lapis varie coloratus ipse enim rapuit predam captivorum fuit subiectus flagellis tormentorum coloratus varietate virtutum

Pancracius nobilissimis ex parentibus ortus dum apud Frigiam patre et matre esset orbatus sub cura Dyonisii patrui sui relictus est ambo qui Romam ubi largum patrimonium redierunt in quorum vico Cornelius papa cum fidelibus latitabat a quo quidem Cornelio predicti Dyonisius et Pancracius fidem Christi [illegible] ambos simul [illegible] maus tibi ne mala morte moriaris quia cum puer sis facile decipieris et quia nobilis comprobaris et carissimi mei filius extitisti rogo ut recedas ab ista vesania ut velut filium meum te habeam. Cui Pancracius et si puer sum corpore cor tamen gero senile et virtute domini mei Jesu Christi terror vester tantum apud me est quantum pictura quam cernimus. Dii autem tui quos me hortaris colere deceptores et sororum stupratores fuerunt etiam et in parentibus pepercerunt quos si hodie servos tuos tales cognosceres protinus eos occidi iuberes. Unde miror quod tales non erubescis. Augustus igitur putans se a puero victum iussit eum in via Aurelia decollari circa annos domini CC lxxx cuius corpus Octavilla senatrix diligenter sepelivit. Ad eius sepulcrum ut ait Gregorius Turonensis si falsum iuramentum presumpserit aliquis ad cancellum chori priusquam perveniet aut statim a demone raptus insaniet aut cadens ad pavimentum vitam perdit. Lis non modica inter duos erat et uterque reum minime ignorabat. Zelo igitur iusticie iudex ductus ambos ad altare sancti Petri adduxit et ibi reum innocenciam suam quam pretendebat iuramento confirmare coegit rogans apostolum ut aliquo indicio ostenderet veritatem. Cum autem ille iurasset et nihil mali passus fuisset iudex eius malicie conscius zelo accensus iusticie exclamavit Senior iste Petrus aut nimis misericors est aut minori defert eamus ad Pancracium iuvenem et ab eo requiramus. Cum ergo venisset ad eius tumulum reus falsum iuravit et statim inde manum retrahere non potuit et ibidem post modicum expiravit. Unde usque hodie a plerisque observatur et super reliquias sancti Pancracii patroni iuramentum fiat

[illegible] inter tempus reconciliationis quod tempus representat ecclesia a pascha usque ad octavam penthecostes. Sequitur videre de festivitatibus que eveniunt inter tempus reconciliationis et peregrinationis quod tempus representat ecclesia ab octava penthecostes usque ad adventum domini. Principium autem huius temporis non semper est. Incipitur sed iuxta paschalem terminum variatur.

Urbanus dicitur ab urbanitate quod est lux vel ignis, ut bana, id est ratio. Fuit enim lumen per conversationem honestam, ignis per caritatem succensus, ratio per doctrinam. Vel fuit lumen sive lux, quia lux est in aspectu amabilis, in essentia immutabilis, in situ celestis, in actu presentibus delectabilis. Sic iste sanctus fuit amabilis in conversatione, immutabilis in mundi despectione, celestis in contemplatione, utilis in predicatione.

Urbanus Calixto pape successit, cuius tempore cum fuisset maxima persecutio christianorum, tandem Alexander, cuius mater Aurea christiana erat quam Origenes converterat, precibus suis ipsa igitur filium precibus matris induxit ut a christianorum persecutione cessaret. Verumtamen Almachius Rome prefectus, qui beatam Ceciliam decollavit, in christianos crudeliter seviebat. Sanctum igitur Urbanum diligenter inquiri fecit et in quodam antro cum tribus presbiteris et tribus diaconibus repertum in carcerem mitti iussit. Post hec coram se ipsos adduci precepit et quod quinque milia librarum cum sacrilega et illustribus viris Thiburcio et Valeriano subtraxerat arte cibis abiiceret [illegible] per manus [illegible] con-scendit. Cum ergo sanctum Urbanum cum ceteris plumbatis torqueret et ipse nomen domini Eliom invocaret, subridens prefectus ait: Sapiens vult senex iste videri et ideo incognita loquitur. Cum autem superari non possent, iterum in carcerem recluduntur. Ubi tres tribunos ad se venientes cum custode carceris Anolino sanctus Urbanus baptizavit. Audito igitur quod Anolinus christianus esset, coram prefecto sistitur et sacrificare renuens decollatur. Sanctus autem Urbanus cum sociis ad simulacrum ducitur et thura imponere urgetur. Dum orante Urbano simulacrum cecidit et xxii sacerdotes qui ignem ministrabant occidit. Dein gravissime laniatur et post hec ad sacrificandum ducitur, qui in ipsum ydolum conspuentes frontes cruce munierunt et invicem dato pacis osculo capitalem sententiam receperunt sub Alexandro qui cepit regnare circa annum CC xx. Sed statim a demone arripitur et deos suos blasphemans et christianos invitus magnificans a demone suffocatur. Quod eius uxor Marmonia videns cum filia sua Lucia et tota familia sua a sancto Fortunato presbitero baptisma suscepit et post sanctorum corpora honorifice sepelivit.

Petronella, cuius vitam sanctus Marcellus scripsit, fuit filia sancti Petri apostoli, que cum nimis speciosa esset et ex voluntate patris febribus laborabat. Discumbentibus apud eum discipulis dixit ad eum Titus: Cum a te sanentur omnes infirmi, cur Petronellam iacere permittis? Cui Petrus: Quia sic ei expedit. Verumtamen ne putetur impossibilitas sanitatis eius meis sermonibus excusari, ait ad illam: Surge Petronella cito et ministra nobis. Que statim sanata surrexit et eis ministravit. Completo autem ministerio dixit ei Petrus: Petronella, redi ad lectum tuum. Que statim rediit et ut prius laborare cepit febribus. At ubi in amore dei cepit esse perfecta, eam perfecte sanavit.

Cum [illegible] [illegible] ad me [illegible] venire [illegible] ad suam domum iubeat [illegible] ad ille perveniret. Petronella ieiuniis insistere cepit et corpus domini suscipiens ac in lecto se reclinans post triduum ad dominum migravit. Flaccus vero delusum se videns ad Feliculam Petronille sociam se convertit et ut sibi aut sibi nuberet aut ydolis ymmolaret. Quod cum illa utrumque renueret, prefectus septem diebus sine cibo et potu eam in carcere esse precepit ac post modum in eculeo tortam occidit ac eius corpus in cloacam proiecit. Quod cum sanctus Nicomedes elevans sepelivit, unde a Flacco comite Nicomedes accersitus et sacrificare renuens plumbatis ceditur et in Tyberim corpus eius proicitur, sed a Justo eius clerico levatur et honorifice sepelitur.

Petrus exorcista cum ab Archemio in carcere detineretur, prefati Archemii filia a demone vexabatur et ob hoc eius pater sepius plangeret. Dixit ei Petrus quod si in Christum crederet statim filia eius sanitatem reciperet. Cui Archemius: Miror qua ratione deus tuus filiam meam sanare posset qui te tanta patientem liberare non potest. Cui Petrus: Potens quidem est deus meus eripere me, sed vult ut per passionem transitoriam perveniamus ad gloriam sempiternam. Cui ait Archemius: Sine catenas super te duplicare. Si deus tuus liberaverit te et filiam meam sanaverit, protinus in ipsum credam. Quod cum factum fuisset, sanctus Petrus candidis vestibus indutus et tenens signum crucis eis apparuit et ille eius se pedibus prostravit et filia eius sanata apparuit. Ipse cum tota domo sua baptisma suscepit, promisit quod aliis incarceratis ut exirent liberi quicumque vellet christiani. Multis quoque aliis credentibus a beato Marcellino presbitero baptizantur. Quod audiens pre[illegible] [illegible] ad se Archemius convocavit et illum [illegible] deosculans dixit ei: Si quis vellet venire ad martirium veniret intrepidus et quis vellet abiret illesus. Comperto autem illo iudex quod Marcellinus et Petrus eos baptizassent, eos accersivit et eos separatim in carcerem reclusit. Marcellinus quidem nudus super vitrea fragmenta prosternitur et a lumine et aqua negatur. Petrus vero in alio carcere in artissimo cippo constringitur. Angelus autem domini Marcellinum induens et solvens ipsum cum Petro in domo Archemii restituit et ut septem diebus populum domini confortarent et post ea se iudici presentare precepit. Cum ergo prefectus iudex eos in carcere non invenisset, accersitum Archemium et sacrificare nolentem in cripta cum uxore sua obrui iussit. Quod sanctus Petrus et Marcellinus audientes et in illa cripta sanctus Marcellinus christianis se protegentibus missam celebravit. Dixeruntque sancti ad incredulos: Ecce Archemium poteramus liberare et nos abscondere et neutrum voluimus facere. Tunc irati gentiles Archemium gladio necaverunt, uxorem vero eius cum filia lapidibus obruerunt. Marcellinum vero et Petrum ad silvam nigram que nunc candida dicitur propter corpora martirum destinavit et ibi eos decollavit tempore Diocletiani qui cepit regnare anno domini CCLXXXVII. Animas eorum vestibus splendidis et gemmis indutas ab angelis deferri spiculator nomine Dorotheus vidit, unde christianus effectus est et post modum in pace quievit.

Primus dicitur summus et magnus. Felicianus dicitur quasi felix anus, id est felix senex. Ille enim dicitur summus sive magnus dignitate propter martirii passionem, propter miraculorum operationem, sanctitate [illegible] senes in urbe Romae [illegible] cum ecce venerabilem dignitatem sapientie maturitate et morum gravitate. Primus et Felicianus apud Diocletianum et Maximianum accusantur a templorum pontificibus quod nisi eos sacrificare fecerint nulla a diis beneficia obtinere valerent. Jussu igitur imperatorum in carcerem recluduntur, sed ab angelis soluti iterum imperatoribus presentantur. Cumque in fide firmi persisterent crudeliter laniati ab invicem separantur. Dixit autem preses Feliciano ut sue senectuti consuleret et diis immolaret. Cui Felicianus: Ecce iam lxxx annos habeo et xxx anni sunt ex quo veritatem agnovi et elegi deo vivere qui me potest de tuis manibus liberare. Tunc jussit eum preses ligari manibus ac pedibus clavos affigi eique dixit: Tamdiu sic eris donec nobis consenseris. Cumque ille leto vultu persisteret eum ibidem torqueri jussit et nichil penitus ministrari. Post hec sanctum Primum adduci fecit eique dixit: Ecce frater tuus imperatorum decretis consensit et ob hoc magnus in palacio est effectus, tu ergo similiter age. Cui ille: Licet dyaboli filius sis, verum tamen in parte dixisti quia frater meus imperatori celesti consensit. Tunc iratus preses jussit latera eius accendi facibus plumbumque bulliens in os eius fundi, videntibus Feliciano ut sic terreri posset. Ipse autem plumbum tanquam aquam suaviter bibit. Tunc preses iratus duos leones ad eos mitti precepit, qui statim ad eorum pedes se prostraverunt et tanquam agni mansueti circa eos steterunt. Iterum ursos crudeles dimittit et eadem leonibus mansuetudine extiterunt. Ad hoc spectaculum plus quam xii milia virorum de quibus quingenti viri [illegible]

[illegible] eadem [illegible] passi sunt autem circa annos domini cclxxxvii.

Barnabas interpretatur filius venientis vel filius consolationis aut filius prophete aut filius concludens. Quatuor vicibus ponitur filius propter quatuor modos filiationis. Quatuor enim in scriptura filius ratione generationis, imitationis, eruditionis et adoptionis. Fuit enim a Christo generatus per baptismum, eruditus per evangelium, imitatus per martirium et ab ipso adoptatus per celeste premium. Et hoc vero quantum ad se. Quantum vero ad alios fuit adveniens, consolationis filius vel consolans, vel propheta et concludens. Adveniens discurrendo et predicando ubique, quod patet quia fuit socius Pauli. Consolans pauperes desolatos quibus elemosinam detulit, desolatos quibus a parte apostolorum epistolam destinavit. Propheta quia prophecie spiritu claruit. Concludens quia magnam multitudinem in fide congregavit et adunavit, sicut patet quando missus fuit in Antiochiam. De hiis quatuor Actuum xi° dicitur: Erat vir etc. Virilis quantum ad primum, bonus quantum ad secundum, plenus spiritu sancto quantum ad tertium et fidelis quantum ad quartum. Eius passionem compilavit Johannes qui in martirio eius consobrinus fuit maxime a visione quam vidit usque fere in finem, quam Beda de greco in latinum creditur transtulisse.

Barnabas levita Cyprius genere unus de lxxii discipulis domini in historia actibus in multis laudatur et extollitur. Fuit enim optime informatus et ordinatus quantum ad se et quantum ad deum et ad proximum. Quantum ad se ordinatus extitit secundum tres vires scilicet rationalem, concupiscibilem et irascibilem. Rationabilis fuit secundum lumen cognitionis. Unde Actuum xiii° dicitur: Erant autem in ecclesia que erat Antiochie prophete et doctores in quibus Barnabas et Symon. Secundum concupiscibilem purgatam

[illegible] eq viri [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] gra despexerunt
[illegible] qd tange devitat et docet cul-
tandum esse aurum quod subdit gressibus a-
postolorum Tercio fuit irrasabilem in roborata
magnitudine probitatis et fuit vilis in
aggrediendo ardua vel perseuerantur a-
gendo fortia vel constanter superando adversa
vilis aggrediendo ardua sicut patet in hoc
quod iam maximam ciuitatem Anthiochiam ad
conuersionem accepit sicut est patet Act. xi°
Secunda cum post conuersionem paulus Jerusalem
venisset et iungere se discipulis vellet et
omnes eum tamquam lupum agni fugerent Bar-
nabas audacter eum apprehendit et ad dis-
cipulos duxit. Perseuerantur in operando for-
tia quia corpus suum maceravit et ieiunan-
do affixit unde dicitur Act. xiii° de Barna-
ba et quibusdam aliis ministrantibus autem
illis deo et ieiunantibus constanter sufferen-
do adversa sicut apostoli patres perhibent testimo-
nium dicentes carissimis nostris Barnaba
et paulo hominibus qui tradiderunt animas
suas pro nomine domini nostri iesu christi Sexto
fuit ordinatus quantum deferendo dei aucto-
ritati maiestati et bonitati quod patet quod est
quia officium predicationis sibi non usurpat
sed hoc ex auctoritate dei accipere voluit
Sicut habetur Act. xiii° dixit spiritus sanctus se-
gregate mihi Barnabam et paulum in opus
quod assumpsi eos. Secundo dei maiestati cum enim
hii quod habetur Act. xiiii° Maiestatem divinam
sibi vellent attribuere et ei tamquam deo
hostias immolare vocantes eum Jovem tamquam
priorem et paulum Mercurium tamquam predica-
torem et eloquentem continue Barnabas
et paulus conscissis tunicis clamaverunt
viri quid facitis et nos mortales sumus
similes vobis homines annunciantes vobis
ab hiis vanis converti ad deum deum vivum
Tercio dei bonitati unde sicut habetur Act. xv°
Gracie dei qua gratis et non ex lege
sumus salvati [illegible] eam quidam ex iudeis
nisi vellet fideles arctare et diminuere as-
serentes hoc sine circumcisione nequaquam suf-
ficere paulus et Barnabas contra eos [illegible]

[illegible] sufficit ordinem insti-
tuisse apostolorum et [illegible] et co-
[illegible] apostolorum epistolas inspe-
[illegible] Quarto fuit optime ordinatus
ad proximum quia gregem christi pavit ver-
bo et exemplo et beneficio quia verbum dei sollici-
te evangelizavit verbo ubique unde dicitur
Act. xv° Paulus et Barnabas de-
morabantur Anthiochie docentes et e-
vangelizantes cum aliis pluribus verbum
dei hoc est patet per illam magnam multitudinem
quam Anthiochie convertit adeo ut primum
vocarentur discipuli christiani Exem-
plo quia vita sua fuit omnibus speculum
sanctitatis et exemplum religionis fuit enim
in omni suo tempore vilis et strenuus omni-
morum bonitate conspicuus omni gloria
spiritu sancto plenus et omni virtute et fi-
de preclarus de hiis quatuor habetur Act.
xv° Miserunt Barnabam Anthio-
chie Et sequitur hortabatur omnes
proposito cordis permanere in domino quia erat
vir bonus spiritu sancto et fide Tercio benefi-
cio et hoc duplicat est enim duplex
beneficium sive elemosina scilicet corporalis
que consistit in necessariis vite sub-
ministrande et spiritualis que consistit in
offense dimissione primam habuit beatus
Barnabas cum victualia fratribus qui erant
in Jerusalem detulit unde sicut dicitur Act. xi°
Cum facta esset fames magna sub Clau-
dio et ut prophetaverat Agabus prophe-
ta quisque habebat proposuerunt in ministerium
mittere ~~[illegible]~~ habitantibus fratribus in Jerusalem
quod et fecerunt mittentes per manus Bar-
nabe et pauli Secundam habuit quando Johannem
qui cognominabatur Marcus offensam
dimisit nam cum prius discipulus Bar-
nabam et paulum reliquisset redeunti
et penitenti Barnabas indulsit et
iterum discipulum suscepit paulus vero iterum
recipere noluit in discipulum venit et
ideo inter eos separatio facta fuit utrique enim
ex pia causa et intencione fecit quia
Barnabas ipsum assumpsit hoc fecit
ex dulcedine mansuetudinis paulus

Stat Act. xv [illegible] in spiritu [illegible] fe-
rventias nimis tepide se gerebat mente
Paulus ipsum abiecerat ne illius qui contagi-
one virtus aliorum corrumperetur. Illa autem
separatio non ex ~~fit~~ fuit ex commotione vicii sed
ex ~~instinctu~~ instinctu spiritus sancti ut scilicet
ab invicem separarentur et pluribus predica-
rent sicut et postmodum fecerunt. Nam cum esset
Barnabas in yconia civitate predicto Jo-
hanni eius consobrino vir quidam splen-
didus in visu apparuit dicens Johannes constans
esto quia ~~quia~~ erit a modo non Johannes sed
excelsus vocaberis. Quod cum ille Barna-
be retulisset dixit et cave ne cuiquam
quod vidisti reveles. Nam inde similiter dominus
apparuit dicens Barnaba constans esto quia
eterna premia percipies eo quod gentem tuam re-
liquisti et animam tuam pro nomine meo tra-
didisti. Cum ergo Paulus et Barnabas
diu in Anthiochia predicassent angelus
Paulo apparuit angelus domini festina ve-
nire in Jerusalem quia quidam fratres adven-
tum tuum prestolantur ibidem. Cum ergo Barna-
bas Cyprum vellet pergere et parentes su-
os ibi visere, Paulus autem Jerusalem properare
vellet, sancto spiritu sic instigante ab invicem
discesserunt. Verum cum Paulus Barnabe quod
sibi angelus dixerat indicasset dixit
Barnabas Fiat voluntas domini. Nunc ad
Cyprum vado et ibi vitam finiens te am-
plius non videbo. Et cum flens pedibus
eius se humiliter volutaret compaciens
ei Paulus ait Noli flere quia sic volun-
tas dei fuit. Nam et michi dominus apparuit
in hac nocte dicens Ne prohibeas Bar-
nabam ire Cyprum quia multos ibi
illuminabit et martirium consummabit. Pergens
igitur Barnabas Cyprum cum Johanne
ewangelium sancti Mathei detulit secum et
super infirmos ponens multos dei virtute
sanavit. Cum ergo de Cypro exissent in-
venerunt Elimam magum quem Paulus
lumine oculorum ad tempus privaverat qui eis
resistebat et transitum civitatis prohibuit
intrare. Die igitur quadam ~~[illegible]~~ vidit Bar-
[illegible] in [illegible] oppressit [illegible]
pervenit et ibi [illegible] seditionem non mo-
dicam concitavit. Comprehendentes ergo eum
Barnabam affectum iniuriis trahebant et iu-
dici civitatis tradere festinabant. Comperto autem
quod Eusebius magnus vir et potens de
gene Neronis illuc devenisset timuerunt
Iudei ne ipsum de manibus eorum eriperet
et sic liberum eum abire permitteret ligan-
tes igitur funem in collo eius extra portam
eum traxerunt et ibidem eum protinus combus-
serunt. Denique nec sic impii Iudei satia-
ti ossa eius in quodam vase plumbeo
concluserunt et in mare ea proicere volu-
erunt. Johannes autem discipulus eius cum
duobus aliis de nocte consurgens ea ra-
puit et in quadam cripta occulte sepe-
livit que ibidem ut ait ~~[illegible]~~ Sigisbertus
usque ad tempora Zenonis imperatoris page-
sii tempore usque ad annum domini .l. iiii. la-
tuit. Dorotheus autem vero sic ait cu-
ius ipso tempore reperta fuerunt. Barnabas
in Roma primum predicavit. Episcopus
Mediolanensis fuit et in Cypro passus.

Vitus dicitur a vita. Distinguit autem
Augustinus in libro de civitate
dei triplex est genus
vite scilicet actuosum quod
pertinet ad vitam activam. Ociosum quod pertinet
ad vitam contemplativam spiritualem et talia
quod utroque composita et hoc triplex
genus vite fuit in eo. Vel Vitus dicitur
quasi virtuosus. Modestus quasi in mo-
do virtutis. Qualis cum virtus tamquam medium
consistens duo vicia tamquam extrema. Nam
extrema prudentie sunt dolositas et fatu-
itas. Extrema temperantie desiderium
carnalium amplexio vel omnimoda sui
afflictio. Extrema fortitudinis pusil-
lanimitas et temeritas. Extrema iu-
sticie crudelitas et remissio.

v Vitus puer christianus
et fidelis annorum xii

[illegible]
cedentis [illegible] plus [illegible]
fuit et sacrificare noluit [illegible]
iussit brachia eius [illegible] et manus
presidis [illegible] Clamat ergo preses
Ve mihi quia manum amisi Cui Vitus Ve-
niant dii tui et te sanent si possunt Cui
ille Nunquid et tu potes facere illud Cui Vitus
In nomine domini possum Statim ergo pro eo ora-
vit et sanitatem sibi obtinuit Dixit ergo
preses patri Corripe tu puerum tuum ne male
pereat Tunc eum in domum ducens diversis in-
strumentorum generibus et puellarum ludis aliisque
deliciis quibus mutare animum pueri sa-
tagebat Cumque eum in thalamum inclu-
sisset mirabilis odoris fragrancia prode-
uit que patrem et totam familiam nimio
odore perfudit Aspiciens ergo pater per ostium
vidit septem angelos circa ipsum puerum stan-
tes Dixit ergo dii venerunt in domum meam
Statim ergo cecatus clamat ad cuius clamorem
tota civitas Lucana commota est ita ut
Valerianus accurreret et quid sibi accidisset
inquireret Cui ille Deos vidi igneos
et vultum eorum ferre non potui Ad tem-
plum ergo Iovis et pro recuperacione luminis
taurum cum cornibus aureis pollicetur
Sed cum nichil proficeret filium pro sua sanitate ro-
gavit et lumen suis precibus recuperavit
Cum autem nec sic crederet sed potius filium
suum occidere cogitaret angelus domini Mode-
sto pedagogo eius apparuit et ut navem
ascendens puerum in aliam terram deduceret
imperavit Cumque fecisset aquila eis cibum
afferebat et multa ibidem miracula faci-
ebat Interea filius Dyocleciani imperatoris
a demonio arripitur et nisi Vitus Luca-
nus veniret se minime exire fatetur Vitus
queritur et inventus ad imperatorem adducitur
Cui Dyoclecianus Puer vales puerum meum
sanare potes Cui ille Non ego sed dominus Iesus
Opus statim ergo manum super eum posuit et
protinus ab eo demon aufugit et ait Dy-
oclecianus Puer consule tibi et diis sacri-
fica ne mala morte moriaris Quod cum
recusasset et in carcerem cum Modesto missus
fuisset subito ferri moles que eis erant

[illegible] imperator [illegible]
[illegible] fuisset [illegible] in clibanum arde-
ntem mittuntur sed illesi egressi sunt Tunc
leo terribilis ad devorandum dimittitur
sed ab eo fidei virtute placatur Tunc
Vitus cum Modesto et Crescencia nutrice sua
que semper eum secuta fuit in eculeo su-
spendi iubetur sed subito aer turbatur terra
concutitur tonitrua rugiunt ydolorum
templa corruunt et multos occidunt
Imperator autem territus fugiens pugnis
se percuciebat dicens ve mihi quia ab uno
puero victus sum Illi autem ab angelo con-
tinuo soluti iuxta quoddam flumen se
invenerunt et ibidem pausantes et o-
rantes animas domino reddiderunt quorum
corpora ab aquila custodita sunt et Flo-
rencia illustris matrona Vito reve-
lante repperit et ea accipiens hono-
rifice sepelivit Passi sunt autem circa
annos domini CCLXXXVII sub Dyo-
cleciano

Quiricus quasi querens arcum et dicitur a quiris

quod est fortitudo et cus
niger vel a quiris quod
est hasta vel a quile quod
dicitur sedile quod dei habitacione quiet-
em gratia supplevit quod etas negabat
in pluribus annis minus vixit quia vi-
ta spirituali vixit et per hoc multis profuit

Quiricus fuit filius Iulite illustrissime

matrone Yconii que persecucionem declinare volens
in Tharsum Cilicie cum puero Quirico
qui erat trium annorum venit Sed ty-
Alexandro presidi presentatur in ulnis suis
puerum gestans quod due famule sue vi-
dentes fugerunt et eam protinus relique-
runt Preses igitur puerum in ulnis suis
cepit et matrem sacrificare nolentem
crudis nervis flagellari precepit Pu-
er autem matrem flagellari conspiciens
amare flebat et lamentabiles voces da-
bat Ille preses puerum Quiricum in ulnis
et super genua ponens ad osculis et

atque blandiens demulceret, infans autem matrem respiciens presidis osculum abhorrebat, vultumque eius unguibus laniabat et cum matre consonas voces dabat, quasi diceret: et ego christianus sum. Tandem diu reluctans presidem inter scapulas momordit. Tunc preses indignatus et dolore lesus puerum per gradus ab alto precipitavit ita ut tribunali tenerum cerebrum adhereret. Julitta vero filium ad regnum celorum precessisse videns leta deo gratias reddidit. Tunc Julitta iussa est excoriari et bullienti pice perfundi et demum capite truncari. In quibusdam autem legendis invenitur quod Quiricus tyrannum blandientem eque comminantem pariter despiciebat, christianum se esse profitebatur. Cum tamen elinguis infantulus esset, in eo loquebatur spiritus sanctus. Cumque eum preses interrogaret quis eum docuisset, ait illi: o preses, miror insipienciam tuam qui cum me tantillam tuens etate nec dum tribus circulo finitam perpendas, quis me divinam docuit sapientiam. Cum eum cederet, clamabat christianus sum, et quoties exclamabat toties vires de tormentis accipiebat. Preses autem matrem cum puero scindi fecit et eorum membra, ne a christianis sepelirentur, dispergi mandavit; que tamen ab angelis sunt collecta et nocte a christianis sepulta. Quorum corpora tempore Constantini magni, cum pax ecclesie reddita fuisset, ab una de ancillis que adhuc supererat revelantur et in devotione magna ab omni populo habentur. Passi sunt autem circa annos domini cc. xxx° sub Alexandro.

Marina virgo unica erat patris sui. Cum autem pater eius ad quoddam monasterium intraret, mutavit habitum filie ut non femina sed masculus videretur, rogavitque abbatem et fratres ut filium suum unicum reciperent. Qui eius precibus annuentes in monachum eam receperunt et frater Marinus appellatus est. Cepitque valde religiose vivere, valde obediens esse. Cum autem esset xxvii annorum et pater eius morti se appropinquare sentiret, filiam suam ad se vocavit et eam in bono proposito confirmans ne alicui revelaret quod mulier esset

[illegible] plaustro bobus et ligna monasterio adducebat. Consueverat autem hospitari in domo cuiusdam viri cuius filia de quodam milite conceperat, et interrogata Marinum monachum se violasse asseruit. Interrogatus Marinus cur tantum flagitium perpetrasset, se peccasse fatetur et veniam petiit. Statim de monasterio eiecta ad ostium monasterii mansit et tribus annis ibidem manens buccella panis ibidem sustentabatur. Post modum filius ablactatus abbati mittitur et Marino educandus traditur, et cum eo ibidem iterum per duos annos commoratur. Omnia autem Marina patienter sustinuit. Tandem eius humilitatem fratres intuiti eum in monasterium receperunt et coquine officia viliora sibi committunt. Ipse autem hilariter sustinuit et cuncta patienter et devote agebat. Tandem in bonis operibus vitam suam consummans migravit ad dominum. Cum autem corpus eius lavarent et vili loco sepelire disponerent, respicientes mulierem ipsam esse viderunt; stupefacti omnes et timore perterriti se in dei famulam deliquisse fatentur. Currunt omnes ad tam grande spectaculum et veniam postulant ignorantie et delicti; corpusque eius in ecclesia sepellierunt honorifice. Illa autem que famulam dei infamaverat a demone arripitur et scelus suum confitens ad sepulcrum virginis veniens liberatur. Ad cuius tumulum populi undique concurrunt et multa ibidem miracula fiunt. Obiit autem xiiii° kalendas julii.

Gervasius a gerar quod est sacrum dicitur et vas, vel a gena quod est incolatus, et syor parvulus, qui sacer per vite meritum, vas per virtutum receptaculum, peregrinus per mundi contemptum, parvulus per sui despectum. Prothasius autem dicitur a prothos quod est primum et syos deus sive divinus, vel a procul et stasis quod est positio, qui primus per dignitatem, divinus per dilectionem, procul positus a mundi affectione. Horum passionem Ambrosius in libello ad eorum capita posita scriptam reperit.

Gervasius et Prothasius gemini fratres filii sancti Vitalis et beate Valerie, cum omnia sua pauperibus erogantes [illegible] omnes constringebat et ei Celsus puer lapides porrigebat. Ipso vero Nazario tam Celsum flagellasse narratur forte per participationem accepit. Ad longe post eum dicitur sibi fuisse quod historia Nazarii continet. Hi autem omnes ad Neronem imperatorem ducuntur, sequebatur eos eiulans puer Celsus, quem cum unus militum caederet alapis et caedentem Nazarius increparet, irati milites Nazarium calcibus ceciderunt et ipsum cum aliis in carcerem recluserunt et post ea in mare praecipitaverunt. Gervasius vero et Protasius Mediolanum deducuntur. Eo tempore superveniente comite Astasio qui contra Marthomannos proficiscebatur ad bellum, deorum cultores ei occurrerunt asserentes quod sibi contemnent numina nisi prius Gervasius et Protasius immolarent. Comprehensi igitur tenentur et ut sacrificarent invitantur. Cui cum Gervasius omnia idola surda et muta diceret et ipsum ab omnipotente deo victoriam requirere deberet, iratus praeses tam diu eum plumbatis caedi iussit quam diu spiritum non exhalaret. Deinde Protasium accersiri fecit et ei dixit: Miser, ut tu vivere studeas et noli cum fratre mala morte perire. Cui Protasius: Quis miser, ego qui te non timeo aut tu qui me timere comprobaris? Cui Astasius: Ego te, miser homo, quomodo timeo? Cui Protasius: In hoc me timere et te laedi comprobas si non sacrificavero diis tuis; si enim te laedi a me non timeres, nequaquam ad sacrificium idolorum me compelleres. Tunc comes praecepit eum in eculeum suspendi. Cui Protasius: Non tibi irascor, comes, quia crudeles oculos tuos attendo, sed potius tui misereor quia nescis quid facias. Age igitur quod coepisti, ut mihi hodie cum fratre meo possit occurrere benignitas salvatoris. Tunc comes iussit eum decollari. Philippus autem famulus cum filio eorum corpora rapuit et occulte in domo sua in arca lapidea sepelivit et libellum eorum ortum et vitam et finem continentem ad eorum capita posuit. Passi autem sunt circa annos domini lvii sub Nerone imperatore. Horum corpora multo tempore latuerunt, sed tempore Ambrosii hoc modo reperta sunt. Ambrosio itaque in ecclesia sanctorum Naboris et Felicis in oratione posito ita ut nec vigilaret aperte nec dormiret integre, apparuerunt ei duo pulcherrimi iuvenes vestibus candidissimis, id est colobio et palliis induti, caligulis calceati, cum manibus expansis orantes. Oravit ergo Ambrosius ut si esset illusio non ultra appareret, si autem veritas, denuo revelaretur. Similiter quoque gallo cantante orantes secundo iuvenes apparuerunt. Tertia vero nocte ieiuniis iam defecto corpore non dormienti sed stupenti tertia sibi apparuit persona quae similis Paulo apostolo videbatur, secundum quod in pictura perspexerat. Illis autem tacentibus apostolus sibi dixit: Isti sunt qui nihil terrenum desiderantes monita mea secuti sunt, quorum corpora in eo loco invenies in quo stas duodecim pedum a latitudine et circa caput eorum libellum in quo ortus eorum continetur et finis. Convocatis igitur vicinis episcopis ipse maior fossor accessit et omnia prout dixerat sibi Paulus invenit. Et licet iam ccc annos et plures fluxissent, ita tamen corpora eorum sunt inventa ac si ipsa hora ibidem fuissent posita. Insuper et odor suavissimus et mirabilis inde flagravit. Caecus autem quidam tangens feretrum illuminatus est et multi alii infirmi curati sunt. In eorum sollemnitate pax inter Longobardos et Romanum imperium reformata est, et ideo Gregorius loquitur de hoc sic dicens: Loquetur dominus pacem in plebem suam. Et ideo in introitu missae hoc cantari instituit. Unde et officium partim sanctis [illegible] convenit, partim eventibus qui in ipsis contigerunt diebus. Refert Augustinus in libro xxii de civitate dei quod ipso praesente imperatore multa turba apud Mediolanum quidam caecus ad corpora sanctorum martyrum Gervasii et Protasii lumen accepit. Utrum autem praedictus caecus sit aut alius ignoratur. Idem etiam refert ibidem quod quidam iuvenis in villa quae dicitur Victoriana quae ab Ypporegio xxx miliaribus distat, cum in quodam flumine equum lavaret, continuo diabolus ipsum vexavit et in flumine tamquam mortuum proiecit. Cum autem vespere in ecclesia Gervasii et Protasii quae prope erat portaretur, ille vocibus illius quasi perculsus cum fremitu strepens altare tenebat quasi inde amoveri non valeret tamquam [illegible] ut de corpore abiret et [illegible] eius membra amputare a corpore minaretur, ad quod corpore abiuncto oculus eius in maxilla fusus tenui venula dependebat, sed in loco suo sicut potuerat oculum revocavit et ecce intra paucos dies meritis sanctorum Gervasii et Protasii plene sanatus est. Ambrosius in praefatione sic ait: Hi sunt qui vexillo caelesti signati victricia apostoli arma sumpserunt et a mundi nexibus absoluti nequissimi hostis vitiorum cuneos perimentes liberi et expediti Christum dominum sunt secuti. O quam felix germanitas quae sacris intendendo eloquiis nullo potuit inpellari contagio. O quam gloriosa certaminis causa, sibi pariter coronavit quos unus venter matris effudit.

Johannes baptista multipliciter nominatur. Dicitur enim propheta, amicus sponsi, lucerna, angelus, vox, Helias, baptista salvatoris, praeco iudicis et praecursor regis. In propheta designatur praerogativa cognitionis, in amico sponsi praerogativa dilectionis, in lucerna ardente praerogativa sanctitatis, in angelo praerogativa virginitatis, in voce praerogativa humilitatis, in Helia praerogativa fervoris, in baptista praerogativa mirabilis honoris, in praecone praerogativa praedicationis, in praecursore praerogativa praeparationis.

Nativitas Johannis baptistae ab archangelo hoc modo annuntiata fuit. David enim rex, sicut legitur in historia scholastica, volens cultum dei ampliare, XXIIII summos sacerdotes instituit, quorum tamen unus maior erat qui princeps sacerdotum nominabatur. Statuit autem XVI viros de Eleazar et octo de Ithamar et secundum sortes dedit cuilibet ebdomadam vicis suae. Abias autem octavam ebdomadam habuit, de cuius genere Zacharias fuit. Erant autem ipse et uxor eius senes et absque liberis. Cum ergo Zacharias templum domini ut incensum poneret ingressus fuisset et multitudo populi deforis exspectaret [illegible]

Zacharias autem [illegible] visione. Cui ait angelus ad eum: Ne timeas Zacharia quoniam exaudita est oratio tua. Proprium est enim bonorum angelorum, sicut dicit glossa, quod sua visione primum territos benigna exhortatione consolari, et contra mali angeli qui se in lucis angelos transfigurant, si quos in sua praesentia territos senserint, amplius eos horrore concutiunt. Annuntiat igitur Gabriel Zachariae se filium habiturum, cuius nomen Johannes erit, qui vinum et siceram non bibet et ante dominum in spiritu et virtute praecedet Heliae. Johannes enim vocatur Helias ratione situs, quia ambo in deserto fuerunt, ratione victus, quia ambo parci fuerunt, ratione cultus, quia ambo vestitu inculti, ratione officii, quia ambo praecursores, sed ille praecursor iudicis, iste salvatoris, ratione zeli, quia utriusque verbum quasi facula ardebat. Zacharias autem considerans suae senectutem et uxoris sterilitatem dubitare coepit et more Iudaeorum signum ab angelo requisivit. Angelus autem pro eo quod verbis suis non credidit ipsum taciturnitatis plaga percussit. Notandum autem quod dubitatio contingit fieri et excusari aliquando propter promissorum magnitudinem, sicut legitur de Abraham. Cum dominus sibi promisisset quod semen suum terram Chanaan possideret, dixit ad eum: Domine deus, unde scire possum quod possessurus sim eam? Et respondens dominus ait: Sume mihi vaccam unam. Aliquando propter singularitatem suae considerationis, sicut patet de Gedeone qui ait: Obsecro mi domine, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse et ego minimus in domo patris mei. Et ideo hoc signum petiit et accepit. Aliquando propter naturae impossibilitatem, sicut patet in Sara post ostium. Cum dixisset dominus: Revertens veniam ad te et habebit Sara filium, risit Sara post ostium dicens: Postquam senui et dominus meus vetulus est. Quid est ergo quod solus Zacharias in eo quod dubitavit plagam incurrit? Videlicet ibi erat magnitudo promissionis et consideratio propriae singularitatis, quia talem filium sibi habere se indignum reputavit, et naturae impossibilitas obsistebat. Hoc multipliciter causa fuisse putatur. Primo secundum Bedam: quia discredendo locutus est, ideo silentio plectitur ut tacendo credere discat. Secundo quia ideo mutus effectus est, [illegible] cerat et enim et in nativitate Johannis loqui recepit, miraculum miraculo cumulat. Et ideo congruum fuit ut vocem amitteret cum vox nascebatur et legi silentium imponebat. Et ideo quia a domino ipse signum petiit et signum taciturnitatis pro signo accepit. Cum autem Zacharias fores ad populum exisset et eum factum mutum viderent cognoverunt ipso innuente quod visionem vidisset in templo. Completa autem septimana officii sui abiit in domum suam et concepit Elizabeth et mensibus quinque se occultavit quia sicut ibi dicit Ambrosius partus sui erubescebat etate ne in senectute vacasse libidini videretur. Et tamen gaudebat sterilitatis carere obprobrio. Quod obprobrium est mulieribus non habere premium nuptiarum propter quod nuptie celebrantur et carnalis copulabatur. Mense autem sexto beata Maria que dominum iam conceperat congratulans virgo fecunda ablate sterilitati et compatiens senectuti venit ad Elizabeth et ut eam salutasset beatus Johannes iam Spiritu sancto repletus sensit filium dei ad se venisse et matris in utero tripudiavit et motu salutavit quem voce non potuit, exultavit enim quasi gestiens salutare et domino suo assurgere. Mansit ergo virgo beata cum cognata sua tribus mensibus ministrans ei, natumque puerum suis sanctis manibus de terra levavit ut dicitur in Scolastica historia et quasi more gerule officiosissime peregit.

Hic vero precursor Johannes novem specialibus et singularibus privilegiis claruit. Nam idem angelus qui dominum annuntiavit eum annuntiavit, in utero matris exultavit, mater domini ipsum a terra levavit, linguam patris reserat, baptismum primus ordinat, Christum indice demonstrat, manibus suis ipsum pre omnibus baptizat, Christum laudat, in limbo positus Christum venturum pronuntiat. Propter hec novem privilegia vocatur a domino propheta et plus quam propheta. Crisostomus etiam quare dicatur plus quam propheta sic ait: Prophete est beneficium a deo percipere, numquid prophete est beneficium baptismatis dare? Prophete est ut de deo prophetizat, numquid propheta est ut deus de eo prophetet? Omnes prophete predicaverunt de Christo, sed eam alii prophete ~~predicaverunt~~ prophetaverunt de illo, omnes portatores verbi fuerunt, iste autem [illegible] ipse vox verbi et quanto vox propinquior verbo non est verbum tanto Johannes est propinquior Christo non tamen Christus secundum Ambrosium. Laudatio Johannis quoque comprehenditur secundum quod parentibus, miraculis, moribus, munere et predicatione laus autem parentum secundum eundem Ambrosium quod quidem manifestat ait: Sit plena laudatio que genus in moribus, mores in equitate, officium in sacerdote, factum in mandatis, iudicium in iustificationibus comprehendit.

Secundo quo miraculis quorum quedam fuerunt ante eius conceptionem in utero scilicet angelica annuntiatio, nominis impositio et loquele amissio; quedam circa eius conceptionem in utero scilicet supernalis conceptio, eius in utero sanctificatio et propheticalis doni repletio; quedam circa eius nativitatem post utero scilicet utriusque parentis spiritus prophetalis adeptio, quia et mater nomen sanxit et pater canticum edidit, loquele patris restauratio et Spiritu sancto repletio. Unde ~~[illegible]~~ Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto. Respice Johannem, dicit Ambrosius, quanta sit vis eius vobis. Cuius nuncupatio reddidit patri muto vocem, patri pietatem, populo sacerdotem. Prius enim erat tacens lingua, sterilis filio privatus officio. Ut ubi Johannes nascitur fit repente pater propheta, loquele usum recepit, plenum affectum suscepit, sacerdotis munus recognoscit.

Tercio quo moribus qui sanctissime vite fuit. De cuius sanctitate dicit Crisostomus: Johannis conversatio omnium vitam faciebat culpabilem apparere. Quemadmodum si videres albam vestem dicitur satis candida vestis est. Si vero posueris eam iuxta nivem incipit tibi sordida apparere licet vero sordida non est. Sicut quidem ad comparationem Johannis omnis homo videbatur. Munimentum eius quidem sanctitatis triplex secundum testimonium. Primo a supercelestibus id est a trinitate et primo a patre qui vocat eum angelum. Malachie iii°: Ecce ego mitto angelum meum. Angelus autem nomen est officii non nature, non ideo dicitur angelus ratione officii quod eo quod angelorum omnium officium exercuisse videtur. Habuit enim officium seraphim, interpretatur autem seraphim ardens quia illi angeli in dei amore plus ardent et de Johanne dicitur in Ecclesiastico: Surrexit Helias quasi regnum. Ipse enim venit in spiritu et virtute Helie. Ipse enim habuit officium cherubin. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie. Et Johannes dicitur lucifer, Job xxxviii° capitulo, [illegible] quia fuit terminus noctis ignorantie et initium lucis gratie. Tertio habuit officium thronorum, quorum officium est iudicare, et sic Johannes iudicavit cum arguebat Herodem dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quarto habuit officium dominationum, que docent nos erga subditos dominari; et Johannes erga subditos habebat se in amore, erga reges in timore. Quinto habuit officium principatuum, qui docent nos superiores revereri. Et Johannes de se dicebat: Qui de terra est de terra loquitur, qui autem de celo venit super omnes est. Et iterum: Cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius. Sexto habuit officium potestatum, per quas potestates demones arcentur, que non potuerunt nocere sibi iam sanctificato, a nobis eam arcebat cum ad baptizandum nos disponebat. Septimo officium virtutum, per quas fiunt miracula, et virtus Johannes multa miracula in se ipso ostendit. Magna enim miracula mel silvestre et locustas edere, pilos camelorum induere et certam quadragenam [illegible] fuit. Octavo officium archangelorum, qui revelabat maiora sicut ea que spectabant ad primam redemptionem, cum dicebat: Ecce agnus dei. Nono habuit testimonium a filio, sicut patet Johannis x°, ubi enim multiplicat et mirabiliter commendat dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne Baptista. Nono officium angelorum, qui nuntiabant minora sicut ea que spectabant ad minores, sicut illud: penitentiam agite; item: neminem concutiatis. Ab illo verbo Johannis in [illegible] dicit: Impleta [illegible] per quod fundata est arida et movent sydera, et sic [illegible] dicta elementa. Tertio a spiritu sancto cum per patrem suum dixit: Tu puer propheta altissimi vocaberis. Quarto a celestibus, scilicet ab angelis, sicut patet Luce primo capitulo: cum angelus multum commendabat, ostendens quante sit dignitatis quo ad deum cum dicit: Erit enim magnus coram domino; quante sanctitatis quo ad se ipsum cum dicit: Vinum et siceram non bibet et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero; quante utilitatis quo ad proximum cum dicit: [illegible] quinto a terrestribus, scilicet ab hominibus, sicut a patre suo et a vicinis. Unde cum dicebant: Quis putas puer iste erit [illegible] comprehendit [illegible] Johannes communiter. Fuit enim magnus in statu, in utero, in mundi progressu. In utero fuit magnus quadrupliciter: primo quidem quia in utero sanctificatus fuit. Unde fuit ante sanctificatus quam natus. Jeremie primo: Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires de ventre sanctificavi te. Secundo fuit magnus quia prophetare incepit dum adhuc in utero matris existens dominum ad se venientem cognovit. Unde Crisostomus volens ostendere quod fuit plusquam propheta: Propheta est pro merito conversationis et fidei prophetiam accipere; numquam propheta fuit ut prius fieret propheta quam homo. Et quia consuetudo erat ut prophete ungerentur, cum beata virgo Elizabeth salutavit, spiritus Johannem in prophetam unxit. Crisostomus: Quod dixit [illegible] verba. Ideo Christus fecit Mariam salutare Elizabeth ut sermo procedens de utero matris ubi habitabat dominus et per aures Elizabeth ingressus descenderet ad Johannem ut ibi eum ungeret in prophetam. Tertio quia [illegible] sive spiritum prophetie tribuit. Unde Crisostomus volens ostendere quo plusquam propheta fuit ait: Ceteris prophetis datum est esse prophetas, prophetiam facere potuit Helias quando vivit Eliseo eam prophetiam, non enim prophetandi gratiam illi donavit. Iste autem in utero matris consistens divini muneris sanctitatem matri donavit, et ex illius verbis confessionis apparuit ut cum non videret presentiam cognosceret dignitatem dicens: Unde mihi ut veniat mater domini mei ad me. In egressu ex utero fuit plurimum magnus quo eius ortus fuit miraculosus, sanctus, iocundus. Primum miraculosus quia tollebatur defectus impotentie, secundo sanctus quia reatus culpe, tertio iocundus lamentum miserie. Celebratur autem eius ortus sive nativitas, secundum quod vult Guillelmus Altissiodorensis, triplici ratione: primo ratione sanctificationis in utero; secundo ratione dignitatis in officio, ipse enim tanquam lucifer venit et eternum nobis gaudium primus inchoavit; tertio ratione iocunditatis in ortu suo, quam predixit angelus: et multi in nativitate eius gaudebunt. Et ideo dignum est ut et nos in nativitate eius gaudeamus. Tertio in progressu fuit plurimum magnus [illegible] ait pater eius

hoc

[illegible] qui eius effectus [illegible] fuit qui dixit: Qui post me venit [illegible] propheta quem ipse digito demonstravit. Apostolus quia a deo missus fuit. Martyr fuit quia pro iustitia mortem sustinuit. Confessor quia confessus est et non negavit. Virgo quia propter eius virginitatem angelus appellatus est Malachie III: Ecce ego mitto angelum meum. In egressu de mundo fuit triplex munus quia efficitur martyr et munus tulit enim palmam martyrii acceptus et dignitur munus preciosum ipse enim illis tunc qui erant in limbo preciosum nuncium attulit scilicet de adventu et redemptione ipsorum et u[illegible] aliter eius [illegible] eius enim exitus de omnibus qui in limbum descenderunt specialiter ab ecclesia celebratur et glose colitur. Quarto quod predicatione. Circa predicationem eius angelus ponit quatuor cum dicit: et multos filiorum Israel convertet ad dominum deum ipsorum et precedet etc., ubi ponit fructum, ordinem, virtutem et finem sicut in littera patet. Et notandum quod predicatio Johannis Baptiste fuit. Ipse namque predicavit ferventer, efficaciter et prudenter. Ferventer dicebat: Genimina viperarum. Qui quidem fervor fuit inflammatus caritate quia erat lucerna ardens unde ipse dicit in persona Jeremie: Posuit os meum dominus ut gladium acutum. Informatus veritate quia erat lucerna lucens unde turbis dominus dicebat Johannes V: Vos misistis ad Johannem et ille testimonium perhibuit veritati. Directus a discretione sive scientia unde turbis et publicanis et militibus secundum unicuique congruentiam dedit legem. Firmus constancia unde et constanter predicavit quod et postea vitam amisit. Hec enim quatuor debet habere zelus secundum quod dicit: Zelum tuum inflammet caritas, informet veritas, regat scientia et confirmet constantia. Bernardus. Secundo efficaciter quia ad predicationem eius multi conversi sunt. Predicavit enim verbo per assiduitatem doctrine et exemplo per sanctitatem vite. Tertio prudenter cuius prudencia predicationis in tribus fuit. Primo in eo quod usus comminationibus ut malos terreat. Unde: Iam enim securis ad radicem arboris ponitur. Secundo promissionibus ut bonos et [illegible] alliceret dicens: Penitentiam agite appropinquavit enim vobis regnum celorum. Tertio moderationibus ut mediocres paulatim ad perfectos attraheret. Unde turbis et publicanis levia imponebat et militibus ut post modum ad maiora provehet

[illegible] ut opera misericordie [illegible] publicanis ut se ab alienorum [illegible] abstinerent militibus ut neminem concuterent nisi calumniam facerent et suis stipendiis contenti essent. Et notandum quod Johannes evangelista hac die migravit ad dominum sed ecclesia festum evangeliste tertia post nativitatem suam die celebrari instituit quia tunc eius ecclesia dedicata fuit et solemnitas Johannis Baptiste nativitatis in suo loco et die permansit nimirum quia hic dies ab angelo gaudio nativitatis presignalis autenticus fuit. Non enim evangelista scilicet quod evangelista Baptiste cesserit tamquam minor maiori. Non enim debes est disputare quis eorum sit maior quod in quodam exemplo divinitus est ostensum. Erant enim ut legitur duo doctores theologie quorum unus Baptistam preferebat alter evangelistam. Statuta super solemni quadam disputatione indicata quilibet valde sollicitus erat auctoritates et efficaces rationes invenire ut quilibet suum Johannem preferre posset. Adveniente igitur disputationis die quilibet sanctorum suo emulatori apparuit ei et dixit: Bene ~~cord~~ concordes sumus in celis non disputetis de nobis in terris. Tunc illi sibi invicem et omni populo visionem publicaverunt et dominum benedixerunt. Paulus historiographus Longobardorum sancte Romane ecclesie diaconus et Casinensis monachus cum deberet quadam vice cerei consecrationem fauces eius rauce facte sunt cum prius vocalis esset et ut sibi vox restitueretur hymnum illud Ut queant laxis ad honorem beati Johannis composuit ubi in principio petit sibi restitui vocem sicut et Zacharie restituta fuit quod et factum est. Et sicut quod dicit Johannes Beleth ossa mortuorum animalium undique collecta in hac die ab aliquibus comburuntur cuius duplex est causa: una est quod antiqua institutionis observantia. Sunt enim quidam dracones vocantur qui volant in aere in aquis natant in terris ambulant. Quique autem cum per aera ambulabant ad libidinem concitabantur et in puteis et aquis fluvialibus sperma iactabant et inde sequebatur letalis ~~annus~~ annus. Contra quod ergo fuit illud remedium ut de ossibus rogus fieret et sic talia animalia venenosa fugarentur et [illegible] in maiore qui ipse [illegible] aquilis obstruatur. Alia causa est ad repraesentandum quia ossa sancti Johannis in Sabaste civitate ab infidelibus combusta fuerunt. Feruntur etiam facule ardentes quia Johannes fuit lucerna ardens et lucens. Etiam rota volvitur quia sol tunc in circulo descendit ad significandum quod fama Johannis qui Christus putabatur descendit secundum quod ipse testimonium perhibuit dicens: me oportet minui illum autem crescere. Est significatum etiam secundum quod Augustinus dicit in eorum ortibus et in eorum mortibus. In eorum ortibus quia circa nativitatem Johannis incipiunt dies decrescere, in illius solsticio Christi crescere atque Johannem. Item in eorum mortibus quia corpus Christi in cruce est exaltatum. Refert autem Paulus in hystoria Longobardorum ut Rachim rex Longobardorum iuxta ecclesiam sancti Johannis cum multo ornatu sepultus. Quidam vero cupiditate allectus nocte sepulcrum aperiens abstulit universa. Cui Johannes apparens dixit: Cur ausus fuisti tangere thezaurum michi commissum? Ecclesiam meam de cetero ingredi non valebis. Quod utique sic evenit. Nam quotienscumque ecclesiam predictam ingredi volebat quasi a validissimo pugile guttur eius feriebatur et sic subito retrocedebat.

Johannes et Paulus primicerii et prepositi Constantie filie

Constantini Augusti fuerunt. Eo autem tempore cum gens Scitharum Daciam et Traciam occuparet et Gallicanus dux Romani exercitus contra predictam gentem mitti deberet, Constantiam filiam Constantini pro mercede in uxorem sibi dari petebat, quod etiam Romani principes hoc instantius postulabant. Pater autem plurimum tristabatur sciens filiam suam postquam a beata Agnete sanata fuerat in virginitatis proposito positam facilius occidi posse quam ad consensum inclinari. Virgo tamen de deo confidens patri consuluit ut eam spondeat cum victor redierit, reddendum duas filias quas ex uxore susceperat defuncta ipsi Gallicanus secum manere permittat ut per eas votum et mores [illegible] Johannem et Paulum sibi concedet in spem quod firmitatis maioris gratia terius ut ipsum et filias ad Christum converteret. Quod vero omnibus complacuit. Gallicanus sumptis Johanne et Paulo copioso stipatus exercitu proficiscitur. Sed a Scithis exercitus eius frangitur et in urbe Tracia ab hostibus obsidetur. Tunc accedentes Johannes et Paulus eum dixerunt: Fac votum deo celi et eris melior victor quam fuisti. Quod cum fecisset statim iuvenis ferens in humeris gladium sibi apparuit ei dicens: Sume gladium tuum et sequere me. Quem ille accipiens per media castra ivit et ad regem usque veniens illum occidens solo timore universum exercitum subiugavit et Romanis tributarios fecit. Duo quoque milites ei apparentes eum hinc inde confortabant. Factus igitur christianus Romam rediit et cum multo honore susceptus rogavit Augustum ut sibi indulgeat si filiam suam minime desponsaret eo quod de cetero Christo continens vivere disponeret. Quod cum plurimum Augusto complaceret et due filie Galicani a Constancia ad Christum converse essent, ipse Galicanus ducatui cessit et omnia pauperibus tribuens Christo cum aliis fratribus dei in paupertate servivit. Multa autem miracula faciebat, itaque solo visu demonia de obsessis corporibus effugaret. Cuius sanctitatis opinionis fama in toto orbe terrarum intantum percrevit ut ab oriente venientes viderent virum patricium consulem lavare pedes pauperum, ponere mensam, aquam manibus infundentem, languentibus sollicite ministrare et cetera sancte servitutis officia exercere. Constantino igitur defuncto Constantini magni filius Constancius imperator eligitur. Demum Arriana heresi devinctus imperium tenuit xxiiii annis. Cumque Constantinus frater Constancii duos filios scilicet Gallum et Julianum reliquisset, Constancius imperator dictum Gallum Cezarem fecit et contra Judeam rebellantem misit, quem tamen postmodum interfecit. Julianus vero timens ne exemplo fratris a Constantino puniretur monasterium ingressus est et ibi magnam religionem simulans lector ordinatus est. Et tunc per maleficium demones consuluit, responsum accipiens quod in imperium sublimandus esset. Post aliquod tempus urgentibus negotiis Constancius Julianum creat Cezarem et ipsum in Galliam destinavit quia ibi strenue agebat. Mortuo igitur ut dictum est Constancio Julianus apo-

[illegible] Julianus ut Gallicanus [illegible] non auferebat infert. Ille igitur Alexandriam pergit et ab infidelibus per cor transfixus martirii coronam accepit. Et Julianus captus cupiditate sacrilega avariciam suam testimonio ewangelii colorabat nam facultates a christianis auferens dicebat Christus vester in ewangelio dicit qui non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Audiens igitur quod Johannes et Paulus ex opibus quas virgo Constancia reliquerat christianos pauperes sustentarent mandavit eis ut sicut Constantino ita et sibi adherere deberent. At illi dixerunt Quando gloriosi imperatores Constantinus et Constancius se esse christianos gloriabantur nos famulabamur eis. Tu vero quia religionem plenam virtutibus reliquisti a te omnino recessimus et tibi obedire contempnimus. Quibus Julianus remandavit dicens Ego in ecclesia clericatum obtinui et si voluissem ad primum gradum ecclesie pervenissem sed considerans vanum esse sectari ocium et inercie animum dedi et diis sacrificans eorum suffragio imperium obtinui. Unde vos in aula regia nutriti lateri meo non debetis ~~deesse~~ abesse ut primos vos in palacio habeam. Quod si a vobis contemptus fuero curam agam quod contempni non possim. Cui illi Nos deum tibi preponentes minas tuas nequaquam timemus ne dei eterni inimicicias incurramus. Ad hec Julianus Si infra decem dies ultro ad me contempnentes veneritis coacti primo facietis quod sponte facere noluistis. Cui sancti dixerunt Iam decem dies preterisse et hodie facito quod tunc minaris. Quibus Julianus Putatis quod martires faciant vos christiani ni mihi consenseritis puniam vos non ut martires sed ut publicos hostes. Tunc Johannes et Paulus per omnes decem dies elemosinis insistebant et omnia sua pauperibus erogabant. Decima autem die missus est ad eos Terencianus qui dixit eis Dominus noster Julianus statunculam auream Jovis ad vos misit ut ei thura incendatis alioquin simul ambo peribitis. Cui sancti dixerunt Si tuus dominus est Julianus habeto pacem cum illo nobis alius dominus non est nisi dominus Jesus Christus. Tunc jussit eos occulte decollari et in fovea intra domum sepelliri famam faciens quod in exilium essent missi. Post

[illegible] Terencianum et demone rapitur et intra domum cepit clamare quod a demone torqueretur. Quod videns Terencianus scelus confitetur et christianus efficitur. Passio sanctorum ab eo conscribitur et eius filius liberatur. Passi sunt autem circa annos domini CCC lxiiij.

Refert Gregorius in omelia ewangelii Si quis vult venire post me quod quedam matrona ecclesiam corporum martirum frequenter visitaret et die quadam inde rediret duos monachos sub peregrino habitu residentes invenit. Quos peregrinos credens elemosinam eis dari precepit. Sed dum eius dispensator ad largiendum eis elemosinam appropinquaret astiterunt ei vicinius et dixerunt Tu nos modo visitas nos te in die iudicii requiremus et quicquid poterimus tibi prestabimus. Quo dicto ab oculis eius ablati sunt. Ambrosius de hiis martiribus in prefacione sic dicit Isti martires Johannes et Paulus veraciter impleverunt quod David ita voce canitur Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Vere ostendi lege fratres fidei societate iuncti passionis equalitate in uno semper domino gloriosi.

Leo papa ut in miraculis beate virginis legitur in ecclesia sancte Marie maioris in die resurreccionis dominice missam celebrabat et dum fideles per ordinem communicaret et quedam matrona manum eius osculata fuisset quod hoc in eo vehemens carnis temptacio insurrexit. At vir dei in semetipsum ~~fervens~~ severus ultor insurgit et eadem die manum se scandalizantem precidit et a se proiecit. Interea murmur oriebatur in populo cur summus pontifex more solito divina non celebraret. Tunc Leo ad beatam virginem se convertit et eius providencie se totaliter commisit. Illa vero continuo sibi astitit et manum eius sanctissimis manibus restituit et reformavit iubens ut procederet et sacrificium deo immolaret. Leo igitur coram populo quod sibi acciderat predicavit et manum restitutam omnibus evidenter ostendit. Hic Calcedonense concilium celebravit et solas virgines ibidem velari instituit. Ibi eciam statuit fuit ut ergo in illa [illegible] dei [illegible] E- o autem tempore Attila Italiam devastabat. Sanctus vero Leo in ecclesia apostolorum tribus diebus et noctibus orationi vacans dixit post hec ad suos: Quicumque vult me sequi, sequatur. Cum igitur Italiam appropinquasset, ille beatum Leonem ut vidit, de equo descendit et eius pedibus provolutus rogavit ut peteret quicquid vellet. Qui autem petiit ut ab Italia recederet et captivos relaxaret. Et cum a suis argueretur quod triumphator orbis a sacerdote vinceretur, respondit: Providi michi et vobis. Vidi enim a dextris eius fortissimum militem evaginato gladio stantem michique dicentem: Nisi huic parueris, cum omnibus peribis. Cum beatus Leo epistolam ad Fabianum episcopum Constantinopolitanum adversus Eutichem et Nestorium scripsisset, super sepulchrum beati apostoli ipsam posuit et ieiuniis et orationibus insistens dixit: Quecumque in hac epistola ut homo erravi, tu cui cura ecclesie commissa est corrige et emenda. Et post dies XL oranti ei Petrus apostolus apparuit dicens: Legi et emendavi. Accipiens Leo epistolam invenit eam manibus apostoli correctam et emendatam. Aliis etiam XL diebus ieiuniis et orationibus sepulchro sancti Petri assistit obsecrans ut suorum peccatorum veniam impetraret. Cui Petrus apparens: Deprecatus sum pro te dominum et omnia peccata tua dimisit tibi, solummodo de manuum impositione debes inquirere, scilicet sive bene sive aliter cuiquam manum imposueris. Tandem in pace quievit.

Petrus trinominis extitit, quia dictus est Symon Bariona, quod interpretatur obediens vel ponens tristitiam. Bariona autem dicitur filius columbe, nam Bar syra lingua filius vocatur, Iona ebraice columba. Fuit enim obediens quando Christus eum vocavit, quia ad unius imperii iussionem vocanti domino obedivit. Ponens tristitiam quando Christum negavit, etenim egressus foras flevit amare. Filius columbe quia deo simplici intencione servivit. Secundo vocatus est Cephas, quod interpretatur caput vel petra vel increpans ore. Caput propter principatum in prelatione, [illegible] et petra [illegible] increpans ore [illegible] predicatione. Tertio vocatus est Petrus, quod interpretatur agnoscens vel discalcians, quia Christi divinitatem agnovit cum dixit: Tu es Christus filius dei vivi; et pedes affectus sui ab omni opere mortuorum discalciavit, cum dixit: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te; et vincula peccatorum a nobis dissolvit, et hoc per claves quas a domino suscepit. Habuit etiam triplex cognomen. Dictus est enim Symon Iohannis, quod interpretatur pulchritudo domini; secundo Symon Iohanna, quod interpretatur cui donatum est; tertio Symon Bariona, quod interpretatur filius columbe, per quod datur intelligi quod ipse habuit pulchritudinem morum, dona virtutum et abundanciam lacrimarum, quia columba habet gemitum pro cantu. Istud autem nomen Petrus dominus Iesus primo sibi imponendo promisit, cum dixit, Iohannis I: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Secundo promissum imposuit, sicut dicit Marcus III: et Symonis nomen Petrus. Tertio impositum confirmavit, cum dixit, Mathei XVI: Et ego tibi dico quia tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Cuius martirium Marcellus, Linus papa, Egesippus et Leo papa scripserunt.

Petrus apostolus inter ceteros et super ceteros apostolos maioris fervoris extitit. Nam et scire proditorem domini voluit, quia, ut dicit Augustinus, si eum scivisset, dentibus discerpsisset; et ob hoc proditorem suum Christus nominare nolebat, quia, ut ait Crisostomus, si ipsum nominasset, Petrus continuo surrexisset et eum trucidasset. Hic super mare ad dominum ambulavit. In domini transfiguratione et puelle suscitatione a domino electus fuit. Staterem in ore piscis invenit. Claves regni celorum a domino recepit. Pascendas oves a Christo officium accepit. Tria milia hominum in die pentecostes sua predicatione convertit. Ananie et Zaphire mortem predixit. Paraliticum Eneam curavit. Cornelium baptisavit. Thabitam suscitavit. Umbra sui corporis infirmos sanavit. Ab Herode incarceratur, sed ab angelo liberatur. Qualis autem eius cibus vel indumentum fuit, ipse in libro Clementis testatur: Panis, inquit, solus michi cum olivis et raro cum oleribus in usu est; indumentum autem hoc est michi quod vobis tunica cum pallio, et hoc sibi nichil aliud requiro. Fertur etiam quod in sinu semper sudarium portabat [illegible] quando d[illegible] allocucionis et presencie dum recordaretur pre nimia amoris dulcedine lacrimas continere non poterat. Refert quoque Clemens sicut quod in ecclesiastica hystoria invenitur quod cum uxor Petri ad passionem duceretur ingenti gaudio exultavit ac eam proprio nomine vocans exclamavit: O coniux memento domini Jesu. Quadam vice cum beatus Petrus apostolus duos de discipulis ad predicandum misisset et XX dietas ivissent, unus illorum defunctus est. Alter vero ad Petrum redijt et quid accidit intimavit. Hic dicitur fuisse beatus Marcellus vel secundum quosdam sanctus Maternus. Alibi legitur quod fuit beatus Frontinus socius qui defunctus est, fuit presbiter Georgius. Tunc sibi Petrus suum baculum tradidit ut ad socium pergeret et super eum poneret. Quod cum fecisset, ille qui iam per XL dies iacebat protinus surrexit vivus. Eo tempore fuit in Jerusalem quidam magus nomine Symon qui se primam veritatem dicebat et sibi credentes inmortales effici asserebat et nulla sibi impossibilia asserebat. Legitur quoque in libro Clementis ipsum dixisse: Adorabor ut deus publice, divinis donabor honoribus et quicquid facere voluero potero. Aliquando cum mater mea Rachel iuberet me ut ad campum irem metere, ego falcem videns positam precepi falci ut meteret et messuit decuplo plus quam ceteri. Addidit quoque et hoc secundum quod dicit Jeronimus: Ego sum sermo dei, ego speciosus, ego paraclitus, ego omnipotens, ego omnia dei. Serpentes quoque eneos faciebat moveri, statuas eneas et lapideas ridere et canes cantare. Beatus quoque Petrus quando tempus negacionis ad memoriam reducebat uberrime lacrimabatur, unde sic in consuetudine habuit flere ut eius facies tota adusta lacrimis videbatur, sicut dicit Clemens. Idem eciam dicit quod audito in nocte galli cantu ad oracionem surgere consueverat et tunc similiter ad fletum corruebat. Cum ergo predictus Symon magus, ut Linus ait, voluisset disputare cum Petro et ostendere quod esset deus, statuta die venit Petrus ad locum certaminis et astantibus Petrus dixit: Pax vobis fratres qui veritatem amatis. Cui Symon: Nos tua pace non opus habemus. Si enim pax sit et concordia, ad inveniendam veritatem nichil poterimus proficere. Cum pace latrones inter se [illegible], quod noli invocare sed pugnam. Duobus enim dimicantibus tunc erit pax cum alter erit superatus. Et Petrus: Quid times audire pacem? Ex peccatis enim bella nascuntur, ubi autem peccatum non sit pax est. In disputacionibus veritas, in operibus iusticia invenitur. Et Symon: Sed ego ostendam tibi divinitatis mee potenciam ut repente adores me. Ego sum prima virtus et possum volare, novas arbores facere, lapides in panem mutare, in igne sine lesione durare et omnia que possim facere. Contra hec igitur Petrus disputabat et omnia eius maleficia detegebat. Symon videns quod Petro non posset resistere, omnes libros sue artis magice ne forte magus proderetur in mare proiecit et Romam ut ibi pro deo coleretur perrexit. Quod ubi beatus Petrus comperit, Romam usque prosecutus est et ipsum insequitur. Quarto igitur anno Claudii imperatoris Petrus Romam applicuit et ibi XXV annis sedit et duos episcopos Linum et Cletum sibi adiutores ordinavit, ut ait Johannes Beleth, unum infra muros urbis constituit et alium extra. Predicacioni ergo insistens multos ad fidem convertit et infirmos quamplures curavit. Et in predicacione sua semper laudans castitatem quatuor concubinas prefecti adeo convertit ut ad prefectum redire ultra recusarent. Unde iratus prefectus super Petrum occasionem adversus eum querebat. Post hec apparuit dominus Petro dicens: Symon magus et Nero cogitant adversum te, sed ne timeas quia tecum sum et dabo tibi servi mei Pauli solacium qui cras Romam ingredietur. Sciens igitur Petrus, ut ait Linus, quod velox esset sui tabernaculi deposicio, in conventu fratrum positus manum Clementis arripuit et eum episcopum ordinavit et in kathedra sedere loco sui coegit. Post hec Paulus sicut dominus predixerat Romam venit et cum Petro Christum predicare cepit. Symon autem magus intantum a Nerone amabatur quod vite eius et salutis et tocius civitatis custos sine dubio putabatur. Quadam autem die, sicut dicit Leo papa, dum ante Neronem astaret, eius effigies subito mutabatur et modo senior mo adolescentem videbatur et videret. Nero autem hunc dei filium estimabat. Dixit quoque magus Simon Neroni, sicut idem Leo refert: Ut scias, imperator, me verum filium dei esse, iube me decollari et tertia die surgam. Precepit ergo Nero carnifici ut eum decollaret. Qui cum putaret se decollare Simonem, decollavit arietem. Simon autem arte magica illesus evasit et arietis membra colligens ea abscondit et se tribus diebus occultavit, sanguis vero arietis ibidem congelatus remansit. Die autem tertia ostendit se Neroni dicens: Fac sanguinem meum qui effusus est extergi, quia ecce ego qui decollatus fueram, sicut promisi, tertia die resurrexi. Quem Nero videns obstupuit et ipsum verum filium dei esse putabat. Hec Leo. Ipse aliquando cum in conclavi cum Nerone esset, demon in eius forma foris populo loquebatur. Denique Romani in tantum eum venerationem habuerunt quod eius imaginem fecerunt et sub titulum subscripserunt: Simoni deo sancto. Petrus autem et Paulus, ut Leo testatur, ad Neronem introierunt et omnia eius maleficia detegebant. Addidit quoque Petrus quod sicut in Christo sunt due substantie, scilicet dei et hominis, sic in isto mago due sunt substantie, scilicet hominis et diaboli. Dixit quoque Simon, ut testatur scilicet Marcellus et Leo: Nec diutius patiar hunc inimicum, precipiam angelis meis ut vindicent me. Cui Petrus: Angelos tuos non timeo. Nero dixit: Non times Simonem, qui divinitatem suam rebus affirmat? Cui Petrus: Si divinitas est in ipso, dicat nunc michi quid ego cogito. Nero dixit: Accede huc et dic michi quid cogitas. Petrus autem secrete dixit: Iube michi panem ordeaceum afferri et secreto dari. Qui cum oblatus fuisset et petrus eum benedixisset, dixit: Dicat Simon, qui se deum facit, quid sit cogitatum vel dictum vel quid factum. Respondit Simon: Petrus magis dicat quid cogitem ego. Dixit quoque petrus: Quid cogitat Simon me scire docebo dum quod cogitavit fecero. Tunc Simon indignatus proclamavit: Procedant canes magni et devorent eum. Subito canes ingentes apparuerunt et impetum fecerunt. Ille vero panem benedictum obtulit et subito eos in fugam convertit. Tunc dixit petrus ad Neronem [illegible] cogitavit Simon [illegible] me non verbis sed factis, quia qui promiserat adversum me angelos venire ostendit canes ut ostendat se non habere divinos angelos sed caninos. Dixit quoque Simon: Audite petre et paule, si hic nil possum vobis facere, veniemus ubi oportebit me vos iudicare; ego autem nunc vobis parco. Hec Leo. Tunc Simon, ut ait Egesippus et Linus, in superbiam elevatus eousque est se iactitare quod mortuos posset suscitare. Et accidit quod quidam iuvenis moreretur. Vocatis autem petro et Simone, hanc omnes de voluntate Simonis statuerunt sententiam ut ille occideretur qui mortuum suscitare non posset. Simon igitur dum super mortuum incantationes faceret, visus est astantibus caput agitare defunctus. Tunc omnes conclamaverunt et petrum lapidare voluerunt. Petrus autem vix impetrato silentio dixit: Si vivit defunctus surgat et ambulet et loquatur; alioquin sciatis fantasma esse quod caput mortui commovet. Separetur Simon a lectulo ut plene figmenta diaboli detegantur. Separatur igitur Simon a lectulo et puer immobilis permansit. Petrus autem a longe stans oratione facta proclamavit dicens: Adolescens, in nomine domini Ihesu Christi Nazareni crucifixi surge. Et statim iuvenis surrexit et ambulat. Cum autem vellet populus vellet Simonem lapidare, ait petrus: Satis est ei ad penam quod agnoscit se in suis artibus superatum. Magister autem noster docuit ut pro malis bona reddamus. Dixit Simon: Scitote petre et paule, non vobis continget quod cupitis ut martirio vos dignos faciam. Cui illi: Eveniat nobis quod cupimus, tibi autem nunquam, quia quicquid loqueris mentiris. Tunc Simo, ut asserit Marcellus, ivit ad domum Marcelli discipuli eius, ligavitque ingentem canem ad ostium domus eius dicens: Nunc videbo si petrus qui ad te venire consuevit ingredi poterit. Post paululum venit petrus et facto signo crucis canem solvit. Canis autem omnibus aliis blandus solum Simonem persequebatur. Quem apprehendens eum ad terram subito se prostravit et eum strangulare volebat. Accurrens autem petrus cani clamabat ne ei noceret [illegible] lesse est desset sit aut [illegible] penitus inventus remanet ipsius autem civitatis et ingrate pueri eum tunc post eum evenientes [illegible] illud quod lupum de civitate fugaret cuius opprobrium pudore non ferens per annum nusquam comparuit. Marcellus autem hec miracula videns deinceps adhesit. Post hec ad Symonem rediens iterum in amiciciam Neronis est susceptus. Symon igitur ut refert Leo papa ipsum convocavit et se a Galileis graviter offensum proposuit et ideo urbem quam tueri solebat deserere velle dixit et diem statuit quo in celum ascendere vellet et ideo indignatur amplius in terris habitare. Statuta igitur die turrim excelsam vel secundum Lynum capitolium ascendit et inde se deiciens coronatusque lauro volare cepit. Dixit quoque Petrus ad Paulum: meum est orare et tuum est imperare. Dixit quoque Nero: verax est homo iste, vos autem seductores estis. Petrus autem dixit ad Paulum: Paule erige caput et vide. Cumque levasset caput et vidisset Symonem volantem dixit ad Petrum: Petre quid cessas, perfice quod cepisti, iam enim vocat nos dominus. Tunc Petrus ait: Adiuro vos angeli sathane qui eum in aera fertis per dominum nostrum Ihesum Christum ut eum amplius non feratis sed corruere dimittatis. Et continuo corruit et fractis cervicibus expiravit. Audiens hec Nero talem virum perdidisse doluit dixitque apostolis: suspecto animo me fecistis, propterea malo exemplo vos perdam. Hec Leo. Tradidit quoque eos in manus Paulini viri clarissimi et Paulinus tradidit eos in custodiam Mamortini sub cura militum Processi et Marciani quos tamen milites Petrus ad fidem Christi convertit. Qui carcerem aperuerunt et eos libere abire permiserunt. Unde postea Paulinus post passionem apostolorum videns Processum et Marcianum accersivit et comperto quod christiani erant capite cesi sunt. Rogabant quoque fratres Petrum ut inde discederet et cum discedere nollet tandem victus precibus discessit. Et cum venisset ad portam ut Leo et Lynus testantur ad locum ubi nunc dicitur sancta Maria ad passus vidit sibi Christum occurrentem et ait: Domine quo vadis? Qui dixit: vado Romam iterum crucifigi. Hoc dicens dominus videntibus Petro et lacrimante in celum ascendit. Quod cum de sua passione intelligeret reversus est cumque hoc fratribus retulisset a ministris prehensus capitur et prefecto Agrippe presentatur. Factum quoque est eius facies sicut sol ut ait Lynus. Cui prefectus dixit: Tu ne es ille homo qui in plebibus et mulieribus quas a thoro separas virorum gloriaris? Tunc apostolus increpans dixit in cruce domini gloriari. Tunc Petrus tamquam alienigena iussus est crucifigi, Paulus vero quia civis erat Romanus iussus est capite truncari. De hac sententia in eos data dicit Dyonisius in epistola ad Thimotheum de morte Pauli in hec verba: O frater mi Thimothee si vidisses agones consummationis ipsorum defecisses quidem pre tristicia et dolore. Quis non fleret illa hora qua preceptum sententie in eos egressum est ut Petrus crucifigeretur et Paulus decollaretur. Videns autem turbas iudeorum et gentilium percutientes eos et conspuentes in facies eorum. Adveniente autem terribili tempore ipsorum consummationis ut separarentur ab invicem ligaverunt columnas nobis non utique absque fremitu et ploratu. Tunc inquit Paulus Petro: Pax tecum fundamentum ecclesiarum et pastor ovium et agnorum Christi. Petrus autem ad Paulum ait: Vade in pace predicator bonorum mediator et dux salutis iustorum. Cum autem elongassent eos ab invicem secutus sum magistrum meum, non enim in eodem vico occiderunt eos. Hec Dyonisius. Petrus autem ut Leo et Marcellus testantur cum venisset ad crucem ait: Cum dominus meus de celo in terram descendit recta cruce sublimatus est, me autem quem de terra ad celum revocare dignatur crux mea caput meum in terram debet ostendere et pedes ad celum dirigere. Ergo quia non sum dignus ita in cruce esse ut dominus meus crucem meam girate. Tunc illi crucem girantes pedes sursum manus autem deorsum fixerunt. Tunc populus furore repletus volebat

Nerone et prefectum occidere et apostolum liberare, qui eos rogat ne passionem suam impedire deberent. Dominus autem, ut ait Egesippus et Linus, aperuit oculos eorum qui ibi flebant, et viderunt angelos cum coronis rosarum et liliorum et Petrum in cruce stare et librum a Christo accipientem et ea que loquebatur ibi legentem. Tunc Petrus, ut testatur idem Egesippus, de cruce dicere cepit: Te domine imitari optavi, sed rectus crucifigi non usurpavi. Tu semper rectus, excelsus et altus; nos primi hominis filii, qui caput demersit in terram, cuius lapsus figurat speciem generationis humane. Sic enim nascimur ut proni in terram videamur effundi, mutata quoque conditio est, ut sit mundus putat esse dextrum quod constat esse sinistrum. Tu domine omnia es, tu mihi totum et nihil aliud nisi tu solus. Gratias tibi ago spiritu toto quo vivo, quo intelligo, quo te interpello. Ubi etiam due rationes tanguntur quare Petrus noluit rectus crucifigi. Quod fideles suam gloriam vidissent, gratias deo agens, fideles quos sibi commendans spiritum emisit. Tunc Marcellus et Apuleius fratres, discipuli eius, eum de cruce deposuerunt et diversis condientes aromatibus sepelierunt. Ysidorus in libro de ortu et obitu sanctorum sic ait: Petrus, post Anthiochenam fundavit ecclesiam, sub Claudio imperatore vel Cesare contra Simonem magum pergit Romam, ibique predicans evangelium xxv° annis eiusdem urbis pontificatum tenuit. xxxvi° autem anno a passione domini a Nerone deorsum ut ipse voluit crucifixus est. Hec Ysidorus. In ipsa autem die passionis Petrus et Paulus apparuerunt Dionysio, sicut ipse ait in quadam epistola in hec verba: Attende miraculum, vide prodigium, fili mi Thimothee, de die victimationis illorum. Nam presto fui in tempore separationis eorum. Post mortem autem eorum vidi eos adinvicem manu ad manum tenentes et intrantes portas urbis et indutos veste luminis et coronis claritatis et lucis ornatos. Hec ille. Nero autem impunitus non evasit, sed pro hoc scelere et pro aliis que commisit manu propria se peremit; quorum scelerum aliqua hic breviter inseramus. Cum Seneca magister suus, ut in quadam epistola licet apocrypha legitur, condignam mercedem sui laboris speraret, iussit Nero ipsum eligere in qua arboris ramo suspendium affectaret, dicens quod hoc laboris sui premium ab eo recepturus esset. Cum Seneca requireret cur hoc supplicium mortis meruisset, audivit. Gladium super eius verticem vibrari iussit. Seneca vero nutu capite minari cernebat gladio, vehementer metuens perplexitati mortis periculo. Cui Nero ait: Magister, cur nutu capitis minaris gladio celso? Cui Seneca: Ego sub morte vereor et invitus morior. Cui Nero ait: Sic adhuc ego te metuo ut puer tunc consuevi. Quare te vivente quiete vivere non potero. Dixit quoque Seneca: Si me mori necesse est, saltem in arbitrio quod voluero mihi eligere genus mortis. Cui Nero: Festinus eligas, tantum mori ne differas. Tunc balneum in aqua implevit et in utroque brachio sibi minuere fecit, et sic fluxu nimio sanguinis ibi vitam finivit, et sic quodam presagio Senece nomen sortitus est, quia se necavit, quia quodammodo licet coactus manu propria se necavit. Hic Seneca duos fratres habuisse legitur. Unus fuit Julius Gallio, declamator egregius, qui manu propria se peremit. Alius Mela, pater Lucani poete, qui Lucanus incisione venarum iussu Neronis obiisse legitur. Furore vero Nero motus tante insanie ut in causa hystorie invenitur: matrem occidi et scindi iussit ut videret qualiter in utero eius fovebatur. Physici vero ei de matris perditione increpabant: iura negant, nature pietas prohibet ut filius matrem necaret, que ipsum cum tanto dolore peperit et cum labore et sollicitudine nutrivit. Quibus Nero: Facite me gravidum puero impregnari et postea parere, ut quantus dolor matri fuit possim scire. Hanc insuper voluntatem pariendi conceperat eo quod per urbem quandam mulierem parientem vociferantem audierat. Dicunt ei physici: Non est possibile quod nature est contrarium, et est impossibile quod rationi est consentaneum. Dixit quoque eis Nero: Nisi me feceritis puero impregnari et parere, omnes vos faciam crudeli morte interire. Tunc illi impotionatam ranam sibi occulte dederunt ad bibendum, et eam artificio suo in eius ventre crescere fecerunt, et statim venter eius, rem contrariam suo non sustinens, intumuit, ita quod Nero se gravidum puero estimaret. Faciebatque sibi fieri dietam quam nutriende rane ~~novecat~~ convenire noverat, dicentes eum propter conceptum talia eum observare oportebat. Tandem nimio dolore vexatus medicis ait: Accelerate tempus partus, quia labore pariendi vix anhelitum teneo suspirando. Tunc ipsum ad vomitum impotionaverunt, et ranam visu terribilem humoribus infectam et sanguine edidit. Circumstantes respiciens quod Nero partum suum ipsum abhorruit et mirabatur cur sic monstruosum. Dixerunt quod ei quod tam deformem fetum protulerit [illegible] et ait: Sum ne talis egressus de matris lateribus? Ut illi eam praecepit ergo ut fetus suus aleretur et testudini lapidea includeretur. Haec autem in chronicis leguntur et apocrypha sunt. Demum [illegible] aliis et quanta fuit incensio. Romam per septem dies succendi fecit, quod ex altissima turri prospectans laetatusque flammae pulchritudine tragico habitu Iliadem decantabat. Hic sicut legitur in chronica citharis auris persuadebat et cantibus intendebat, ita ut omnes citharistas et tragoedos superabat. Virum in uxorem duxit. Ipse a viro ut uxor acceptus est, ut dicit Orosius. Romani vero eius vesaniam non ferentes in eum impetum fecerunt et eum usque extra civitatem persecuti sunt. Qui videns quod evadere non posset, fustem dentium morsibus exacuit et se per medium palo transfixit et tali morte vitam finivit. Aliter tamen legitur quod a lupis devoratus sit. Redeuntes igitur Romani ranam in testudine invenerunt latentem, et ipsam extra civitatem proicientes combusserunt. Unde et pars illa civitatis, ut dicitur, Lateranum, ubi rana latuerat, Lateranum quasi a latente rana nomen accepit. Tempore Cornelii papae Graeci fideles apostolorum non sicientes corpora furati sunt et secum asportabant. Sed daemones in idolis habitantes divina coacti virtute clamabant: Viri Romani, succurrite, quia dii vestri auferuntur. Ex hac parte fidelibus intelligentibus de apostolis, gentilibus vero de suis diis, iunctis adunata fidelium et infidelium illos persequuntur. Unde Graeci timentes prope Catacumbas apostolorum corpora in puteum proiecerunt, sed a fidelibus postmodum inde extracta. Gregorius autem in registro dicit quod tanta eos vis tonitrui et fulgurum terruit et dispersit ut ea apud Catacumbas dimitterent. Sed cum dubitaretur quae ossa essent beati Petri et quae beati Pauli, orantibus fidelibus et ieiuniis insistentibus de caelis eis responsum est: maiora ossa sunt praedicatoris, minora vero piscatoris. Et sic ossa ab invicem separaverunt et in suis ecclesiis quas ante aedificaverant posuerunt. Alii vero dicunt quod Silvester papa volens ecclesias consecrare cum magna cum reverentia ossa in bilance cum summa reverentia ponderavit et medietatem in una ecclesia et medietatem in alia collocavit. Refert Gregorius in dialogo quod in ecclesia beati Petri ubi eius corpus iacebat vir quidam erat Agontius nomine magnae humilitatis, [illegible] quaedam puella paralytica in eius ecclesia permanens manibus reptaret et dissolutis renibus corpus post se traheret. Demum a beato Petro sanitatem petiit. Cui per visionem astitit dicens: Vade ad Agontium mansionarium et ipse te sanitati restituet. Coepit ergo illa per omnem locum huc illucque se trahere et quis esset Agontius inquirere. Cui repente ipse factus est obvius quem quaerebat, eique dixit: Pastor et nutritor noster beatus Petrus apostolus ad te me misit ut ab infirmitate mea me liberes. Cui ille: Si ab ipso missa es, surge. Apprehensaque eius manu ipsam levavit. Illa quoque in nullo vestigio remanente plene sanata fuit. In eodem quoque libro ait Gregorius quod Galla, urbis Romae nobilissima puella, Symmachi consulis ac patricii filia, marito tradita in uno anni spatio eius morte viduata est. Quam cum ad iterum nuptiarum thalamum aetas et opes vocarent, elegit magis spiritualibus nuptiis copulari Deo, in quibus incipitur a luctu sed ad aeterna gaudia pervenitur, quam carnalibus nuptiis esse subici, quae a laetitia incipiunt et ad finem ad luctum tendunt. Huic autem cum valde ignea complexio corporis inesset, coeperunt medici dicere quia nisi ad amplexus viri rediret, calore nimio contra naturam ~~rediret~~ barbas habitura esset, quod et ita factum est. Sed illa nil deformitatis exterioris timuit, quia interioris sponsi amabat, nec metuebat si hoc in illa foedaretur quod a caelesti sponso non amaretur. Abiecto igitur saeculari habitu apud ecclesiam sancti Petri monasterio se dedit. Ibique multis annis in simplicitate orationibus et eleemosynis servivit. Tandem ~~[illegible]~~ cancri ulcere in mamilla percussa est. Ante autem eius lectum duo candelabra semper lucebant, quia velut amica lucis non solum spirituales sed et corporales tenebras odio habebat. Vidit quoque beatum Petrum apostolum inter illa duo candelabra ante eius ~~lectum~~ lectum constitisse. Quae ex amore sumens audaciam exultavit et dixit: Quid est, domine? Numquid dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille benignissimo vultu inclinato capite annuit dicens: Dimissa. Veni et illa rogo ut soror benedicta veniat mecum. Et ille: non, sed alia veniet tecum. Quod illa abbatisse indicavit, sic etiam tunc ipsa defuncta est. In eodem libro dicitur quod cum presbiter quidam magne sanctitatis ad extrema deductus esset, cum magna leticia clamare cepit: Bene veniatis domini mei, qui ad tantillum servum vestrum dignati estis venire. Venio, venio, gratias ago, gratias. Cumque qui astabant quibus hec diceret interrogarent, ille admirando indicat: Nunquid venisse hic sanctos apostolos Petrum et Paulum non videtis? Cum vero iterum ut prius repeteret, sancta illa anima soluta est. Dubitatur autem a quibusdam utrum eadem die Petrus et Paulus passi sint. Dixerunt quidam quod eadem die, sed revoluto anno. Ceterum Ieronimus et omnes fere sancti qui de hoc tractant in hoc concordant quod eadem die et anno passi sint, sicut etiam manifeste habetur in epistola Dyonisii, et sicut dicit Leo papa in quodam sermone, ubi sic ait: Non enim sine causa factum putamus quod uno die et uno loco unius tyranni toleravere sententiam. In uno die passi sunt ut ad Christum pariter pervenirent, uno loco ne alteri Roma deesset, sub uno persecutore ut equalis crudelitas utrosque constringeret. Dies ergo pro merito, locus autem pro gloria, persecutor pro decorata pravitate. Hec Leo. Licet autem eadem die et hora passi sint, non tamen in eodem sed in diversis locis. Et quod dicit Leo quod in eodem loco passi sint, hoc dicit ideo quod ambo Rome passi fuerunt. De hoc quidam versificator sic dicit:

Ense coronatur Paulus, cruce Petrus, eodem
sub duce, Dux Nero, Roma que locus.

Et alius:

Ense sacrat Paulum, par dierum luce, dux urbis, cruce Petrum.

Licet autem eadem die passi fuerunt, ordinatur tamen ecclesia ut ipsa die specialius fieret quoad officium solemnitas Petri, et sequenti die commemoratio sancti Pauli, tum quia eadem die fuit ecclesia sancti Petri consecrata, tum quia maior est dignitate, tum quia prior conversione, tum quia primatum obtinuit Rome.

De sancto Paulo

Paulus interpretatur os tube vel os eorum seu electum mirabile vel electionis miraculum. Vel Paulus dicitur a pausa quod est requies qua- in [illegible] modicus latine. Per hoc intelliguntur sex prerogative quas habuit Paulus pre ceteris apostolis. Primum est lingua fructuosa, quia a ~~ieri~~ Ihericho usque ad Ierusalem replevit evangelium, et inde dicitur os tube. Secundum est caritas viscerosa, qua dicit: Quis infirmatur et ego non infirmor? Et inde dicitur os eorum, scilicet cordium, de quo ipse dicit: Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. Tertium conversio miraculosa, et inde dicitur electum mirabile, et conversus fuit. Quartum est manus operosa, et inde dicitur electionis miraculum. Magnum enim fuit miraculum quod elegit sibi propriis manibus sumptus acquirere et incessanter predicare. Quintum fuit contemplacio deliciosa, quia raptus fuit ad tercium celum, et inde fuit domini requies, quia in contemplacione dicitur requies mentis. Sextum fuit humilitas virtuosa, et inde dicitur modicus. De hoc nomine Paulus tres sunt opiniones. Origenes vult quod semper fuit binomius vocatusque sit semper Paulus et Saulus. Rabanus autem vult quod ante dictus est Saulus a Saule rege superbo, sed post conversionem vocatus est Paulus quasi parvulus a modico et humili spiritu, unde et nomen suum interpretando dicebat: Ego sum minimus apostolorum. Beda autem dicit quod dictus est Paulus a Sergio Paulo proconsule, quem ad fidem convertit. Passionem autem sancti Pauli Linus papa conscripsit.

Paulus apostolus post suam conversionem multas persecutiones passus est, quas beatus Hylarius enumerat dicens: Paulus apostolus in Philippis virgis ceditur, in carcere ponitur et ligno pedibus affigitur, in Listris lapidatur, et Iconio et Thessalonica ab iniquis persequitur, in Epheso feris datur, in Damascho per sportam muro deponitur, in Ierusalem sistitur, ceditur, ligatur, insidiatur, in Cezarea clauditur, criminatur, Italiam periclo adiit, Romam veniens sub Nerone iudicatur et occisus finit. Hec Hylarius. Gentes accepit. Quedam contractum in Listris erexit, iuvenem qui de fenestra ceciderat et expiraverat suscitavit, et multa alia miracula operatus est. In Militena insula vipera manum eius invasit, sed nihil ei lesit, sed potius in ignem [illegible] de ge[illegible] hominis illius qui paulum hospitio nascuntur a venenosis nullatenus leduntur. Unde cum pueri nati sunt in cunis eorum serpentes ponunt ut probent si veri eorum filii sint.

Invenitur autem aliquando quod paulus sit minor petro, quandoque maior, quandoque equalis; sed revera minor dignitate, maior predicatione, equalis sanctitate. Refert haymo quod paulus a pullorum cantu usque ad quintam horam labori manuum insistebat, deinde predicationi vacabat ita ut plerumque usque ad noctem sermonem protrahebat; residuum autem tempus comestioni, sompno et orationi satis necessarium erat. Veniens

ergo romam cum nero nondum esset in imperio confirmatus et etiam audiens quod de lege iudeorum et fide christianorum inter paulum et iudeos questio verteretur, non multum inde curavit, et sic paulus quo volebat libere ibat et libere predicabat. Ieronimus etiam in libro de viris illustribus dicit quod xxv anno a passione domini, id est secundo neronis, paulus romam vinctus mittitur et per biennium in libera manens custodia adversus iudeos disputavit. Deinde a nerone dimissus evangelium in occidentalibus partibus predicabat. xiiii anno vero neronis eodem die quo crucifixus est petrus truncatur. Eius autem sapientia et religio ubique divulgabatur et ab hominibus admirabilis habebatur. Multos etiam de domo cezaris sibi ad amicitiam copulavit et eos fidei christi convertit. Quedam etiam eius scripta coram cezare recitata sunt et ab omnibus mirabiliter commendata. Senatus etiam de ipso alta non mediocriter sentiebat. Quadam ergo die cum paulus sub vesperum in quodam solario predicaret, quidam iuvenis nomine patroclus pincerna neronis et sibi admodum dilectus, ut paulum propter multitudinem commodius audiret, fenestram ascendit et paululum ibi dormitando cecidit et expiravit. Quod audiens nero plurimum de eius morte doluit et statim alium in eius officium ordinavit.

Paulus vero per spiritum hoc cognoscens dixit astantibus ut illuc irent et patroclum cezaris carissimum ad se defunctum afferrent. Quem allatum paulus suscitavit et ad cezarem cum suis sociis misit. Cumque de morte eius lamentaretur, ecce patroclus venire adesse pro foribus nuntiatur vivens. Audiens vero nero patroclum vivum quem paulo ante noverat mortuum, plurimum expavit et eum ad se ingredi recusavit. Sed tandem persuasus amicorum intrare permisit. Cui nero: Patrocle, vivis? Et ille: Cezar, vivo. Nero: Quis te fecit vivere? At ille: Dominus iesus christus rex omnium seculorum. Iratus nero dixit: Ergo ille regnabit in secula et resolvet omnia regna mundi? Cui patroclus: Etiam. Tunc cezar nero dedit ei alapam dicens: Ergo militas illi regi? At ille: Utique milito qui me a mortuis suscitavit. Tunc quinque ministri imperatoris qui ei iugiter assistebant dixerunt: Cur imperator prudentem iuvenem prudenter bene et revera respondentem ledis? Et nos illi regi invictissimo militamus. Quod audiens nero eos reclusit in carcerem et nimium torquebat quos nimium ante dilexerat. Tunc omnes christianos fecit inquiri et omnes sine interrogatione per varia tormenta torqueri. Tunc paulus vinctus inter ceteros ante neronem adducitur. Cui nero: O homo magni regis famulus et mihi ad vinctus, cur milites meos subtrahis et tibi eos colligis? Cui paulus: Non solum de tuo angulo milites collegi, sed etiam de orbe universo, quibus rex meus donativa que nunquam deficiant et que omnem excludunt indigentiam largietur. Huic si subiectus esse volueris salvus eris. Tante enim potentie est ut iudex omnium veniat et mundi huius figuram per ignem resolvat. Hoc audiens nero et ira accensus quia figuram mundi dixerat paulus per ignem resolvendam, omnes igitur christianos iussit igne cremari, paulum vero tamquam maiestatis reum capite puniri. Tanta autem christianorum occisa est turba ut populus romanus palatium neronis irrumperet et seditionem contra eum concitare moliretur reclamans: Pone modum, cezar, tempera iussionem. Homines sunt quos perimis, pro eis romanum tuetur imperium. Timens imperator mutavit edictum ut nullum christianorum tangeret donec plenius imperator de eis iudicaret. Quapropter paulus iterum est reductus et conspectui neronis presentatus. Quem nero videns vehementissime exclamavit: Tollite maleficum, decollate impostorem, nolite sinere vivere criminatorem, auferte et supplicio [illegible] que. Paulus ait: Nero modicum tempus patiar sed vivam eternaliter domino Iesu Christo. Nero dixit: Auferte ab eo caput ut me ingestio fortiorem intelligat qui eum devicit et videamus si semper vivere possit. Cui Paulus: Ut scias me post mortem vivere eternaliter, cum caput abscisum fuerit tibi vivus apparebo et tunc cognoscere poteris quod Christus est dominus vite et mortis. Et his dictis ad locum supplicii ducitur. Cum eum duceretur, dixerunt ei tres milites qui eum ducebant: Dic nobis Paule quis est dominus rex tuus quem tantum diligis quod pro eo plus mori quam vivere eligis et quale inde mercedem habebis. Tunc Paulus de regno celorum et pena inferni sic eis predicavit quod eos ad fidem convertit. Qui eum rogaverunt eum ut liber abiret. Quibus dixit: Absit fratres ut fugiam, non enim sum profugus sed miles Christi legitimus. Scio enim quod per hanc mortem transitoriam transibo ad vitam eternam. Mox autem cum fuero decollatus viri fideles rapient corpus meum, vos autem locum notate et illuc cras mane venite et invenietis iuxta sepulcrum meum duos scilicet Lucam et Titum orantes, quibus cum dixeritis qua de causa vos ad eos misi, vos baptizabunt et regni celestis facient coheredes. Cumque eum loquentem misit Nero duos milites ut viderent si adhuc non fuisset occisus et cum vellet eos convertere, illi dixerunt: Cum mortuus fueris et surrexeris, tunc credimus his que dicis. Nunc autem cito veni et quod meruisti accipe. Cumque ad locum passionis duceretur, in porta Ostiensi occurrit ei matrona nomine Plautilla discipula Pauli que secundum Dyonisium alio nomine dicebatur Lemobia, quia forte binomia fuit. Que cepit flere et se eius orationibus commendare. Cui Paulus: Vade Plautilla eterni regis accommoda mihi velum quo caput tuum tegis ut inde oculos meos ligabo et postmodum illud tibi restituam. Quod cum sibi traderet irridebant eam carnifices: Quid fecisti et mago tam preciosum peplum tribuisti ut ipsum amittas. Cum ergo ad locum passionis Paulus venisset, ad orientem conversus et manibus in celum extensis diutissime cum lacrimis patria voce oravit et gratias

egit post hec [illegible] sibi de velo Plautille ligavit et utroque genu in terram figens collum tetendit et sic decollatus est. Mox ut caput eius a collo prosiliens Iesus Christus quod sibi in vita sua tam dulcis extiterat et tam crebro nominaverat hebraice insonuit clara voce. Dicitur enim ipsum in suis epistolis Christum vel Iesum vel utrumque simul quingenties nominasse. De eius autem vulnere unda lactis usque in vestimenta militis prosilivit et post ea sanguis effluxit. In aere immensum lumen apparuit, de corpore autem odor suavissimus emanavit. Dyonisius autem in epistola ad Thymotheum de morte Pauli sic dicit: In hora autem illa tristicie frater mi dilecte dicente carnifice Paulo: Collum para. Tunc beatus Paulus inspexit celum muniens pectus suum et frontem signo crucis et dixit: Domine mi Iesu Christe in manus tuas commendo spiritum meum. Et tunc absque tristicia et compulsione collum extendit et suscepit coronam. Percuciente autem carnifice et amputante Pauli caput dum beatus in uno [illegible] iactu complicuit velum et collegit sanguinem ipsum in velum et ligavit eum et tradidit illi femine. Et revertenti militi carnifici Lemobia dixit: Ubi dimisisti magistrum meum Paulum? Respondit miles: Cum socio ibi iacet extra urbem in valle pugilum et velo tuo velata est facies eius. Ipsa autem respondens dixit: Ecce nunc introierunt Petrus et Paulus induti veste preclara et coronas fulgentes luce radiantes habebant in capitibus suis. Et protulit velum sanguine cruentatum ostenditque eis, propter quod opus quam plures crediderunt domino et facti sunt christiani. Hec Dyonisius. Audiens Nero quod contigerat vehementer extimuit et de his omnibus cum philosophis et amicis loqui cepit. Dum hec invicem loquerentur venit Paulus ianuis clausis et ante Cezarem stans ait: Cezar ecce Paulus regis eterni et invicti miles. Vel nunc crede quod non sum mortuus sed vivus, sed tu miser eterna morte morieris eo quod sanctos dei iniuste interficis. Et his dictis disparuit. Nero autem pre nimio timore velut amens effectus quid ageret ignorabat. Et suasu et consilio amicorum Patroclum et Barnabam cum aliis solvit et quo vellet ire permisit. Illi vero milites scilicet Longinus magister et Acestus [illegible] pauli venerunt et [illegible] et [illegible] orantes et in quorum medio paulum stare viderunt quem titus et lucas videntes vehementer territi fugere ceperunt et paulus disparuit. Illi autem post eos clamabant dicentes: Non ut putatis vos persequimur sed a vobis baptisari volumus sicut et paulus nobis dixit quem vobiscum modo orantem vidimus. Hoc illi audientes reversi sunt et cum magno gaudio baptisaverunt eos. Caput autem pauli in quandam vallem proiectum est et pre multitudine aliorum qui interfecti fuerunt et ~~illuc~~ per illuc proiecti inveniri non potuit. Legitur autem in epistola Dyonisii quod cum mundaretur una fovea in qua iacebat et caput illud Pauli cum aliis purgamentis proiectum fuisset quendam pastor in virga sua levavit et iuxta caulas ovium fixit. Videbat quoque per tres noctes ipse et dominus suus semper idem caput lucere ineffabili resplendere. Quod cum episcopo et fidelibus nunciasset dixerunt: vere hoc est caput Pauli. Egressus igitur episcopus cum universa fidelium multitudine caput illud sanctum detulerunt et in tabula aurea inponentes illud corpori ponere attemptabant. Quibus patriarcha ait: Scimus quia multi fideles occisi sunt et eorum capita sunt dispersa. Non ergo nos presumimus illud caput Pauli imponere, sed caput ad pedes ponamus et omnipotentem deprecemur ut si suum caput est, corpus ad caput vertatur et corpori coniungatur. Cumque omnibus placuisset caput ipsum ad pedes Pauli corporis posuerunt. Et ecce cunctis admirantibus corpus se vertit et in locum suo capiti se univit. Et sic omnes deum benedixerunt et hoc esse caput Pauli veraciter cognoverunt. Refert Gregorius Turonensis quendam desperantem laqueum sibi parasse, nomen tamen Pauli invocans dicebat: Sancte Paule adiuva me. Tunc affuit quedam umbra senilis hortans eum et dicens: Eia bone vir age quod agis, moram ne facias. At ille semper parans laqueum dicebat: beatissime Paule adiuva me. Expedito vero laqueo affuit alia umbra quasi humana dicens illi

[illegible] quia [illegible] paulus invocatus advenit. Tunc fugata umbra evanuit et ipse laqueum proiciens penitentiam condignam egit. In eadem autem epistola Dyonisius mortem Pauli magistri sui in epistola ad Timotheum deplorat dicens: Quis dabit aquam capiti nostro et oculis nostris fontem lacrimarum ut ploremus die ac nocte quia lumen ecclesiarum iam extinctum est. Quis enim non induet fletum et quis non induet vestimentum lugubre et attonitus mente non obstupescet. Ecce enim Petrus fundamentum ecclesiarum et gloria sanctorum apostolorum omnes recessit et nos orphanos dereliquit. Paulus vel gemma familiaris pauperum deficit nobis et consolator pauperum nos intendimus qui fuit pater patrum doctor doctorum pastor pastorum. Abyssus sapientie, tuba altissima, predicator veritatis infatigabilem Paulum dico nobilissimum apostolum. Angelus terrenus et homo celestis, ymago et similitudo deitatis et spiritus perfectissimus. Deserens nos indignos nos inopes et in spe in hoc mundo contemptibili et maligno missus est ad regem deum suum dominum et amicum. Heu frater mi Thimothee dilecte anime mee, pater tuus magister et amicus plangitur. Vide quia non amplius te salutabit. Ecce orphanus factus es et ego simul. Iam nequaquam scribet tibi sanctissima manu sua: Dilecte fili veni carissime Thimothee. Quid hec calamitas frater tristicie et tenebrarum et dampni in qua orphani facti sumus. Iam non veniunt ad te epistole eius in quibus scriptum est: Paulus minimus servus Ihesu Christi. Iam non scribet de te civitatibus: suscipite filium meum dilectum. Compleatur frater libros [illegible]

[illegible] bene [illegible] [illegible] et eloquencia [illegible] David Jonatham plangebat et dicebat: Ve michi pro te [illegible] Jonatas [illegible] defecit [illegible] discipulorum [illegible] et [illegible] nemo dicit [illegible] et [illegible] qualiter nos [illegible] ecclesias nobis [illegible] missas et [illegible]. Eloquia [illegible] et [illegible]. Vere de istis [illegible] fratribus mi qui prelati sunt patris spiritualis [illegible] prelati esse [illegible] nobis [illegible] fratres qui prelati fuerunt magistri spirituales [illegible] collegerunt intellectum ad Sinay [illegible] et nove legis et [illegible] in sua ecclesia [illegible] Paule et [illegible] eius [illegible] et lingua [illegible] consules et [illegible] sua [illegible] non placet et [illegible] qui meruerunt gratiam et honestatem apud deum [illegible] admittem. Vide mi qui intuitus sum in illa hora [illegible] et doctrinam [illegible] tale morte [illegible]. Nunc ergo quo ibis [illegible] et [illegible] sicut vetus [illegible] fistula pastorum et fistula altisona cithare et plectrum psalterii decacordis [illegible] ad deum tuum et dominum tuum que desiderasti et toto affectu gavisus es et bona sua amicicia equales facte. In malo Jerusalem crucifixit dominum nostrum Jesum Christum, Roma vero apostolos eius interemit. Jerusalem autem fuit deo que crucifixit, Roma autem solempnizando glorificat quos interemit et nunc [illegible] quos dilexisti et toto corde desiderabas, Saul dico regem et Jonatham, in vita sua non sunt separati nec in morte et ego non sunt [illegible] cum separaretur nec homines pessimi et iniqui et separacio huius hore non erit separacio cum eius conversatur dilectus eciam sine hoc quod alloquatur qui nunc ab eo elongati sunt.

Johannes Crisostomus de laudibus Pauli

Hunc gloriosum apostolum multiplicat sic quicunque dixerit nichil prorsus erravit qui pratum quoddam insigne virtutum ac paradisum spiritualem Pauli animam nuncupavit. Que autem lingua laudibus eius invenitur equalis cum omnia que sunt in hominibus bona cum una possideat et ea cuncta plene cumulat, nec solum hominum sed eciam quod est amplius angelorum. Nec tamen ideo reticebimus sed potius pauca dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus cum orationis copiam virtus superat magnitudo laudati. Dico quod vinci multo sed nobis gloriosius sepe vicisse. Unde quo opportunius laudum eius sumemus exordium nisi ob hoc ipsum principium ut ostendamus eum bona omnium possidentem. Abel obtulit sacrificium et inde laudatur. Sed si Pauli hostiam adducimus in medium quantum celum a terra superior apparebit. Siquidem seipsum per singulos dies immolabat. Duplicem enim hostiam dei offerebat dum in corpore tum in corde mortificationem circumferens. Non enim [illegible] offerebat oves aut boves sed semetipsum dupliciter immolabat. Neque his contentus fuit sed eciam orbem universum studuit offerre qui terram atque mare Greciam atque barbariam omnemque sub sole regionem quam volitans circuivit et ex hominibus angelos faciens, immo ipsos homines qui ex demonibus angelos perficiens. Quid huic hostie reperit equale quam Paulus gladio spiritus sancti immolavit et in illo altari quod super celum locatum est obtulit. Sed Abel dolo germani peremptus occubuit, Paulus vero ab eis infinitis quos de innumeris malis volebat eruere. Dies autem eius numeras tibi omnes mortes tot utique quot et dies vixit. Noe se in archa cum legitur servasse cum liberis. Hic autem multo severiore inundante fluctu diluvio non archam compaginando eos a quibus patiebatur in celum studebat evehere quanto eum amplius obruebatur. Iste sanctus tanto cupiebat magis ac magis quo se fluminis effundendo [illegible]. Sed longanimitatem atque pacienciam [illegible] ex illa que pro aliena paululum posset. Nam cum septem annis [illegible] servivit pro sponsa, iam ille tamen; hic adversus solis estum diei et noctis gelu sed temptationes mille perpessus et nunc quidem verberibus nunc vero lapidibus cesus atque contusus et inter certamina undique prosiliens captas oves ex diaboli faucibus abstrahebat. Sed et Joseph pudicitie virtute decoratus, et ego vereor ne vera ridiculum sit hic etiam Paulum qui semetipsum crucifigens non solum humanorum corporum pulchritudines sed omnia etiam que videntur rebus clara ac decora intuebatur quemadmodum etiam nos favillam cinerem que despicimus, qui quasi iam mortuus prorsus ad mortem immobilis permanebat. Stupent et Job omnes homines. Est enim athleta mirabilis. At Paulus non mensibus tribus sed annis pluribus in agone perdurans tam clarus emicuit, non testa glebam saniem carnis sed in ipsius invincibilis os leonis frequenter incurrens et pugnans adversus temptationes et iniurias omni erat laude tollerabilior, qui non a tribus vel quattuor amicis sed a cunctis infidelibus et a fratribus etiam obprobria tollerabat, conspuebatur ab omnibus atque maledicebatur. Et illi certe magna hospitalitas et cura pauperum, sed quam ille impendebat sanis carne debilibus, hanc iste animis morbidis exigebat. Illius omnibus advenientibus aperiebatur domus, huius vero animus universo orbi patebat hospitium. Et ille quidem cum oves et boves haberet innumeras, erat in pauperes liberalis; hic vero nihil preter corpus suum possidens, et hoc sufficere indigentibus ministrabat. Quodam ubi commemorans, necessitatibus, inquit, meis et qui mecum erant ministrabant manus iste. Sed et vermes atque ulcera severos vermes scio Job inferebant dolores; sed Pauli verbera fame cathenas pericula et insidias que a domesticis atque extraneis a cunctis patiebatur orbe sollicitudinem tamen pro cunctis quam per scandala singulis diebus perferebat videbis quod omni saxo durior erat animus ista et ferrum atque adamantem firmitate superabat. Que enim ille corpore, hec mente Paulus sustinuit, que omni vulnere molestior et singulis quibusque labentibus mestitia consumebat.

[illegible] et noctes [illegible] lacrimarum fontes non diebus solum sed et noctibus effluebant, unde et nullis flentibus ad lacrimas affligebatur in singulis, propter quod dicebat: Filioli mei quos iterum parturio donec. Moyses pro iudeorum salute deleri se petivit de libro. Moyses itaque se cum ceteris obtulit perire, Paulus vero pro ceteris non cum pereuntibus voluit perire, sed ut salvarentur alii ipse de gloria eternitatis decidere. Et ille quidem pharaoni, hic diabolo quottidie repugnabat; ille pro una gente, iste pro universo mundo certabat, non sudore sed sanguine dolores. In cibum locustas et mel silvestre sumebat; sed Paulus ita in medio strepitu quemadmodum ille in heremo quiete versatus est, non quidem pastus locustis ac melle silvestri, verum [illegible] victu viliori contentus ac prope quidem indulgens cibo fructu studio predicandi. Verum illius adversus Herodiadem apparuit magna constantia; at iste non unum aut duos aut tres sed innumeros et in sublimi positos potestate corripuit, immo longe illo seviores tyrannos. Restat ut Paulum iam angelis comparemus, in quibus magnificam predicamus quia cum omni cura Deo obediunt; quod David admirando dicebat: potentes virtute facientes verbum illius. Et iterum vero propheta in angelis miratur dicens: Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. Sed hec in Paulo possumus invenire, cum velut ignis ac spiritus totum terre percurrit orbem et percurrendo purgavit. Sed nondum celum iste sortitus est, et hoc omnino mirabile quia talis versabatur in terris etiam mortali carne adhuc circumdatus. Sed ecce quo nos sumus condemnatione digni cum uno homine bona omnia in se congregante nec minimam eius partem quidem studeamus imitari. Non enim aliam ille sortitus est naturam nec dissimilem habuit animam nec alium inhabitavit mundum, sed in eadem terra, in eadem regione, sub eisdem aeris etiam legibus nutritus et moribus cunctos qui nunc sunt homines vel fuerunt virtute transcendebat. Nec vero hoc solum in illo mirabile est quod in tanta abundantia periculorum quotidianus non sentiebat dolores pro virtute susceptos, sed eadem virtute ipsa pro mercede pensabat. Nam nos quidem quibus nunc proposita mercede certamus, quod ille complectebatur eadem sine premio diligebat. Cuncta illa que asperitate sui videntur impedire virtutem cum omni mansuetudine perferens quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior. Et in tantis igitur periculis nova semper alacritate pugnabat. Cumque sibi mortem iam imminentem videret, ad communem delectationem et gaudii alios provocabat dicens: Gaudete et congratulamini michi. Ita ad confusiones et iniurias quas ob predicandi studium sustinebat magis quam ad honorum oblectamenta properabat, mortis potius quam vite desiderium appetens, paupertatis quam opulentie, et multo labores quam alii requiem post labores, et merorem magis eligens quam alii voluptatem, studiosius pro inimicis et fructuosius orans quam aliis adversus amicos. Unum illi formidandum erat atque metuendum, offense nimirum Dei, vel desiderabile illi aliud erat nisi placere Deo semper. Non dico autem quod nichil solum nisi premium desiderabat, sed nec aliquid futurum. Non enim michi dicas urbes et gentes, exercitus, pecunias, provincias, potestates; hec enim ut araneorum fila computabat, sed illa que promittebantur in celis. Ac tunc eius ardorem in tristicia videbis, cum hec si quidem pro illius dilectione non angelorum, non archangelorum, nec quicquam simile horum concupivit. Quod erat namque omnibus Christi amore fruebatur; cum hoc erat beatior se omnibus putabat; absque hoc autem nec Dominationum nec Principatuum socius esse cupiebat. Sed cum hac dilectione magis esse ut novissimus, immo etiam eo in numero punitorum, quam sine hac inter summos et honores sublimes. Hoc enim erat ei maius et singulare tormentum ab hac caritate discedere. Hoc illi erat gehenna, hoc sola pena intolleranda et infinita supplicia, non frui caritate. Hec illi celum, hec mundus, hec regnum, hec promissio, hec bona videbantur innumera. Igitur despiciebat universa que sunt [illegible] herba iam putrefacta contemni. Tyrannos vero et populos spirantes furore velut esse culices estimabat; mortem vero atque cruciatus et mille supplicia quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo pro Christo aliquid sustineret. Decorabatur vero vinculis catena magis quam diademate ornatus; etenim coartatus carcere habitabat ac si in celo. Libentiusque verbera recipiebat et vulnera quam alii bravia suscipiunt, et dolores non minus quam premia diligebat, eo quod ipsos utique dolores loco duceret premiorum; propterea illos eciam gratiam nominabat. Nam que nobis sunt causa tristicie, hec illi pariebant maximam voluptatem. Merore quoque maximo urebatur; propterea dicebat: Quis scandalizatur et ego non uror? Et ergo si in merore quis dicat inesse aliquam voluptatem, multi enim qui filiorum mortibus vulnerantur aliquid consolationis accipiunt cum suis fletibus relinquuntur, magis quam dolent cum dolere prohibentur. Sic Paulus die ac nocte consolationem accipiebat ex lacrimis. Nullus quippe tanto affectu mala propria quanta ille deflebat aliena. Quid enim animo eum illud opinaris afflictum cum predicationem defleret peccatorum? Cum ut illi salvi fierent a celorum gloria cupiebat excludi; nam non salvari illos multo acerbius estimabat quam semetipsum perire. Hunc ergo cui nam rerum poterit aliquis comparare? Cui ferro, cui adamanti? Quid nam illam aliquis non appellet animam? Auream vel magis adamantinam; nam omni adamante erat fortior et auro cunctis gemmis quoque preciosior, et alteram quidem materiam firmitate, alteram vero precedebat preciositate. Cui igitur ~~[illegible]~~ cuiusquam rei ab aliquo anima comparetur? Earum quidem que sunt omnium nulli horum. Si vel auro adamantis fortitudo vel adamanti auri honor adderetur, tunc forte aliquo modo comparatio eius Pauli posset anime convenire. Sed quia ego aurum et adamantem ad similitudinem Pauli adducam? Mundum si ex diverso applicas, omne cum tunc videbis apte Pauli mergi pondere ex animis [illegible]. Igitur et omnibus que in mundo sunt Paulus dicitur dignior. Si ergo mundus eo dignus non est, sed forte vel celum; sed istud quoque minus est. Nam si celum non solum celum sed et ea que habentur in celis Dei ~~[illegible]~~ deposuit caritati [illegible] et denique [illegible] quo [illegible] homines [illegible] et [illegible] etiam iudicat eum esse [illegible] non enim tam nos diligit deus quam a nobis ipse diligitur. Sed tanta effusio quidem nimio per complacere in paradisum quoque illum deus rapuit et in celum tertium sublimavit. Nec immerito siquidem paulus in terra degens sic se gerebat in cunctis quasi angelorum societate frueretur. Nam visibili adhuc corpori colligatus illorum perfectione congaudebat. Tantisque fragilitatibus subditus in nullo inferior supernis virtutibus apparere certabat. Nam et tamquam pennatus totum discurrendo pervolavit orbem et velut incorporeus labores periculaque contempsit et quasi iam celum possidens cuncta prorsus terrena et tamquam cum ipsis iam incorporeis virtutibus degens iugi mentis intentione vigilavit. Et angelis quidem sepe diversarum gentium cura commissa est, sed nullus eorum ita creditam sibi plebem gubernavit ut paulus universum orbem. Sicut enim aliquis indulgentissimus pater efficitur erga filium frenesi comprehensum, quanto magis conviciis ictibusque pulsatur tanto eius potius miseretur et deflet, ita paulus illis a quibus affligebatur maiora exhibebat fomenta pietatis. Sepe namque pro illis qui eum quater quinquagesies verberaverunt et eius sanguinem sitiebant lacrimabatur, vehementer dolebat et pro eis orabat dicens: Fratres, quidem est voluntas cordis mei, ac vehementer quoque mordebatur ac penitus dilacerabatur cum eos perituros videbat. Ut enim missum in ignem ferrum totum parte perfecto ignis efficitur, sic paulus caritate succensus effectus totus est caritas. Qui quasi communis totius mundi esset pater, ita in amore omnes et ipsos corporum quoque imitabatur parentes, immo cunctos non carnales verum etiam spirituales patres sollicitudine ac pietate superabat. Omnes enim per prorsus homines deo exhibere cupiebat quasi eum universum mundum ipse genuisset. Sic cunctos regno dei festinabat inducere corpore et anima pro eis his quos diligebat. Homo iste ignobilis et [illegible] qui circa conterebat in pellibus tanta virtute potitus est ut intra triginta annorum spatio et Romanos et Persas, Parthos et [illegible] Medos, Indos et Scithas, Ethiopes et Sauromathas atque

[illegible] et omnes prorsus gentes [illegible] sub iugo misit veritatis. Et sicut in stipulas aut fenum ignis immissus, sic omne demonum opus consumpsit. Paulo enim ingrediente lingua se omni igne vehementius urente cedebant omnia quoque fugiebant, et demonum cultus et tyrannorum mine et domesticorum insidie. Immo magis autem sicut radiis solis orientibus et tenebre fugiunt, et adulteri ac fures foveis conduntur, et latrones recedunt, et homicide ad antra fugiunt et clare desuper irradiantibus radiis, sic ubique etiam disseminante paulo fugabatur error, [illegible] veritas quoque remanebat, adulteria atque alia scelera diffugiunt atque corrupta isto ignis vapore palearum [illegible] clara vero inter hec veritatis flamma resurgebat resplendens usque ad celum sublimitate conscendens, ab his potissimum sublevata que eam opprimere videbantur. Nec pericula ac impetum processus eius impedire potuerunt. Erroris vero talis conditio quod nullo sibi obstante consenescit aut defluit, talis autem e contrario veritatis status quod multis impugnationibus suscitatur et crescit. Qui igitur ita genus nostrum nobilitat, ideo ei similes studeamus inveniri ut quicumque impossibile istud putes, quia tale illi corpus quale nobis fuit, talis anima, tales cibi, quia illud te quod formavit et queca[illegible] illius ita deus e cunctis. Vis dei bona in paulo cognoscere? Vestimenta eius terror demonibus erant. Hec vero amplius admiranda quia paulus nec cum inter in pericula temeritatis irruerunt argui poterit, nec cum pericula fugeret timiditatis. Amabat enim presentem vitam ob lucrum docendi et rursus eam valde despiciebat ob philosophiam ad quam illum mundi contemptus evocabat. Denique cum videris paulum pericula fugientem, non minus eum admireris quam cum periculis gaudet opprimi. Ut enim hoc fortitudinis, ita illud est sapientie. Et cum videris illum de se ipso [illegible] sonantem, similiter admireris ac si videris semetipsum despicere. Ut enim illud humilitatis est, ita istud magnanimitatis. Magis enim iuvabat loquendo de se quam ta

temo laudat qui [illegible] [illegible] mira-
bilior istis esset qui se ipsos in populo
ne laudare didicerint. Rexisset enim gratiam
fuisset creditores sibi omnes perdidisse quia
ad se humiliasset eos contulisset amplius
tunc placuit contemplando cum alter laudes
proprias occultando. Nec enim quisquam profu-
turum sua merita celaret cum iste dum
proderet. Est autem grande malum de se
ipso aliquid grande dicere atque mirabile
extreme quam dementie sed iniungente necessi-
tate et violenta utilitate propriis laudi-
bus velle decorari non licet sine deo
loqui iudicium quod insanie est. Hoc enim
omnem mercedem evacuat laboribus
acquisitam etenim cumque de se offerre sine-
ne gloriosi est et insolventis sed se-
iactantis dicitur cum illo tunc quo putu-
tamen iniuria sibi fructum amatis et multorum
remedium cogitaverit sicut fecit et Paulus
quia pseudo apostoli in laudes suas re-
compulsus est quam [illegible] aut que dignita-
tem suam ostenderent. Plura autem celavit
veniam inquit ad visiones et revela-
tiones domini. Petro autem tanta Paulus
tamquam crebra cum deo huius colloquia
quia nec prophetarum nec apostolorum ullus sine
Preterea ipse humilis videbatur visus est
plagarum metuere ut dicens quia cum diceret
sine vanis vivus erat quo pluribus pro vo-
luntate super multos homines. Verum et
unus quo aurelius erat nec enim metu
plagarum reprehensione dignum est sed pla-
garum metu aliquid dignum pietate ob-
tinere cum mortem ipsam quidem recusabat
Non enim nam hoc ipso enim quo non pla-
gas timet qui in certamine non vincitur
admirabilior ostenditur quam ille qui non ti-
met sicut nec mereri culpabile sed per-
mereri aliquid edicere aut facere contra que
deo displicet. Hinc equalis fuit Paulus
qualis fuit christus quia in tali natura
vivens potuit quamquam super nam hec infirmi-
tatibus subditam sed cum infirmitatibus [illegible]-
nosum et ut merito ille mirabile habeatur
qui imbecillitatem nature voluntate vir-
tute superavit quamvis Iohannem qui dicebatur
et Marcus a consortio separavit hoc quidem
rectissime pro predicationis officio effecit
cum sciret qui istud officium susceperit
non oportet esse eum mollem et resolutum

rius quisque debet attingere [illegible] fina-
onem sed fictionem nisi paratus sit animam
millesies tradere in mortem atque discrimina
qui enim non tali animo et multos alios suo pro-
det exemplo magis quam utile est se quiescere
sibi tantum vacet non ita gubernatorem non ad
bestias dimicantem non ludo gladiatorio de-
stinatum non quempiam alium sic ad discrimina
et mortis portam atque dispositum animum hic
oportet esse ut eum qui officium suscepit pre-
dicandi nam et pericula profecto maiora et
adversi seniores nec huc usque prorsus simili
gradatione certatur celum namque in primo in sup-
plicio iehenne promittitur quibus vos mittes eos a-
quia commotio facta est noli hoc delictum pu-
tare non enim commovere malum sed irrationa-
biliter nullo quam iusto flagitante negotio co-
moveri. Hinc enim affectum providus inseru-
it ut dormientes animas atque resolutas de-
sidia suscitaret quasi enim gladio iram etiam
menti nostre acuere imposuit ut ad op-
portet utamur. Benignitas enim non semper est
bona sed illud tempus efflagitat. Cum vero
istud abest etiam illa viciosa est et ita
Paulus usus est sepe affectum et immodeste
loquentibus melior erat unitus hoc quod
erat in eo mirabile quia cum vinculis ve-
beribus atque vulneribus splendidior dya-
demate purpura quam splendentibus cunctis
vinctus ferri tamen vastum pelagus dica-
batur ita gaudebat tamquam in maximo im-
perio ducatur. Cum autem ingressus est Ro-
mam nec ibi stare voluit sed in Hispaniam
petiit nec unum quidem diem in ocio passus
est et quiete frui sed in predicandi ardo-
re ipse igne ardentior nec pericula timuit
nec irrisiones erubuit. Hoc autem maiori
admiratione dignum est quod cum esset audax
ac velut ad pugnam semper accinctus et in-
genti quodam belli spiritu rursus placa-
bilem atque flebilem et flexibilem se pre-
bebat non sevientem ut pueris servienti dio-
precepit ut inde Tharsum non recusabat
propter murum cum deponi oportebat et
passus huius rei gratia ista faciebat ut predi-
cationi insisteret et quod hec credentibus inter
ad predicandum christum movebat profecto
ne forte pauper hic atque inops multorum
salutis beneficium absconderet. Ceterum
cum hi qui sub suo pugnavit vexillo viderent
infixa vulnera fluentem sanguinem
nec sic hostibus denique cedere sed stare

[illegible] adversarios acueret nec unum solum [illegible] humani aliisque verbis [illegible] dulci alacritate subderentur. Hoc ita factum est in Paulo videntes eum tam ligatum Caesariensis et Nicholoniensis in carcere praedicantes videntes eum vinculatum et in ubertates ipsos fervore capiebant maiore profecto fiducia colligebant, id quod ipse ait: Ita plures ex fratribus confidentes inde maiorem habere fiduciam audaciam sine timore verbum dei loquuntur cum alacritate, et ipse capiebat ac vehementius in adversarios ferebatur. Sicut enim ignis in adversas plenam materiam incidens augetur magis et intermicta fertur, sic eam lingua Pauli quibuscumque fuisset admota ad se eos quotidie transferebat; impugnatores quoque eius pabulum spirituale huic efficiebantur; igni quoque per ipsos evangelii magis flamma crescebat.

Septem fratres fuerunt filii beatae Felicitatis, quorum nomina sunt Januarius, Felix, Philippus, Silvanus, Alexander, Vitalis et Martialis. Hos omnes cum matre jussu imperatoris Anthonini Publius praefectus ad se vocari fecit. Suasit ergo matri ut sui et filiorum suorum misereri deberet. Cui illa ait: Nec blanditiis tuis potero allici nec terroribus frangi. Secura enim de spiritu sancto quem habeo, quia superabo viva et melius vincam occisa. Et conversa ad filios ait: Videte filii mei caelum et sursum aspicite carissimi, ibi vos Christus expectat. Fortiter pro Christo pugnate et fideles vos in Christi amore exhibete. Quod praefectus audiens alapis eam caedi jussit. Cum ergo mater et filii constantissime in fide permanerent, omnibus matre vidente et confortante diversis suppliciis interempti sunt. Hanc beatissimam Felicitatem vocavit Gregorius plus quam martyrem, quia septies passa in septem filiis et octavo in corpore suo. Unde Gregorius in omelia: Beata Felicitas quae credendo extitit ancilla Christi, effecta est praedicando martyr Christi. Septem quidem filios timuit post se vivos relinquere in carne, sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos praemittant. Parturivit spiritu quos quidem carne pepererat ut praedicando pareret Deo quos carne pepererat. Filios suos quos carnaliter suos esse noverat, sine dolore non poterat morientes videre, sed erat intus vis amoris quae dolorem vinceret carnis. Recte ergo hanc feminam vel martyrem dixerim, quae toties occisa in filiis est passa et desiderantur cumulata dum ergo multiplex martyrium obtinuit; ipsa enim martyrii palmam vicit quia in amore Christi sola sua mors ei sufficit minime. Passi sunt autem circa annos domini C.x°.

Theodora nobilis mulier et speciosa apud Allexandriam tempore imperatoris Zenonis virum habebat devotum ac timentem deum. Diabolus autem Theodorae invidens sanctitati virum quendam divitem in illius concupiscentiam concitavit, qui eam crebernimis nuntiis et muneribus molestabat ut assensum sibi praeberet. Sed illa nuntios respuebat et munera contemnebat. Instantia ipsum ipsam molestabat quod ipsam quietam habere non permittebat et paene deficere videretur. Tandem quandam magam ad eam misit quae eam ut viri illius misereretur sibi quod consentiret plurimum hortabatur. Quae cum diceret se coram oculis dei cuncta cernentis tam grande peccatum nunquam velle committere, malefica adiunxit: Hoc quidem die fit hoc utique deus scit et videt, quidquid autem advesperascente et occidente sole committitur deus minime intuetur. Dixit ergo puella maleficae: Nunquid veritatem dicis? At illa: Eam veritatem dico. Decepta puella maleficae dixit ut advesperascente die virum ad se venire faceret et voluntatem suam compleret. Quod cum viro retulisset, ille vehementer exultans hora qua convenerunt ad eam venit secum et concubuit et abscessit. Theodora autem ad se ipsam rediens amarissime flebat et faciem suam percutiebat dicens: Heu me quia perdidi animam meam, destruxi decorem corporis mei. Vir autem eius domum rediens et uxorem suam sic desolatam et moerentem videns, causam tamen nesciens eam consolari videbatur, sed illa nullam consolationem recipere volebat. Mane autem facto quoddam monasterium sanctimonialium adiit et abbatissam interrogavit an deus [illegible] que delicta quod advesperascente die commiserint scire posset. Cui illa: Nihil deo abscondi potest quia deus scit et videt omnia que fiunt quacunque hora committantur. Illa igitur amare flens dixit: Da mihi librum sancti evangelii ut sortiar me ipsam, et aperiens reperit: Quod scripsi scripsi. Rediens igitur domum cum quadam die vir suus abesset comam suam precidit et vestimenta viri accipiens ad quoddam monasterium monachorum quod per xviii miliaria distabat festinavit ut ibi in monasterio acciperetur petiit et quod petiit impetravit. Interrogata de nomine dixit se Theodorum nuncupari. Illa autem officia omnia faciebat et ejus officium omnibus gratum erat. Post aliquot igitur annos abbas fratrem Theodorum vocavit et ut boves iungeret et oleum de civitate adduceret precepit. Vir autem ejus plurimum flebat timens ne cum alio viro recessisset, et ecce angelus domini dixit ei: Surge mane et sta in via martirum Petri et Pauli et que tibi obviabit ipsa tua uxor erit. Quo facto ipsa Theodora cum camelis venit et virum suum videns et recognoscens intra se dixit: Heu me bone vir meus quantum laboro ut eripiar a peccato quod feci in te. Cum autem appropinquasset salutavit eum dicens: Gaudeas domine mi. Ille autem penitus eam non cognovit. Sed cum diutissime expectaret et se deceptum clamaret ignorans a loco discessit. Altera autem die facta est vox ad eum dicens: Ille qui te heri mane salutavit uxor tua erat. Tante autem sanctitatis fuit Theodora beata ut multa faceret miracula. Nam et hominem laceratum a bestia eripuit et suis precibus suscitavit ipsamque bestiam insecuta maledixit que subito mortua corruit. Dyabolus autem suam sanctitatem ferre non valens eam maledixit atque apparens dixit: Meretrix pre omnibus adultera reliquisti virum tuum ut huc venires et me contempneres. Per virtutes meas tremendas in te suscitabo pugnam et si non fecero crucifixum negatura dicas quod ego non sum. Ipsa autem sibi signum crucis edidit et protinus demon evanuit. Quadam autem vice cum de [illegible] loco hospitata fuisset puella quedam ad eam de nocte venit dicens: Dormi mecum. Quam cum repelleret ivit ad alium qui in illo hospitio iacebat. Cum autem venter ejus intumuisset et de quo concepisset interrogata fuisset ait: Monachus ille Theodorus dormivit mecum. Cum igitur puerum ad abbatem transmiserunt cumque abbas Theodorum increparet et ille sibi indulgentiam peteret scapulis suis puerum imposuit et de monasterio proicit. Illa autem eiecta per vii annos extra monasterium mansit et de lacte ~~cor~~ pecorum infantem nutrivit. Dyabolus autem tante ejus paciencie invidens in specie viri sui se transfiguravit et ei dixit: Quid hic agis domina mea? Ecce langueo pro te nec aliquam consolacionem accipio. Veni ergo lux mea et si cum alio viro iacuisti iam tamen tibi indulgeo. At illa credens virum suum dixit: Nunquam amplius tecum manebo quia filius Johannis militis concubuit mecum et volo penitenciam agere de eo quod in te peccavi. Et cum orasset statim evanuit et demonem fuisse cognovit. Altera autem vice volens dyabolus eam terrere sic eam stupefactam temptavit. Nam in solitudine ferarum tribulis ad eam demones venerunt et unus quidam eos instigantes dicebat: Comedite meretricem hanc. Illa autem oravit et [illegible] evanuerunt. Altera autem vice militum multitudo veniebat quorum princeps quidam precedebat et eum ceteri adorabant. Dixerunt ei milites: Theodore surge et adora principem nostrum. Que respondit: Dominum meum deum adoro. Quod cum principi nunciatum fuisset iussit eam adduci et tot tormentis affici ut mortua putaretur et postmodum omnis turba evanuit. Altera autem vice vidit ibi aurum multum et tunc signans se aufugit et deo se commendavit. Altera autem die vidit quendam canistrum plenum omni genere ciborum ferentem et sibi dicentem: Dicit princeps qui cecidit te: Tolle comede quia nesciens hoc fecit. Illa autem se signavit et protinus evanuit. Completis autem septem annis abbas pacientiam ejus considerans eam reconciliavit et cum puero suo introduxit in monasterium ubi cum post modum duos annos laudabiliter peregisset puerum accepit et se cum eo in cella sua clausit. Quod cum abbati relatum fuisset misit quosdam monachos qui diligenterque auscultarent quid ~~ipsa cum puero loqueretur~~ ipsa cum eo loqueretur. Illa autem autem puerum amplexans et deosculans dixit: Fili mi dulcissime tempus vite mee venit relinquo te deo [illegible] et [illegible] spiritum tradidit et in domino feliciter obdormivit circa annos domini ccc [illegible] puer cepit flere plurimum cepit. Ipsa autem nocte visio abbati monstrata est in qua nuptie magne celebrabantur et veniebant ordines angelorum et prophetarum martirum et omnium sanctorum. Et ecce in medio eorum mulier sola gloria ineffabili circumdata venit usque ad nuptias et sedit super lectum et omnes stantes adorabant eam. Et ecce vox dicens: Hic est abbas Theodorus qui falso de puero accusatus septem tempora super eam mutata sunt castigata autem est propterea quia cubile viri coinquinavit. Excitatus ergo abbas festinus ad fratrum cellam eius venit et ipsam iam defunctam invenit et intrantes et discooperientes eam feminam esse viderunt. Misit ergo abbas pro patre puelle que eam infamaverat et dixit illi: Vir filie tue mortuus est. Et auferens vestimentum mulierem esse cognovit. Et factus est ergo timor magnus. Angelus domini locutus est abbati dicens: Surge velociter equum conscende et in civitatem vade et si tibi quis obviaverit assume eum et adduc. Cum in via pergeret quidam vir currens sibi obviavit quem cum abbas interrogaret quo pergeret ille ait: Uxor mea defuncta est et vado videre eam. Et assumpsit abbas virum Theodore in equum et venientes plurimum fleverunt et ipsam cum multis laudibus sepelierunt. Vir autem cellam Theodore uxoris introivit et ibi permanens tandem in domino obdormivit. Puer autem Theodore nutricem sequens omni morum honestate pollebat ita quod mortuo abbate monasterii ipsum abbatem unanimiter unanimiter elegerunt.

Margaretha dicitur a quadam preciosa gemma que margarita vocatur que est gemma candida parva et virtuosa. Sic beata Margaretha fuit candida per virginitatem parva per humilitatem virtuosa per miraculorum operationem. Virtus autem huius lapidis dicitur esse contra sanguinis effusionem contra cordis passionem et ad spiritus confortationem.

[illegible] sic beata Margaretha habuit virtutem contra sui sanguinis effusionem per constantiam quia in suo martirio constantissime certavit contra cordis passionem id est demonis temptationem per victoriam quia ipsum dyabolum superavit et spiritus confortationem per doctrinam quia per suam doctrinam multorum animos confortavit et ad fidem Christi convertit. Cuius legendam Theotimus vir eruditus scripsit.

Margaretha de civitate Anthiochia filia fuit Theodosii gentilium patriarche. Hec nutrici traditur et ad adultam etatem veniens baptizatur et propter hoc patri plurimum habebatur exosa. Cum igitur quadam die iam quintumdecimum annum attigisset et cum aliis virginibus oves sue nutricis custodiret, Olibrius prefectus transitum faciens et puellam tam speciosam considerans mox in eius amore exarsit. Suos continue ad eam misit dicens: Ite et eam comprehendite ut si libera est eam michi in uxorem accipiam, si ancilla eam michi in concubinam habeam. Cum igitur fuisset eius aspectui presentata eam de genere suo et nomine et religione requisivit. Illa autem dixit se genere nobilem et nomine Margaretham et religione christianam. Cui prefectus: Duo tibi prima recte conveniunt quia et nobilis haberis et margarita pulcherrima comprobaris, sed tertium tibi non convenit ut puella tam pulchra et nobilis deum habeat crucifixum. Cui illa: Unde scis Christum fuisse crucifixum? Et ille: Ex libris christianorum. Cui Margaretha: Cum ibi legatis Christi penam et gloriam quale verecundia est vobis ut unum credatis et alterum denegetis? Cum ergo Margaretha eum sponte pro redemptione nostra crucifixum fuisse assereret et nunc eum in eternum vivere affirmaret, iratus prefectus eam in carcerem mitti iussit. Sequenti autem die ad se eam vocari fecit et ei dixit: Vana puella miserere pulchritudini tue et deos nostros adora. Cui Margaretha: Illum adoro quem terra tremit mare formidat venti et omnis creatura [illegible] Prefectus: nisi michi consenseris corpus tuum faciam laniari. Cui Margareta: Christus semetipsum pro me tradidit in mortem et ideo pro Christo mori non dubito. Tunc prefectus iussit eam in eculeo suspendi et tam crudeliter laniari quod sanguis de eius corpore tamquam de purissimo fonte emanavit. Flebant autem qui ibi aderant et dicebant: O Margareta tibi compatimur quia corpus tuum tam crudeliter conspicimus laniari. O quantam perdidisti pulcritudinem propter incredulitatem tuam. Vel iam tamen nunc statim crede ut vivas. Quibus illa: O mali consiliarii recedite et abite a me. Hic enim cruciatus carnis salvacio est anime mee. Dixit etiam ad prefectum: Impudice canis et insaciabilis leo, in carne mea potestatem habes, animam vero Christus servat. Prefectus autem clamide faciem operiebat ut tantam effusionem sanguinis non videret. Deinde eam deponi fecit et in carcere recludi. Ubi dum esset oravit dominum ut inimicum quem secum pugnabat visibiliter sibi ostenderet. Et ecce draco immanissimus ibi apparuit et os suum super caput eius ponens et linguam super calcaneum porrigens ipsam protinus deglutivit. Sed dum eam absorbere vellet signo se crucis munivit et illico draco signo virtute crucis crepuit et virgo illesa exivit. Sed hoc apocriffum reputatur. Dyabolus iterum ut eam decipere posset in speciem hominis se mutavit. Que videns in oracionem se dedit et dum surrexisset dyabolus ad eam accessit et manum tenens dixit: Sufficiat tibi quod fecisti, iam nunc cessa de mea persona. Illa autem eum per caput apprehendit et sub se ad terram proiecit et super cervicem eius dextrum pedem posuit dicens: Sterne te superbe demon sub pedibus femine. Demon autem clamabat: O beata Margaretha superatus sum. Si vir me vicisset non curarem, ecce a tenera puella superatus sum et inde plus doleo quia pater tuus et mater amici mei fuerunt. Ipsa vero coegit eum ut diceret cur christianos tam multipliciter temptaret. Qui dixit quod naturaliter odium esset sibi contra homines virtuosos et quamvis [illegible] non se [illegible] importune [illegible] et quia hominibus de felicitate quam ipse amisit invidebat recuperare non posset ipsam eis auferre contendit. Addidit etiam quod Salomon infinitam multitudinem demonum in quodam vase reclusit et post mortem suam de illo vase demones ignem emittebant et homines magnum thezaurum putantes vas confregerunt et demones egredientes aere impleverunt. Et hiis dictis virgo pedem sublevavit et demon statim evanuit. Secura igitur efficitur quia principem quem vicerat ministrum sine dubio superaret. Sequenti igitur die convenientibus populis iudici presentatur et sacrificare contempnens exuitur, corpus quoque eius facibus ardentibus comburitur et ita ut cuncti mirarentur quomodo tam tenera puella tot posset tollerare tormenta. Deinde in vase magno et pleno aqua ipsam ligari et poni fecit ut ex penarum commutatione cresceret vis doloris. Sed subito terra concutitur et cunctis paventibus virgo illesa egreditur. Tunc quinque milia hominum crediderunt et pro Christi nomine capitalem sententiam susceperunt. Prefectus autem timens ne alii converterentur caput beate Margarete amputari precepit. Illa autem orandi impetrato spacio pro se et pro suis persecutoribus necnon et pro eius memoriam agentibus et se invocantibus devote oravit addens quod quecumque mulier in partu periclitans ipsam invocaret prolem incolumem emitteret. Factaque est vox de celo quod in suis peticionibus noverit se exauditam. Surgens quoque ab oracione dixit spiculatori: Frater tolle gladium tuum et percute me. Tunc percuciens eius caput uno ictu abstulit et sic martirii coronam suscepit. Passa est autem xiiij° kalendas Julii sicut in eius hystoria invenitur. ~~Alibi~~ Alibi legitur quod tercio ydus Julii. De hac virgine quidam sanctus sic dicit: Beata Margaretha fuit instancia dei repleta, religione compuncta, discrecione perfusa, honestate laudabilis, paciencia singularis, nichil quod in ea contrarium religioni inveniebatur, odiosa patri, dilecta domino Jesu Cristo.

Marianus Anthonius Romanorum imperatores audito quod Gaderemi et Coffinitenses ipsis rebellare cepissent iuncti contra hostes magnum collegerunt exercitum. Habebat quod in exercitu suo vi-

[illegible] aut imperatoris videntes hostium innumerabilem multitudinem erant autem centena milia et timore compulsi cum septem milibus tantum fugam inierunt. Tunc primicerius Acacius et Heliades duces ad novem milia quibus preerant dixerunt: Sacrificemus diis nostris ut de inimicis triumphemus. Quibus unum cum sacrificantibus magis consternati sunt ut fugerent. Tunc Dominus qui novit qui sunt eius et scit quos elegerit misit angelum suum qui in specie adolescentis ante faciem eorum currens et dixit: Vobis sacrificantibus diis vos pavor invasit et fugere compulsit. Credite in Iesum Christum immortalem et pugnabit pro vobis. Cumque hec et alia vere fidei insignia angelus dixisset, illo et recepto sano consilio ut adolescentis iuvenem preceperat clamaverunt omnes dicentes: Iuva Domine Iesu Christe, credimus et quecumque nobis universis ipse reseravit in nomine tuo nos Christianos factos esse promittimus. Tunc angelo eius auxilium ferente in hostes impetum facientes alii ceciderunt, alii lacu vicino mersi, alii precipitio morientes. Angelus autem Domini duxit illos in verticem montis in Aratathim qui distat ab Alexandria stadiis quinque [illegible]glantes in potentia qui paulo ante perterriti erant ut fugerent et fide solidati sunt in Domino confidentes ut vincerent. Bona igitur et laudabilis in Dei potentia gloriatio que est eterna et non corrumpetur, humana vero ad tempus invenitur. Sedente itaque angelo in medio eorum aperti sunt celi et descenderunt ad eos septem angeli docentes eos et dicentes: Beati estis qui credidistis Deo viventi, propter eundem Deum requiescetis in sponso et requiem et in conspectu regum ducemini. Utilis est angelica presentia que per doctrinam tenebrosas mentes illuminat, per fidem roborat, futura pronunciat, pusillanimitatem solidat dicens: Ne paveatis vos quia Dominus vobiscum est. His dictis angeli ab eorum oculis ablati sunt. Et illi timentes magna voce sua peccata confitebantur. Visionem angelorum succedit timor et confessio peccatorum. Post primam desperationem hostium decem milia iussu imperatorum requirebantur. Divina dispensatione divina eorum conversio et [illegible] sunt complebatur. Deinde sicut angeli ipsis predixerant in monte inventi sunt Deum laudantes et Christiane fidei se esse confitentes. Imperatores autem audito principes [illegible] esse magno dolore contristati sunt super capita sua cineres ponentes et quin[illegible] diebus lugentes a cibo et potu abstinebant. Post hec quinque regibus Sapori, Maximo, Adriano, Tyberiano et alteri Maximo epistolam miserunt ut eis in auxilium advenirent et quid super hiis agendum esset pertractarent. Cum congregato magno exercitu venientes primum quinque ydolis immolabant. Deinde corpora reficientes ydolorum namque cultores comessationibus vocare sed iusti et ebrietatibus et voluptatibus carnis se iungunt. Post hec imperatores quinque consilio mittunt qui sanctos Dei adducerent. Missi itaque montem ascenderunt ubi sancti Deum adorabant. Quos videns beatus Acacius dixit sociis ut surgerent et contra diaboli exercitum operam darent. Hec mutacio dextere excelsi. Cum pugiles suos hasta clipeo et armis confidere monebat et divicias et manes glorias ut pugnarent vilia permittebat, nunc Christianos optimis sermonibus ammonebat et ad certandum in tribulationibus invitabat. Et illi terminos suos inclinantes manus Dei prestabantur qui ante eo usus recto collo currebant et pugnandi cervice armati erant. Nunc humiliati gratia Dei prestolantur. Et cum quinque reges venerunt vox de celo lapsa est dicens: Audivi que petistis, ne paveatis. Ego vobiscum sum usque in finem et confortamus. Hec audientes confirmati sunt in Domino. Tunc qui missi sunt dixerunt: Mandavit principes ut in conspectu eorum appareatis. Cum descendentes de monte steterunt coram eis spem habentes in Christo. Quos videntes reges benignati sunt. Adrianus autem causam eorum fidei in crucifixo quereret et beatus Acacius rem per ordinem narravit. Tunc Adrianus furiens [illegible] ait: Certa vos omnes in Christum credentes procul dubio omnes vos illius penas sustinebitis. Tunc furibundus imperator precepit suis ut sanctos Dei lapidibus obruerent. Cum vero tyranni iussa complentes sanctos lapidibus impeterent saxa nutu Dei in facies lapidantium revertebantur. Iussit ergo eos inpyssimus imperator [illegible] gellat. Cui unus ex istis nomine [illegible] conarius dixit: Orate pro nobis viri sancti quia grana sunt que patimur. Cui dixit beatus Acacius: Perseverate fratres in sancta confessione quia qui perseveraverit hic salvus erit. Quibus orantibus pro sustinendis tormenta facti sunt terre motus et arefacte sunt manus flagellancium. Erant autem ibi in exercitu regis maximi magnates quidam militum nomine Theodorus et Agasius habentes sub se mille milites qui videntes terre motum et que fiebant compuncti corde clamabant dicentes: Domine deus celi et terre qui opem infixis novem milia militibus contulisti digneris nos peccatores connumerare cum sanctis martiribus. Hec dicentes et voce in simul attollentes cum suis mille ad sanctos dei se transtulerunt. Et certe inventa est que predita erat Quagina decima et completus est prophetie numerus sacer denarius militum crucifixorum martirum. Quod ipso audiens nomine Maximus cum dolore nimio exclamat: O imperatores quantam pro vobis patior iniuriam et iacturam. Cui Adrianus paciens inquit: Oportet te forte ex ipso quia qui meum exercitum abstulit et tuum enim aderunt. Maximus itaque ad sanctos ait: Hortor vos decem milia viri audite me: sacrificate diis ne male pereatis. Cui beatus Acacius: Furor ait nimius non prevalet adversus cervices christianam deum habentes plurium inter tormenta. Igitur Maximus furiens iussit mille vetricorum acutissimorum fieri et per spacia stadia xxx^ta^ ut exercitus sanctorum super eos nudis plantis incederent. Sed angeli missi a deo in unum ~~clavorum~~ clavos acervavit cumulum ut pedibus sanctorum non figerentur. Tunc Maximus iussit ut ad instar Christi spinis pungerentur. Ministri autem iussa complentes acutissimis calamis eorum latera apperuerunt et in capitibus singulorum coronas spineas posuerunt. O gloriosa militum omnium cum auro et lapide precioso perfulgencia et velud lateris vulnera late cicatrices et quanta perfulgencia sacrosancto martirum sanguine rubricata. Tunc omnia super

[illegible] postea possent. Tandem cum sima in morte Acacius [illegible] sit et erat exercitus gentilium crucifigendum [illegible] in hora. Tunc sanctus Acacius primicerius dixit et Agapius ut crucifixis aliquid de fide exponerent cum de fidem trinitatis et misterium verbi incarnati incorporati predicarent. Hora diei sexta sol obscuratus est et terra mota est et petre scisse sunt. Tunc martires pro hiis qui memoriam passionis eorum cum ieiunio et silencio celebrarent oracione fuderunt dicentes: Domine deus memento mei in hac peticione, suscipe peticionem nostram et quia te exposcimus nobis concede digneris. Petimus domine ut quicumque memoriam passionis nostre cum ieiunio et devocione celebraverint recipiant fructuosam mercedem a te. Tribue eis sanitatem corporis medicinamque animarum et si in prelio fuerint non eis nocere valeant nisi te per eis pugnante hostes visibiles et invisibiles conterantur et annis tuis domine eis protege dies quibus ieiunii passionis annuam penitencialem consuetudine observantibus se devote. Et facta est vox de celo dicens: Que petistis dilectissimi sancte vos impetrasse scitis. Ita hora nona celi aperti sunt et lucem viderunt tunc super corpus sancta mox domini et cum premisso lumine celi aperuit in tres stipatus nativitatis celestis sanctorum medio prestans in dulce mortis letantur sancti se tanto solamine septi sic quibus crucis patibulo affixi in manus patris Christi pro se crucifixi suos spiritus commendantes et celi pallacia regi suo ducente translati sunt. Rursum mons fremuit concussus subito omnis et stipiti ferrea solvuntur. Ita mox pia membra angelicis manibus fulcitur terra sepultura. Et cum prophetis reduuntur morte latellis inter hos sanctos cum duo precelsi nati scilicet Maximus et Alexander. Passus est eadem cum eis sanctus Hermolaus Archiepiscopus qui totos sanctos martires baptisaverat.

Alexius fuit filius Eufemiani viri nobilissimi et Romani et in aula imperatoris primi. Cui tria milia puerorum assistebant qui zonis aureis cingebantur et vestibus sericis induebantur. Erat autem prefectus Eufemianus valde misericors et singulis diebus [illegible] et [illegible] quibus [illegible] et hora nona cum viris religiosis cibum in timore dei capiebat. Uxor vero eius nomine Aglaes eiusdem religionis ac propositi erat. Cum autem filium non haberent, ad preces eorum dominus eis filium contulit. Post hec ipsi deinceps in castitate vivere firmaverunt. Traditur igitur puer liberalibus disciplinis et in omnibus artibus philosophie ipse floreret, et cum ad pubertatem etatem venisset, puella sibi de domo imperiali eligitur et sibi in coniugem copulatur. Venit nox in qua sponsa secreta suscepit silencia. Tunc sanctus iuvenis sponsam suam in dei timore cepit instruere ac ipsam ad virginitatis provocare pudorem. Deinde aureum suum anulum et caput baltei quo cingebatur sibi servanda tradidit dicens: Suscipe hec et serva donec domino placuerit et dominus sit inter nos. Post hec de sua substantia accipiens ad mare accessit ascendensque occulte navem Laudiciam usque devenit. Inde quoque pergens in Edyssam civitatem Syrie profectus est, ubi imago domini nostri Iesu Christi sine humano opere facta in sindone habebatur. Quo perveniens omnia que secum detulerat pauperibus in atrio dei genitricis Marie sedere cepit, et de elemosinis vero quantum sufficere poterat sibi retinebat, cetera pauperibus erogabat. Tunc pater de recessu filii plurimum ingemiscens per universas mundi partes pueros suos misit qui eum inquirerent diligenter. Quorum dum aliqui in civitatem Edyssam venissent, ab eo cogniti sed ipsi minime eum cognoscentes eidem ut ceteris pauperibus elemosinas tribuebant. Quas accipiens gratias deo egit dicens: Gratias ago tibi domine quia a servis meis elemosinam me fecisti recipere. Reversi ergo servi patri nunciant quod minime possent eum reperire. Mater igitur sua a die sui recessus saccum in pavimento cubiculi stravit, ibique eiulans lamentabiles voces dabat dicens: Hic semper in luctu manebo donec filium meum recuperavero. Sponsa vero ad socerum suum dixit: Donec audiam de sponso meo dulcissimo ad instar turturis solitaria tecum manebo. Cum igitur Allexius in predicto atrio XVII annis in dei servicio permansisset, imago tamen beate virginis que ibidem erat custodi ecclesie dixit: Fac introire hominem dei, quia dignus est regno celorum et spiritus dei requiescit super eum, nam oratio eius sicut incensum in conspectu dei ascendit. Cum autem custos de quo diceret ignoraret, iterum dixit ei: Ille qui sedet foris in atrio ipse est. Tunc custos festinus exivit et ipsum in ecclesiam introduxit. Quod factum dum cunctis innotesceret et ab omnibus venerari cepisset, humanam effugiens gloriam inde recessit et Laudiciam venit, ibique navem ascendens cum in Tharsum Cilicie vellet pergere, dispensante deo navis a ventis pulsa in Romanum portum devenit. Quod cernens Allexius ait intra se: In domo patris mei ignotus manebo nec alteri onerosus ero. Patri igitur a pallacio redeunti multitudine obsequencium vallato obviam habuit ac post eum clamare cepit: Serve dei, me peregrinum in domo suscipi iubeas et de micis mense tue nutriri me facias, ut tui quoque filii peregrini dignetur deus misereri. Quod audiens pater ob amorem filii sui eum suscipi iussit et locum proprium in domo sua tribuit et cibum de mensa sua sibi dari constituit et ministrum proprium delegavit. Ipse autem in orationibus perseverabat et corpus suum ieiuniis et vigiliis macerabat. Agentes familie autem ipsum illudebant et aquam utensilium in caput eius fundebant, sed ipse ad omnia paciens valde erat. XVII annis in domo patris incognitus sic permansit. Videns igitur per spiritum quod appropinquaret terminus vite sue, cartham cum atramento petiit et totum ordinem vite sue conscripsit. Dominica igitur die post missarum solemnia vox de celo insonuit dicens: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Quod audientes in facies suas ceciderunt, et ecce vox secundo dicens: Querite hominem dei ut oret pro Roma. Querentibus illis et minime invenientibus iterum dictum est eis: In domo Eufamiani querite. Cum requisitus ille se nihil de hoc scire diceret, tunc imperatores Archadius et Honorius una cum pontifice Innocentio ad domum predicti viri venerunt, et ecce minister Allexii ad dominum suum venit dicens [illegible] patre magis et vite honore. Cum [illegible] igitur Eufemianus ipsum defunctum reperit et vultum eius tamquam angeli rutilantem vidit, voluit quod cartam quam in manu habebat accipere sed nequivit. Exiens igitur cum hec imperatoribus et pontificibus retulisset et illi intrantes ad eum dixerunt: quamvis peccatores simus regni tamen gubernacula gerimus et hec est cura universalis regiminis pastoralis. Da igitur nobis cartam ut sciamus que in ea scripta sunt. Et accedens pontifex cartam de manu eius accepit et ille eam sibi statim dimisit. At Eufemianus hec audiens nimio timore turbatus obstupuit et fletus qui exanimis resolutis viribus in terram cecidit. Cum vero ad se aliquantulum redisset vestimenta sua scidit, cepit quoque canos capitis sui evellere, barbam trahere atque semetipsum discerpere, et super filii sui corpus corruens exclamavit dicens: Heu me fili mi, quare me sic contristasti et per tot annos dolores et gemitus intulisti? Heu me miserum, quia video te custodem senectutis mee in grabato iacentem et michi non loquentem. Heu me miserum, qualem de cetero consolacionem habere potero? Mater vero eius hec audiens quasi leena rumpens rethe ita scissis vestibus expiliens coma soluta ad celos oculos levavit et cum pre nimia turba ad corpus sanctum adire non posset clamavit dicens: Date michi aditum viri ut videam consolacionem anime mee qui suxit ubera mea. Et cum pervenisset ad corpus incumbens super illud clamabat: Heu mi fili, lumen oculorum meorum, quare sic nobis fecisti? Quare tam crudeliter nobiscum egisti? Videbas enim patrem tuum et me miseram lacrimantes et ostendebas te ipsum nobis. Servi tui ~~iniuriabantur~~ iniuriabantur tibi et sustinebas. Et iterum atque iterum prosternebat se super corpus et nunc brachia super illud expandebat, nunc manibus vultum angelicum contrectabat, osculans et clamabat: Plorate omnes mecum qui adestis quia per xvij annos in domo mea eum habui et non cognovi, [illegible] iniuriabantur ei et alapis eum cedebant. Heu me quis dabit oculis meis fontem lacrimarum ut plangam dolorem anime mee. Sponsa vero eius induta veste adriatica accurrit plorans et dicens: Heu me quia hodie desolata sum et apparui vidua. Iam non habeo in quem respiciam, in quem oculos levem. Nunc ruptum est speculum meum et periit spes mea. Amodo incipit dolor meus qui finem non habet. Populus autem audiens hec lacrimabiliter flebat. Tunc pontifex cum imperatoribus posuerunt corpus in honorato feretro et duxerunt in medio civitatis. Nunciatum est populo inventum esse hominem dei quem tota civitas querebat et omnes ei obviam currebant sancto. Si quis autem infirmus corpus illud sacratissimum tangebat protinus curabatur. Ceci visum recipiebant, demoniaci liberabantur et omnes infirmi cuiuscumque infirmitate detenti tacto corpore sancto curabantur. Imperatores tanta miracula videntes ceperunt per se cum pontifice feretrum portare ut et ipsi sanctificarentur ab eodem corpore sancto. Tunc imperatores miserunt copiam auri et argenti in plateis spargi ut turbe occuparentur amore pecunie et sinerent corpus sanctum perduci ad templum. Sed plebs amore pecunie postposito magis ac magis ad tactum sanctissimi corporis irruebat et sic cum magno labore ad templum sancti Bonifacii martyris tandem illud perduxerunt et illic per septem dies in dei laudibus persistentes composuerunt monumentum ex auro et gemmis et lapidibus preciosis in quo sanctum corpus cum magna veneracione collocaverunt [illegible] xvij die mensis Julij. De quo monumento ita suavissimus odor fragravit ut omnibus videretur aromatibus plenum. Obiit autem xvj kalendas Augusti circa annos domini ccc xc viij.

Praxedis virgo soror fuit beate Potenciane que fuerunt sancti Donati et Thymothei qui ab apostolis in fide eruditi fuerunt. Que cum persecucione seviente multorum corpora christianorum sepelissent et facultates suas pauperibus erogassent in pace quieverunt circa

[illegible]

Maria interpretatur amarum mare vel illuminatrix vel illuminata. Per hec tria intelliguntur tres partes optime quas ipsa elegit, scilicet penitentie pars, contemplationis interne et pars celestis glorie. De qua triplici parte intelligitur quod dicit dominus: Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Prima enim pars non auferetur ratione finis qui est consecutio beatitudinis, secunda ratione continuitatis quia contemplativa vita continuatur ad contemplationem patrie, tertia ratione eternitatis. Inquantum igitur elegit optimam partem contemplationis interne dicitur illuminatrix quia ibi hausit avide quod postmodum effudit habundanter, ibi lumen accepit quo postmodum ceteros illustravit. Inquantum vero elegit partem penitentie dicitur amarum mare quia multas ibi amaritudines sustinuit, quod patet quia tot lacrimas effudit quod inde domini pedes lavit. Inquantum vero elegit optimam partem celestis glorie dicitur illuminata quia nunc illuminata est lumine perfectissime cognitionis in mente, illuminabitur lumine claritatis in corpore. Magdalena dicitur quod interpretatur manens rea vel magna interpretatur munita vel magnifica, per que significatur qualis fuit ante conversionem, qualis in conversione et qualis post conversionem fuit. Manens rea per obligationem ad penam eternam, in conversione munita per penitentie armaturam, optime enim ceteris omnibus se munivit, quia quot in se habuit oblectamenta tot in se habuit holocausta. Post conversionem magnifica per gratie superabundantiam, quia ubi abundavit delictum superabundavit et gratia.

Maria Magdalena a Magdalo castro cognominata clarissimis est orta natalibus utpote que de regia stirpe descendentibus, cuius pater Syrus, mater vero Eucharia nuncupata est. Hec cum fratre suo Lazaro et sorore sua Martha Magdalum castrum quod est secundo miliario et Bethaniam que est iuxta Ierusalem et magnam Ierosolime partem possidebant. Que tamen omnia inter se taliter diviserunt quod Maria Magdalum a quo et Magdalena nuncupata est, et Lazarus partem urbis Ierusalem et Martha Bethaniam possidebat. Cum autem Magdalena deliciis corporis totam se exponeret et Lazarus militie vacaret, Martha prudens partes sororis et fratris et suas strenue gubernabat et militibus ac famulis suis ac pauperibus necessaria ministrabat. Omnia tamen hec post ascensionem domini vendiderunt et ad pedes apostolorum posuerunt pretium. Cum igitur Magdalena divitiis abundaret et quia rerum affluentiam voluptas carnis sequitur, quanto divitiis et pulchritudine resplenduit tanto corpus suum voluptati substravit. Unde iam nomine proprio perdito peccatrix consueverat appellari. Sed cum Christus illic et alibi predicaret, ipsa nutu divino inspirata ad domum Symonis leprosi ubi audivit eum discumbere properavit, et non audens ut peccatrix inter iustos apparere retro secus pedes domini mansit, ubi pedes eius lacrimis lavit, capillis tersit et unguento perunxit. Nam incole regionis illius propter vehementissimam solis caliditatem unguentis et balneis utebantur. Cumque Symon intra se cogitaret quia si hic esset propheta a peccatrice se tangi nequaquam permitteret, dominus illum de superba iustitia redarguit et mulieri omnia peccata dimisit. Hec est illa Maria cui dominus contulit tot magna beneficia et tanta signa dilectionis ostendit. Nam septem ab ea demonia expulit et suo amore eam totaliter accendit, familiarissimam eam sibi constituit, hospitam eam suam fecit et procuratricem in itinere eam habere voluit, eamque semper dulciter excusavit. Nam excusavit eam apud phariseum qui dicebat ipsam immundam, et apud sororem que dicebat eam ociosam, et apud Iudam qui dicebat eam prodigam. Lacrimantem videns lacrimas continere non potuit. Cuius dilectione quatriduanum fratrem suscitavit, cuius amore Martham sororem suam a fluxu sanguinis que septem annis passa fuerat liberavit, cuius meritis Marcellam sue sororis famulam et illud tam bonum et dulce [illegible] vetus venit qui et portavit [illegible] fecit secundum Ambrosium illa fuit Marthe eius famula. Hec est Maria illa que domini pedes lacrimis lavit capillis tersit et unguento perunxit que in tempore gratie solemnem penitentiam prima fecit que optimam partem elegit que ad pedes sedens domini verbum audivit que eius caput perunxit que iuxta crucem in domini passione fuit que unguenta paravit corpus eius ungere voluit que a monumento discipulis recedentibus non recessit cui Christus resurgens primo apparuit et apostolorum apostolam fecit.

Post ascensionem vero domini scilicet anno xiiii° a passione domini cum iudei Stephanum occidissent et ceteros discipulos a iudee finibus repulissent diversarum gentium apostoli subeunt regiones verbum ibidem domini seminantes. Erat autem tunc temporis cum apostolis beatus Maximinus unus de lxxii domini discipulis cui a beato Petro Maria Magdalena fuerat commendata. In hac igitur dispersione beatus Maximinus Maria Magdalena Lazarus frater eius et Martha soror ipsius et Marcella pedissequa que Marthe fuerat ancilla beatus Cedonius qui cecus a nativitate fuerat sed a domino fuerat liberatus omnes hii insimul et plures alii christiani navi ab infidelibus positi et pelago sine aliquo gubernatore expositi ut omnes scilicet submergerentur divino tamen nutu Massiliam devenerunt. Ubi cum nullos qui ibidem eos vellent recipere hospitio invenissent sub quodam porticu qui pro phano gentis illius terre preerat morabantur. Cum autem beata Maria Magdalena videret populum ad phanum confluere ut ydolis immolaret assurgens vultu placido facie serena lingua discreta eos ab ydolorum cultu revocabat et Christum constantissime predicabat et admirati sunt universi pre ~~pre~~ tam pre specie pre facundia pre dulcedine eloquentie illius. Nec mirum si os quod tam pie et tam pulchre pedibus salvatoris infixerat oscula ceteris amplius verbi dei spiraret odorem. Post hec autem ad[illegible] princeps provincie [illegible] ut pro habenda prole ydolis immolaret. Cui Magdalena Christum predicans sacrificare dissuasit. Interea evolutis aliquot diebus Magdalena apparuit in visu matrone illi dicens: Cur cum tot divitiis abundetis sanctos dei fame et frigore mori permittitis. Addidit quoque minas nisi marito suo suaderet ut sanctorum inopiam sublevaret. Ipsa autem indicare viro suo timuit visionem. Sequenti igitur nocte eidem iterum apparuit idem dicens sed adhuc viro suo indicare neglexit. Tertio vero sub intempeste noctis silentio apparuit utrique frendens et vultu igneo ac si tota domus arderet et ait: Dormis ne tyranne membrum patris tui Sathane cum vipera coniuge tua que tibi indicare noluit verba mea. Quiescis ne crucis ~~inimice~~ dei inimice diversis ciborum generibus ventris tui infecta ingluvie sanctos dei fame et siti perire permittis. Iaces ne in palatio pannis involutus sericeis et illos desolatos et sine hospitio vides et preteris. Ymmo miseriores ~~pre~~ preteris. Non sic inique evades nec impune feres quod tamdiu eis benefacere distulisti. Sic locuta est et abscessit. Evigilans autem matrona suspiravit et tremuit. Viro suo eadem de causa suspiranti ait: Domine mi vidisti ne somnium quod vidi. Vidi inquit et admirari et pavere non desino. Quid inde faciemus. Cui mulier: Utilius est ei obtemperare quam iram dei sui quem predicat incurrere. Quamobrem ipsos hospitio receperunt et eis necessaria ministrabant. Cum autem quadam die [illegible] Maria Magdalena predicaret predictus princeps dixit: Putas posses defendere fidem quam predicas. Cui illa: Equidem illam predicare et defendere presto sum utpote quotidianis miraculis et predicatione magistri mei Petri qui Rome presidet roboratam. Cui dictus tunc princeps cum coniuge dixit: Pro obtemperare parati sumus si a deo quem predicas nobis filium impetrabis. Propter hoc inquit Maria Magdalena absque fide non remanebit. Tunc beata Maria pro ipsis dominum exoravit ut eis filium concedere dignaretur. Cuius preces dominus exaudivit et matrona illa concepit. Tunc vir eius cepit velle proficisci ad sanctum Petrum ut probaret si ut Maria de Christo predicaverat sic veritas se haberet. Cui uxor: Quid est domine putas ne [illegible] recedente recedam et te quiescente quiescam. Cui vir ait: non sic fiat domina, quia cum sis gravida et in mari sunt infinita pericula, de facili periclitari posses. Domi igitur quiescens et possessionibus nostris curam impendens. Econtra illa instabat feminea nec ne femine mutans more, et tum lacrimis pedibus eius provoluta tandem quod petebat obtinuit. Maria vero humeris eorum signum crucis imposuit ne antiquus hostis eis in itinere impediret. Navem igitur omnibus necessariis copiose honerantes et cetera que habebant in Marie Magdalene custodia relinquentes proficisci ceperunt. Iamque unius diei et noctis cursu consummato cepit inmundum mare intumescere et ventus flare, ita ut omnes maxime et matrona gravida et debilis tanta fluctuum inundatione quassati gravissimis angustiis urgerentur. Nimirum quod in ea subito dolor partus irruit et inter angustias ventris et pressuras temporis filium pariens expiravit. Natus igitur puerulus palpitabat et mamillarum maternarum querens solacia lamentabiles dabat vagitus. Pro dolor, et natus est infans vivus et matricida effectus; eum mori conveniebat cum non sit qui vite prebeat alimentum. Quid faciat peregrinus cum uxorem mortuam videat et parvulum vagientem querelis vocibus matris mamillas appetere? Lamentabatur plurimum et dicebat: Heu heu miser, quid facias? Filium habere desiderasti et matrem cum filio perdidisti. Naute autem clamabant: Proiciatur in mare hoc corpus antequam simul omnes periamus; quamdiu enim nobiscum fuerit, hec quassatio non cessabit. Et cum corpus apprehendissent ut in mare iactarent illud: Parcite, inquit peregrinus, parcite, et si nec matri nec michi parcere volueritis, misereamini saltem parvuli vagientis. Permittite modicum et sustinete, ne forte mulier pre dolore in extasi posita et rursus valeat respirare. Et ecce non procul a navi quidam collis apparuit, quo viso utilius credidit esse ut corpus et puerulus illic deferrentur quam marinis beluis ad devorandum darentur. Et vix a nautis prece et precio extorsit ut illic applicarentur. Cumque illic pre duricia foveam non potuisset fodere, in secretiori parte collis clamide supposito corpus collocavit et puerulum eius mamillis apposuit et lacrimans ait: O Maria Magdalena, cur ad perditionem et infelicitatem meam Massilie partibus applicuisti? Cur infelix admonitione tua hoc iter arripui? Petisti ne Deum ut uxor mea eadem ratione conciperet ut pareret? Ecce enim concepit et pariendo mortem sustinuit. Conceptus quoque natus nunc est ut pereat, cum non sit qui nutriat. Ecce quod prece tua obtinui, tibi cui omnia commendavi, Deo quoque tuo commendo. Si potens est, memor sit anime matris et prece tua misereatur ne pereat natus. Tunc clamide sua corpus cum puero circumquaque cooperuit et post modum navem conscendit. Cumque ad beatum Petrum venisset, Petrus ei obvius fuit. Cumque viso signo crucis humeris eius affixo quis esset et unde venisset sciscitatus est, eique sibi omnia per ordinem narravit. Cui Petrus: Pax tibi, fiat bene venisti et utili consilio credidisti. Nec moleste feras si mulier tua dormit et puerulus cum ea quiescit. Potens est Dominus cui vult dona dare, data auferre, ablata restituere, merorem tuum in gaudium commutare. Petrus autem eum duxit in Jerusalem et omnia loca ubi Christus predicavit et miracula fecit, locum autem eum in quo passus est et in quo celos ascendit eidem ostendit. Cumque de fide a Petro diligenter fuit ~~inst instruc~~ instructus, biennii spatio iam elapso ascendens navem repatriare cupivit. Cumque navigaret, Domino disponente iuxta collem in quo corpus uxoris cum pusillo positum ~~fuerat~~ fuerat pervenerunt. Cumque prece et precio eos ad ibi applicandum adduxit. Puerulus autem ibidem a Maria Magdalena incolumis conservatus frequenter ad litus maris procedebat et ibidem, ut puerorum moris est, cum lapillis et glareis solitus ludere erat. Et cum applicuisset, vidit puerulum more solito in litore maris cum lapillis ludentem, et quid hoc esset admirari non desinebat. De scapha exiliit, que videns puer cum numquam tale quid vidisset expavit et ad solita matris recurrens ubera occulte sub clamide latitabat. Peregrinus vero ut manifestius videret illuc accessit et puerum pulcherrimum matris sugentem ubera invenit et amplexans [illegible] O maria magdalena quam felix essem quam omnia michi prospere successissent si mulier respiraret et mecum repatriare valeret. Scio equidem scio et procul dubio credo quod tu que puerum dedisti et in hac rupe per biennium nutrivisti poteris matrem precibus tuis pristine restituere sanitati. Ad hec verba mulier respiravit et quasi a sompno evigilans ait: Magni meriti es beata maria magdalena et gloriosa que in partus mei pressuris obstetricis implesti officium et in omnibus necessitatibus ancille tue famulatum complevisti. Quo audito peregrinus ait: vivis ne uxor mea dilecta. Cui illa: vivo equidem et nunc primo de peregrinatione de qua et tu venisti venio. Et sic beatus petrus te ierosolimam duxit et omnia loca in quibus dominus passus est et mortuus et sepultus et alia plura loca ostendit. Sic et ego una cum beata maria magdalena vobiscum fui et singula loca conspexi et conspecta memorie commendavi. Et incipiens omnia loca et miracula que vir viderat sic plene explicavit ut nec in articulo deviaret. Tunc peregrinus recepta coniuge et puerulo navim letus conscendit. Paulopost Massilie applicuerunt portibus et ingressi invenerunt mariam magdalenam cum suis discipulis predicantem cuius cum pedibus cum lacrimis provoluti omnia que eis acciderant narraverunt et a beato maximino baptismum susceperunt. Tunc in civitate massilie omnia ydolorum templa destruentes christi ecclesias construxerunt et beatum lazarum eiusdem civitatis episcopum unanimiter elegerunt. Tandem divino nutu ad aquensem civitatem venerunt et populum illum ad fidem christi per multa miracula induxerunt. Ibi etiam beatus maximinus in episcopum est electus ordinatus. ~~Inter~~ Interea beata maria magdalena superne contemplationis avida asperrimum heremum petiit et in loco angelicis manibus preparato per xxx^ta^ annos hominibus incognita mansit. In quo quidem nec aquarum fluenta nec herbarum erant solacia ut ex hoc manifestaretur quod redemptor noster ipsam non terrenis refectionibus sed tantum celestibus epulis disposuerat satiare. Qualibet autem die

[illegible] et celestium agminum concentus gloriosos etiam auribus audiebat. Unde diebus singulis hac suavissima dapibus satiata et inde per eosdem angelos ad locum proprium reducta corporalibus alimentis nullatenus indigebat. Sacerdos autem quidam solitariam vitam agere desiderans ad ad xii stadia loco eidem vicina sibi cellam locaverat. Die autem quadam dominus predicti sacerdotis oculos aperuit et corporeis oculis evidenter conspexit qualiter angeli ad predictum locum in quo maria magdalena morabatur descenderent et eam in ethera levarent et post hore spacium ad eundem locum cum divinis laudibus revocabant. Volens autem sacerdos rerum admirabilis visionis veritatem agnoscere creatori suo precibus se recommendans ad locum predictum audaci devotione properabat. Cumque ad unius ictum lapidis appropinquasset repente eius crura resolvi et timore valido ipsius precordia medullitus hanhelare. Cumque retro rediret et ambulandi usum tibia cum pedibus simul adhibebat, sed si verso itinere ad locum predictum accedere conaretur totiens eius languor corporis et ebetudo mentis omnibus exhibebat. Intellexit igitur vir dei illud procul dubio celeste esse sacramentum ad quod accedere humanum non poterat experimentum. Invocato autem salvatoris nomine exclamavit: adiuro te per dominum ut si homo es vel alia racionabilis creatura que in illa spelunca habitas michi respondeas et michi edisseras veritatem. Cumque hec ter repetisset beata maria magdalena ei respondit: Accede propius et omnia que desideras x anima tua scire poteris veritate. Cumque ille tremens usque ad medium spacii terminum appropinquasset ait ad eum: Meministi ex ewangelio de maria illa famosissima peccatrice que pedes salvatoris lacrimis rigavit et capillis tersit et suorum delictorum ~~veniam~~ veniam promeruit. Cui sacerdos: memini. Cui illa: iam plus quam xxx^ta^ annorum spacio hominibus incognita permansi et sic sicut heri tibi cernere permissum est sic diebus singulis angelicis manibus in ethera elevata ~~tele~~ celestium agminum dulcissimam iubilacionem septenis vicibus per singulos dies auribus audire promerui. Ecce igitur michi a domino revelatum est quod ex hoc seculo migratura sum, beatum maximinum adeas et ei hec studeas intimare quod proximo die [illegible] [illegible] [illegible] corporis [illegible] solus ingrediatur et ibi illum per angelorum ministerium presentem inveniet. Sacerdos autem vocem eius velut vocem angeli audiebat, neminem autem videbat. Concitus igitur beatum Maximinum adiit et ei omnia per ordinem narravit. Beatus autem Maximinus nimio repletus gaudio salvatori gratias immensas retulit et illa die ac hora ut sibi iussum fuerat oratorium solus ingressus vidit beatam Mariam Magdalenam in medio choro adhuc stantem eorum qui eam adduxerant angelorum. Cumque beatus Maximinus ad eam accedere trepidaret, conversa ad eum dixit: Accede huc pater propius, ne fugias filiam tuam. Appropinquante autem eo sicut in ipsius beati Maximini libris legitur, ita vultus eius ex continua et diuturna visione angelorum radiabat ut facilius solis radios quam ipsius faciem intueri quis posset. Convocato igitur universo clero et sacerdote predicto corpus et sanguinem domini ab episcopo beata Maria Magdalena cum multa lacrimarum suscepit inundatione. Deinde toto corpusculo ante altare prostrata sanctissima illa anima ~~de corpore eius~~ migravit ad dominum. Post cuius egressum tantus odor suavitatis ibidem remansit ut per septem dies fere ab ingredientibus oratorium sentiretur. Cuius sanctissimum corpus beatus Maximinus diversis conditum aromatibus honorifice sepelivit et post mortem suam iuxta eam se honorifice sepeliri precepit.

Egesippus autem vel ut habent quosdam libros Josephus satis cum historia predicta concordat. Ait enim in quodam suo tractatu quod Maria Magdalena post domini ascensionem pre ardore caritatis Christi et tedio quod habebat numquam virum videre volebat, sed postquam ad Aquense territorium venit, in desertum abiit et triginta annis ibi incognita mansit, ubi ut ait qualibet die septem horis canonicis in aerem levabatur. Addidit etiam quod sacerdos dum ad eam venisset reperit eam cella clausa, qui ad eius petitionem vestem sibi porrexit, quam induens ad ecclesiam secum ivit et ibi communione percepta elevatis in celum manibus iuxta altare in pace quievit. Temporibus autem Karoli magni, scilicet anno domini .dcc.xl. po

Gerardus dux Burgundie cum de uxore sua filium non posset habere, largiter manu res suas pauperibus erogavit et multas ecclesias ac monasteria construebat. Cum igitur ~~[illegible]~~ Vizeliacum monasterium construxisset, misit [illegible] [illegible] ad [illegible] cum monacho ad Aquensem civitatem ut inde si posset beate Marie Magdalene reliquias transportaret. Veniens igitur predictus monachus ad predictam civitatem ad ipsam funditus a paganis destructam invenit ~~invenit~~. Casu quoddam invenit sepulcrum, cuius sepultura marmorea demonstrabat quod corpus beate Marie Magdalene repositum intus erat in ipso sepulcro; historia eius mira manu sculpta fuit. Nocte igitur illud effodiens assumptas reliquias ad hospitium reportavit. In ipsa igitur nocte beata Maria Magdalena eidem monacho apparuit dicens ut se inceptum opus perficere. Rediens igitur cum ad dimidiam leucam a monasterio venisset, ulterius reliquie inde nequaquam potuerunt donec veniente abbate ad mediam leucam cum monachis et processione honorifice sunt recepte.

Miles quidam qui singulis annis ad corpus beate Marie Magdalene convenire consueverat veniens in prelio occisus est, et dum in feretro a parentibus ploraretur, Marie Magdalene pias querelas opponebant cur devotum suum sine confessione et penitentia mori permisisset. Tunc subito qui defunctus fuerat stupentibus cunctis surrexit et sacerdotem ad se vocare precepit, cumque devote confessus fuisset et viaticum recepisset, protinus in pace quievit.

Navis quedam viris et feminis onusta naufragium pertulit. Una autem femina cum esset pregnans et se in maris periculo conspiceret, Magdalenam in quantum poterat acclamabat vovens quod si meritis suis ab ipso naufragio evaderet et filium pareret, ipsum eius monasterio condonaret. Statim quedam femina specie et habitu venerabilis ei apparuit, que eam per mentum accipiens periclitantibus aliis incolumem ad ripam perduxit. Illa autem post modicum filium peperit et votum suum fideliter adimplevit.

Dicunt quidam Mariam Magdalenam sponsam fuisse Johannis evangeliste, quam duxerat cum Christus de nuptiis ipsum vocavit. Et ob hoc ipsa indignata quod sibi sponsum suum abstulerat abiit et omni voluptati se dedit. Sed quia conveniens non erat ut Johannis vocatio occasio damnationis sibi fieret [illegible] et quia a summa delectatione spirituali in dei amore precipue totum impleuerunt. Quod et de Johanne fatentur quod ipso dulcedine sue familiaritatis eum pre ceteris decorauit qui a predicta dilectione eum remouit. Hec autem falsa et friuola reputantur. Vir quidam luminibus oculorum priuatus cum ad monasterium Virzeliacum causa visitandi corpus sancte Marie Magdalene venisset et suus ei ductor diceret se iam videre ecclesiam, ille magna voce exclamauit: O sancta Maria Magdalena utinam aliquando videre merear ecclesiam tuam. Statimque oculi eius sunt aperti. Quidam cum peccata sua conscripsisset in quadam cedula scripsisset, eam sub palla altaris beate Marie Magdalene posuit rogans eam ut sibi indulgentiam impetraret, qui postmodum cedulam accipiens peccata sua de ipsa cedula omnino inuenit deleta. Quidam cum ob pecunie exactionem in compedibus teneretur, sepe Mariam Magdalenam in adiutorium inuocabat et ecce quadam nocte mulier speciosa sibi apparuit que vincula frangens et hostium reserans sibi ut fugeret imperauit, qui se absolutum videns protinus inde aufugit. Clericus quidam de Flandria Stephanus nomine in tantam scelerum nequitiam ceciderat quod omnia perpetrans flagitia ea que salutis erant nec facere nec audire volebat. In beatam autem Mariam Magdalenam deuotionem habens magnam eius vigilias ieiunabat et festum colebat. Cum igitur eius tumulum visitasset, ei nec ex toto dormienti nec ex toto vigilanti tamquam mulier formosa lugubres gerens oculos et duorum angelorum dextra leuaque sustentata presidio apparuit et ei dixit: Cur queso Stephane indigna meritis meis facta rependis, cur laborum meorum instancia nulla compunctione moueris? Ex quo enim in me deuotionem habere cepisti, pro te dominum semper instanter exoraui. Surge igitur et penitere, neque enim te deserendum curabo quousque deo reconciliatus. Ille mox tantam in se gratiam infundi sensit quod seculo abrenuncians religionem intrauit et perfectissime vixit. In cuius morte visa est Maria Magdalena iuxta feretrum cum angelis assistere et eius animam cum

Apollinaris dicitur a pollens et aris virtus quasi pollens virtutibus, ut dicitur ab apollo quod interpretatur mirabilis et naris per quem intelligitur discretio, vel ab a quod est sine et polluo et aris virtus quasi virtuosus et sine pollutione.

Apollinaris Petri apostoli discipulus Rauennam de Roma missus est, ubi uxore tribuni sanata ipsum tribunum et eius familiam baptizauit. Quod cum quidam iudici nunciatum esset, ab eo Apollinaris protinus accersitur ductusque ad templum Iouis ut ibi immolaret, dixit sacerdotibus melius esse quod aurum et argentum appensum ydolis melius pauperibus dare esset quam ante demones appendi. Protinus capitur et fustibus cesus semiuiuus relinquitur, sed a discipulis suis collectus in domo cuiusdam vidue septem mensibus fouebatur. Inde autem venit ad ciuitatem Classensem ut quendam nobilem mutum curaret. Cum autem domum ingrederetur, puella quedam immundum spiritum habens exclamauit dicens: Recede hinc serue dei, aut faciam te ligatis manibus et pedibus de ciuitate extrahi. Quam Apollinaris increpans ab ea spiritum exire coegit. Cum autem super mutum nomen dei inuocasset et curatus esset, plus quam quingenti homines in deum crediderunt. Pagani autem eum fustibus cesum ne nomen domini inuocaret. Ille autem in terra iacens clamabat: Quoniam ipse est verus deus. Tunc nudis pedibus eum super prunas stare fecerunt. Cumque ipse constantissime predicaret, aquam feruentem in eius vulnera iactari iussit et eum pondere ferri vinctum in exilium mittere voluit. Videntes autem christiani tantam impietatem accensi in paganos irruerunt et plus quam ducentos viros occiderunt. Quod videns preses abscondit se et Apollinarem in artissimo carcere reclusit, deinde cathenis onustum in nauim posuit et cum tribus clericis eum sequentibus in exilium destinauit. Ubi solum cum duobus clericis et duobus militibus aliis pereuntibus periculum tempestatis euadens ipsos milites

[illegible]
ipsius post [illegible] templum apollinis
erat cuius simulacrum videns ipsum male
dixit et statim corruit quod videntes
pontifices ipsum thauro iudici presentaverunt
qui videns eum tam suum filium illuminatum vi
disset credidit et ipsum quattuor annis in suo pre
dio manere fecit. Post hec cum pontifices
apud vespasianum eum accusassent ve
spasianus misit ut quicumque diis iniuriam
irrogaret aut satisfaciat aut urbe
pellatur non enim iustum est ut deos vindicemus
sed ipsi de inimicis suis se ulcisci poterunt
si irascantur. Tunc demostenes patricius
eum sacrificare nolentem cuidam centuri
oni iam christiano tradidit cuius rogatu presbyter
in vicum leprosorum ut ibi propter furorem
gentilium lateret a paganis insecutus
est et usque ad mortem durissime cesus
est ubi per septem dies supervivens et discipulos
admonens tradidit spiritum et ibi a christianis
honorifice sepultus est sub vespasiano
qui cepit sub anno domini lxx. De hoc
martyre ambrosius sic dicit in prefatione.
Apollinaris dignissimus presul a principe
petro ravennam mittitur ut nomen ihesu incredulis
nunciaret cumque ibi mira virtutum
fecisset in christum credentibus senis verberibus
flagellis sepe ceditur et senile iam corpus
ab impiis gravissimis cruciatibus la
niatur sed ne de suis tantum cruciatibus fide
les trepidarent in virtute nominis christi si
gna apostolica perficit post tormenta puellam
suscitavit mortuam visum cecis
reddidit et muto restauravit loquelam
obsessam a demonio liberavit contagio
nem immundam leprosi dissoluta morbo
sanat pestiferis membris portentum
simulacri simul cum templo deiecit o
dignissime admiratione presulum pontifex
qui cum pontificis dignitate apostolicam
promeruit etiam potestatem o fortissime
athlete athleta christi qui prevalente iam fri
gescente calore constanter in penis ihesum
christum mundi predicavit redemptorem

Cristina quasi crismate un
cta habuit enim balsamum
odoris in conversatione et oleum
[illegible]
tione nobilissimis parentibus orta in
tyro ytalie a patre suo in quadam turri
cum xii pedissequis collocata est deos
argenteos et aureos secum habens et
cum pulcherrima esset et a multis in con
iugium peteretur parentes eius nulli eam
volebant concedere volentes ut in deorum
cultura maneret ipsa autem a spiritu sancto docta
ydolorum sacrificia abhorrebat et in
censa diis ymolanda abscondebat
in fenestra. Veniente autem patre eius
pedissequæ dixerunt filia tua domina
nostra diis ymolare contempnit sed christianam
se esse asserit. Pater autem blandiens
ad deorum culturam eam provocabat. Cui
illa noli me vocare filiam tuam sed eius
cui sacrificium laudis decet offerre non enim
diis mortalibus sed deo celi offero sacri
ficium. Cui pater filia mea ne uni deo sacrifi
cium offeras tu ne tibi alii irascantur.
Cui illa bene locutus es nesciens veritatem
offero enim sacrificium patri filio et spiritui sancto.
Cui pater si tres deos adoras cur etiam
alios non adoras. Cui illa tres illi una
deitas sunt. Post hec cristina deos confregit
et aurum et argentum pauperibus erogavit.
Rediens pater ut deos adoraret sed
ipsos non inveniens et ab ancillis quid
de ipsis cristina fecisset audiens iussit
eam expoliari et xii viris cedi adeo
ut ipsi viri deficerent. Tunc cristina
patri dixit sine ~~et~~ honore et pudore
et abhominabilis deo qui me cedunt
deficiunt. Pete illis a diis tuis si va
les virtutem. Tunc cathenatam eam mitti iussit
in carcerem. Hec audiens mater vestimenta
sua scidit et ad carcerem pergens filie se pe
dibus prostravit dicens filia mea cristi
na lumen oculorum meorum miserere mei. Cui
illa quid me dicis filiam tuam nescis quia
dei mei nomen habeo. Cumque nihil posset
sibi persuadere ad virum rediit et quod di
xerit indicavit. Tunc pater iussit eam
ante tribunal suum adduci. Cui dixit sa
crifica diis sin autem multis afficieris sup
pliciis et mea filia non diceris. Cui illa
magnam mihi gratiam prestitisti quia iam me
non vocas filiam dyaboli quod autem de dyabolo

magister demonum est qui eam pater ipsius [illegible] [illegible] Tunc ille iussit carnes eius ungulis radi et membra eius tenera dirumpi. Cristina autem de carnibus suis accipiens in vultum ipsius proiecit dicens: Accipe tyranne et carnem a te genitam comede. Tunc pater super rotam eam posuit et ignem supposuit, sed flamma erumpens mille quingentos occidit. Pater autem eius et omnia magicis artibus ascribens ipsam iterum in carcerem mitti iussit et facta nocte iussit pueris suis ut lapidem grandem ad collum eius ligarent et in mare precipitarent. Quod cum fecissent, protinus angeli ipsam assumunt, Christus ad ipsam descendit et eam in mari baptisavit dicens: Baptiso te Cristina in deo patre meo et in me Jesu Christo filio eius et spiritu meo sancto, et commisit eam Michaeli archangelo qui ad terram eam deduxit. Quod audiens pater frontem suam percutiens dixit: Quibus maleficiis hoc facis ut in mari maleficia tua exerceas? Cui illa: Stulte et infelix, a Cristo hanc accepi graciam. Tunc in carcerem eam recludi iussit mandans ut de mane decollari debeat. In ipsa autem nocte Urbanus pater eius mortuus reperitur. Huic quidam iniquus iudex successit nomine Dyon, qui cunam ferream succensam cum oleo resina et pice parari fecit et Cristinam ibidem iactari mandavit, cunamque iussit a quatuor viris agitari ut citius consumeretur. Tunc Cristina deum laudavit quod eam renatam de novo velut infantulam in cunabulis agitari. Tunc iudex iratus fecit caput eius radi et nudam per civitatem usque ad Appollinem duci. Ubi ydolo imperavit et cadens in pulverem est redactum. Quod audiens iudex expavit et spiritum tradidit. Huic successit Julianus qui fornacem succendi fecit, ubi per quinque dies cum angelis cantans et deambulans illesa permansit. Quod audiens Julianus et magicis artibus hoc ascribens duos aspides et duas viperas duosque colubros serpentes ad eam mitti fecit, sed serpentes pedes eius lingebant, aspides [illegible] incantatores colubros [illegible] Julianus incantatori dixit: [illegible] et tu magus non es? Irrita bestias. Quod cum faceret, serpentes in eum impetum fecerunt et eum protinus occiderunt. Tunc serpentibus imperavit Cristina et ad desertum locum ire fecit et mortuum [illegible] suscitavit. Tunc Julianus mamillas eius abscidi iussit, de quibus lac pro sanguine effluxit. Deinde linguam eius pracidi iussit. Cristina vero nec sic loquelam perdidit, sed precisam linguam accipiens in faciem Juliani proiecit et oculum eius tangens ipsum excecavit. Iratus ergo Julianus duas sagittas contra cor eius et unam in latus eius misit, et illa illesa spiritum deo reddidit circa annos domini ~~[illegible]~~ septingentos ~~[illegible]~~ vii sub Dyocleciano. Requiescit autem corpus eius in quodam castro quod Bulsenum vocatur inter urbem veterem et inter Biterbium. Turris vero que iuxta idem castrum erat funditus est destructa.

Jacobus apostolus dictus est Jacobus Zebedei, Jacobus frater Johannis, Boanerges id est filius tonitrui, et Jacobus maior. Dictus est enim Jacobus Zebedei id est filius non tantum carne sed etiam nominis interpretacione. Zebedeus enim interpretatur donans sive donatus, beatus autem Jacobus se ipsum deo donavit per mortem martirii et a deo nobis donatus est in spiritualem patronum. Dictus autem Jacobus frater Johannis quia fuit eius frater non tantum carne sed etiam similitudine morum, ambo enim fuerunt eiusdem zeli ad dominum, eiusdem studii et eiusdem voti. Eiusdem zeli fuerunt ad dominum ulciscendum, cum enim Samaritani Cristum non reciperent Jacobus et Johannes dixerunt: Vis dicimus ut ignis descendat de celo et consumat ~~eos~~ eos? Eiusdem studii ad discendum, unde isti duo precipue fuerunt qui Cristum de die iudicii et aliis de futuris interrogaverunt. Eiusdem voti ad optinendum, quia sessionem Cristi ad dexteram et sinistram ambo habere voluerunt. Dictus autem filius tonitrui ratione sonoris predicationis, quo malos terrebat, pigros excitabat, omnes sua altitudine in admiracionem convertebat. Unde dicit Beda de Johanne quod tam alte intonuit ut si aliquantulum altius intonuisset totus mundus eum capere non potuisset. Dictus est Jacobus maior sicut alter minor, primo ratione vocationis [illegible] fo[illegible] quia maiorem familiaritatem videtur habuisse cum isto quam cum illo sicut patet quia ipsum ad secreta sua admittebat sicut ad puelle resuscitationem et gloriosam transfigurationem. Tercio ratione passionis quia primus inter ceteros apostolos passus fuit. Sicut ergo dicitur maior ex eo quia prius vocatus est ad apostolatus graciam ita potest dici maior quia prius vocatus est ad eternitatis gloriam.

Jacobus apostolus filius zebedei post ascensionem domini cum per iudeam et samariam predicaret in hyspaniam tandem venit ut ibi verbum dei seminaret. Sed dum ibi nichil se proficere videret solum novem ibi discipulos acquisivisset, duobus ibi causa predicandi de illis reliquit et alios septem secum assumpsit et iterum in iudea reliquit. Magister Johannes Beleth dicit quod unum ibi convertisset. Cum ergo in iudea verbum dei predicaret magus quidam nomine hermogenes discipulum suum nomine philetum ad jacobum misit ut ipsum philetus coram iudeis convinceret quod sua predicatio falsa esset. Sed cum apostolus eum coram omnibus rationabiliter convicisset et multa coram eo miracula fecisset, rediit philetus ad hermogenem doctrinam jacobi approbans et miracula enarrans atque eius discipulum se velle fieri contestans ut et ipse similiter eius esset discipulus persuadens. Tunc hermogenes iratus arte sua magica ita eum immobilem fecit ut se nullatenus movere posset dicens: videbimus si jacobus tuus te solvat. Quod cum philetus per puerum jacobo nunciasset, misit ad eum jacobus sudarium suum dicens: accipiat sudarium meum et dicat: dominus erigit elisos et ipse solvit compeditos. Statim quod ut de sudario tactus fuit, solutus a vinculis magicis artibus hermogenis insultavit et ad jacobum properavit. Iratus igitur hermogenes demones advocavit precipiens ut ipsum jacobum vinctum cum phileto ad se adducerent ut se de ipsis vindicaret ne discipuli eius sibi deinceps auderent taliter insultare. Venientes autem demones ad jacobum in aere ululare ceperunt dicentes: jacobe apostole dei miserere nobis quia antequam tempus nostrum advenit iam ardemus. Quibus jacobus ait: ad quid venistis ad me? Qui dixerunt: hermogenes misit nos ut te et philetum ad ipsum duceremus sed mox ut ad te venimus angelus dei nos cathenis igneis ligavit et plurimum cruciavit. Quibus jacobus: angelus absolvat vos angelus domini et ad ipsum redite et eum vinctum ad me adducite sed illesum. Qui cum abiissent apprehendentes hermogenem manus eius a tergo ligaverunt et ipsum sic vinctum ad jacobum adduxerunt dicentes: misisti nos ubi incensi sumus et confusi cruciati. Dixerunt quoque demones ad jacobum: da nobis in eum potestatem ut possimus tuas iniurias et nostra incendia vindicare. Quibus jacobus ait: ecce philetus ante vos, cur eum non tenetis? Cui illi: nos non possumus nec formicam que in tuo cubiculo est manu tangere. Dixit quoque jacobus ad philetum: ut bona pro malis reddamus sicut christus nos docuit reddamus; hermogenes te ligavit, tu eum solve. Solutus hermogenes confusus stetit et jacobus ei dixit: vade cum liber quocumque volueris, non enim discipline nostre est ut invitus aliquis convertatur. Dixit ei hermogenes: ego novi iras demonum; nisi michi aliquid dederis quod habeam me occident. Cui jacobus baculum suum dedit. Ille autem omnes libros artis magice sue ad apostolum cremandos adduxit. Jacobus autem ne odor incendii provocaret incautos eos in mare proici fecit. Proiectis igitur libris suis ad apostolum rediit et plantas eius tenens dixit: animarum liberator accipe penitentem quem invidentem et detrahentem actenus vidisti et sustinuisti. Cepit igitur in dei amore perfectus esse adeo ut virtutes per eum fierent plurime. Videntes igitur iudei hermogenem conversum jacobum adierunt et cur jesum christum crucifixum predicaret increpaverunt. Ille vero cum eis per scripturas adventum et passionem christi evidenter probasset plurimi crediderunt. Abiathar vero pontifex anni illius sedicionem in populo concitavit et misso fune in collo eius ipsum ad herodem agrippam adduci fecit. Cumque iussu eius ad decollandum duceretur, quidam paraliticus in via iacens ad eum clamavit ut sibi sanitatem conferret [illegible] ait: In nomine domini mei Jesu Christi pro cuius fide ad decollandum ducor consurge sanus et benedic creatorem tuum. Et statim sanatus surrexit et benedixit deum. Scriba autem qui in collo eius funem miserat et vocabatur nomine Josias hoc videns ad pedes eius se proiecit et veniam se fieri christianum postulavit. Quod videns Abiathar eum teneri fecit sibique dixit: Nisi nomini Christi maledixeris cum ipso Jacobo decollaberis. Cui Josias ait: Maledictus es tu, nomen autem Christi sit benedictum in secula. Tunc Abiathar os eius pugnis cedi iussit et missa de ~~eo~~ eo legatione ad Herodem impetravit ut cum Jacobo decollaretur. Cum autem ambo decollari deberent Jacobus a spiculatore lagenam aque petiit et ibidem Josiam baptizavit et statim capitis obtruncatione uterque martirium consummavit. Decollatus est autem Jacobus VIII° kalendas aprilis in annunciatione domini et VIII° kalendas augusti Compostellam translatus est et in tertio kalendas ianuarii sepultus quia sepulcri eius fabrica fuit ab augusto usque ad ianuarium protracta. Statuit igitur ecclesia ut festum eius VIII° kalendas augusti in tempore scilicet magis congruo debeat ab omnibus universaliter celebrari. Decollato autem Jacobo ut ait Johannes Beleth qui hanc translationem diligenter conscripsit discipuli eius nocte timore Judeorum accipientes corpus navi illud imposuerunt et sepulture divine providentie committentes sine remigio conscenderunt et angelo domini duce in Galicia regno Lupe applicuerunt. Erat enim in Hispania regina quedam sic dicta nomine Lupa et merito sue vite. Deponentes igitur corpus de navi super quendam lapidem illud posuerunt qui lapis more ut cera corpori cessit et in sarcophagum corpori se mirabiliter coaptavit. Ingressi igitur discipuli ad Lupam dixerunt: Dominus Jesus Christus mittit ad te corpus discipuli sui ut quem noluisti suscipere vivum suscipias vel defunctum, et dicentes ei miraculum quod sine remigio illuc advenissent ad eius sepul[illegible] ut dicit magister Johannes [illegible] in dolo ad quendam virum crudelissimum secundum alios ad regem Hispanie eos destinavit ut eius super hoc consensum haberent. Qui eos cepit et in carcerem inclusit. Dum autem ille discumberet angelus domini carcerem aperuit et eos liberos abire permisit. Quod cum ille cognovisset velociter post eos qui eos caperent milites destinavit. Quod autem milites illi pontem transirent fracto ponte omnes in flumine submersi sunt. Quod ille audiens penitentia ductus sibi et suis metuens misit post eos rogans ut ad eum redirent et quicquid vellent ad libitum impetrarent. Illi autem redeunt et populum civitatis ad fidem Christi convertunt. Quod Lupa audiens vehementer doluit et revertentibus ad se [illegible] assensum regis apparentibus accipientibus subdit illa: Accipite boves quos habeo in tali monte et ~~patris~~ plaustro iungite ac corpus domini vestri deferte et locum sicut vultis edificate. Hec autem Lupa lupina cogitatione dicebat. Sciebat enim boves tauros esse indomitos et silvestres et ideo putavit quod non possent iungi vel applicari vel si iungerentur huc illucque discurrerent et sic currum dissiparent et corpus deicerent et ipsos necarent. Sed non est sapientia contra deum. Illi enim dolum eius non cogitantes montem ascendunt et draconem quendam ignem spirantem et in eos ruentem cruce opposita ipsum per medium scindunt. Facto autem super tauros signo crucis velut agni protinus mansuescunt et eos iungentes corpus sancti Jacobi cum lapide super quem positum fuerat in currum posuerunt. Boves autem sine aliquo regente corpus in medium pallacium detulerunt. Quod illa videns et stupens credidit et christiana effecta omnia que petierunt tribuit et pallacium in ecclesiam sancto dedicavit, Jacobo magnifice ipsam dotavit et in bonis operibus vitam finivit. Vir quidam nomine Bernardus in episcopatu Mutinensi ut ait Calixtus papa dum cathenatus et captus in profundo carceris positus esset et semper beatum Jacobum invocaret, apparuit ei sanctus Jacobus dicens: Veni sequere me in Galiciam, et confractis cathenis eius disparuit. Ille vero vinculis ad collum suspensis ad summitatem turris conscendit [illegible] possidet quidam ut ait [illegible] cum nimie plurimum peccatum commisisset et episcopus confitentem timuisset hominem illum cum cedula in qua illud peccatum scriptum erat ad sepulcrum sancti Jacobi misit. Cum ergo in festo eius cedulam super altare posuisset et sanctum Jacobum ut illud peccatum deleret suis meritis exoraret, cedulam post modum aperuit et penitus deletum inveniens Deo et sancto Jacobo gratias reddidit et sanctum omnibus [illegible].

XXX viri de Lotharingia ut ait Hubertus circa annum domini M° LXX ad sanctum Jacobum properantes omnes uno excepto sibi mutuum obsequium promiserunt. Unus igitur illorum infirmatus XV diebus a sociis expectatur, sed tandem ab omnibus relinquitur et a solo illo qui fidem non promiserat ad pedem montis sancti Michaelis custoditur. Sed advesperascente die moritur. Vivus autem propter loci solitudinem et defuncti presentiam, imminentis noctis caliginem et gentis barbare feritatem valde timuit. Sed statim beatus Jacobus in specie equitis sibi apparens et eum consolans ait: Trade huc michi mortuum et tu ascende super equum. Sicque illa nocte ante solis ortum dietas XV ad montem gaudii pervenientes qui est dimidia leuca citra sanctum Jacobum pervenerunt. Ibique sanctus Jacobus utrumque deposuit precipiens ut canonicos sancti Jacobi ad sepeliendum peregrinum mortuum convocaret et sociis suis diceret quod propter corruptam falsam fidem peregrinatio non valet. Qui iussa complevit et stupentibus sociis in itinere inventis ea que sanctus Jacobus dixerat eis intimavit.

Theutonicus quidam ut ait Calixtus papa cum filio suo circa annum domini M XC ad sanctum Jacobum pergens et in urbe Tholosa gratia hospitandi divertens ab hospite inebriatus et ab eo in capsa argenteus ciphus absconditur. Mane igitur recedentes quasi latrones insequitur, revocavit et quod ciphum argenteum furati fuissent eis obiciebat. Cum autem dicerent quod puniri eos faceret si apud eos ciphum invenire posset, aperta capsa cum repertus fuisset protinus ad iudicem trahuntur. Data igitur sententia omnia que habebant hospiti [illegible] et unus ex eis ad suspendium [illegible] pater pro filio et filius pro patre mori vellet, tandem filius suspenditur, pater ad sanctum Jacobum merens pergit. Igitur post XXXVI dies rediens pater et ad corpus filii divertens super eum lamentabiles voces promebat. Et ecce filius suspensus eum consolari cepit dicens: Dulcissime pater, ne fleveris, quia numquam sic bene fuit michi, nam usque hodie sanctus Jacobus me sustentavit et celesti dulcedine refocillat. Quod pater audiens ad urbem cucurrit et populi venientes filium peregrinum incolumem deposuerunt et hospitem suspenderunt.

Refert Hugo de sancto Victore quod cuidam peregrino ad sanctum pergenti dyabolus in specie sancti Jacobi et de miseria huius vite plura commemorans felicem esse si ob honorem suum se necaret asseruit. Qui mox gladium arripuit et protinus se ipsum occidit. Et cum ille in cuius domo hospitatus fuerat suspectus haberetur et mortem vehementer formidaret, continuo qui mortuus fuerat revixit asserens quod demon qui mortem suaserat eum ad supplicia duxisset, sed sanctus Jacobus mox occurrit et arreptum ad thronum iudicis adduxit et accusantibus demonibus ut vite restitueretur obtinuit.

Quidam iuvenis in territorio Lugdunensi, ut narrat Hugo abbas Cluniacensis, qui ad sanctum Jacobum frequenter cum devotione ire consueverat, qualibet vice cum illuc tendere vellet nocte illa in fornicationis lapsus est. Pergenti igitur nocte quadam dyabolus in specie sancti Jacobi apparuit dicens: Nosti quis sum? Negante illo dixit dyabolus: Ego sum apostolus Jacobus quem singulis annis visitare consuevisti. Scias quod multum de devotione tua gaudebam, sed nuper de domo tua egrediens in fornicationem incidisti et non confessus ad me presumpsisti accedere quasi tua peregrinatio Deo et michi placere potest. Non sic oportebit, sed quicumque ad me peregrinando venire desiderat prius peccata sua per confessionem debet prius et peregrinando eadem commissa peniteret et [illegible] demon evanuit. Tunc et propositum deinde iter incipere disponebat, et ecce dyabolus iterum in specie apostoli apparens hoc omnino dissuasit asserens quod peccatum illud sibi in nullo remitteretur nisi penitus genitalia membra amputaret, beatus autem foret si se vellet occidere et pro nomine eius martir esse inveniretur. Igitur nocte sociis dormientibus gladium accipiens genitalia sibi abscidit, deinde cultello se per ventrem transfodit. Hoc expergefacti socii videntes et plurimum formidantes protinus fugierunt ne suspectionem de homicidio haberent. Verum cum ei fovea pararetur, ille qui fuerat defunctus revixit et cunctis fugientibus qui sibi adherant enarravit dicens: Cum me ad suggestionem dyaboli occidissem, demones me rapientes versus Romam ducebant, et ecce post me sanctus Ja. protinus cucurrit et demones ob fallaciam plurimum increpavit. Cumque adinvicem diutius disceptarent, cogente beato Jacobo ad quoddam pratum venimus, ubi beata virgo cum multis sanctis colloquens residebat. Cui cum beatus Ja. pro me conquestus fuisset, illa plurimum demones increpavit et me pristine vite restitui precepit. Sanctus igitur Ja. suscipiens me vite pristine reddidit ut videtis. Post triduum igitur solus in eo cicatricibus remanentibus iter arripuit et inveniens socios omnia per ordinem enarravit.

Francigena quidam, ut ait Calixtus papa, circa annum domini M. C. cum uxore et filiis ad sanctum Ja. ibat, tum volens mortalitatem que erat in Francia fugere et tum s. Ja. volens visitare. Qui cum ad urbem Pampilonam venisset, uxor eius ibidem obiit et totam eius pecuniam sibi cum iumento quo vehebantur pueri hospes usurpavit. Ille autem desolatus incedens quosdam humeris portabat, quosdam ad manus trahebat. Cui vir cum asino occurrens compassione motus sibi asinum [illegible] pervenisset eum vigilanti et oranti s. Ja. apparuit et ut se cognosceret inquisivit. Cui neganti ait: Ego sum Jacobus apostolus qui tibi meum asinum accomodavi et iterum accomodo redeunti, sed scito prenoscens quod hospes tuus de solario cadens morietur et omnia que tibi abstulerat rehabebis. Que dum omnia contigissent, ille domum letus rediit et pueris de asino depositis asinus statim disparuit.

Quidam mercator a quodam tyranno iniuste spoliatus in custodia tenebatur, qui devote sanctum Jacobum in suum auxilium invocabat. Cui s. Ja. vigilantibus custodibus apparuit et usque ad turris summitatem inclinavit, adeo quod ipsius summitas terre equalis fuit, de qua sine saltu descendens solutus recessit. Quem custodes insequentes licet iuxta eum preterirent tamen ipsum videre non potuerunt.

Cum tres milites diocesis Lugdunensis, ut ait dominus Hubertus Bisuntinus, ad sanctum Jacobum pergerent, unus eorum a quadam muliercula amore sancti Jacobi rogatus sacculum ipsius super equum suum portavit. Deinde quendam infirmum in via deficientem inveniens super equum posuit et infirmi baculum simul cum sacculo mulieris tenens equum sequebatur. Sed fervore solis et labore itineris fatigatus cum Galliciam advenisset infirmitate gravissima laboravit. Cumque de sociis de salute anime hortaretur, ille tribus diebus permansit mutus. Sed quarta die sociis mortem expectantibus graviter suspirans ait: Gratias ago deo et sancto Jacobo quia eius sunt quia eius sum meritis liberatus. Cum enim quod me monebatis facere voluissem, demones me tam graviter constringentes ut nichil quod ad salutem anime pertinebat aliquatenus possem loqui. Vos quippe audiebam sed prorsus respondere non poteram. Huc autem s. Ja. introivit ferens in sinistra manu sacculum mulieris, in dextra baculum pauperis, quos in via adiuvaveram, ita ut baculum pro lancea et sacculum pro scuto haberet, et quasi iratus aggrediens elevato baculo terruit demones et in fugam convertit. Nunc ergo beati Ja. gratia me liberavit et loquelam michi restituit. Vocate ergo [illegible] a morbo [illegible] quia vocans eum [illegible] et mala morte in brevi [illegible] sepulto autem socio cum ille duo sue hec dixisset ille pro nichilo hec ducens et se emendare contempnens in medio lancea in bello percussus interiit. Quidam vir de Vezeliaco ut ait Calixtus papa ad sanctum Jacobum pergeret et pecunia sibi deficiente ille mendicare erubesceret. Dum sub quadam requiescens arbore sompniabat quod beatus Jacobus eum pasceret. Evigilans igitur subcinericium panem ad caput reperit de quo XV diebus vixit quousque ad propria remeavit. Singulis igitur diebus sufficienter bis ex ipso comedens sequenti die ipsum integrum in sacculo inveniebat. Refert Calixtus papa quod civis quidam Barchinone urbis anno domini M C ad sanctum Jacobum veniens hoc solum postulasse dicitur ne deinceps ab aliquibus hostibus caperetur. Rediens per Siciliam in mari a Saracenis capitur et pluries ab eis per nundinas venditur sed tamen semper cathene quibus ligatus fuerat solvebantur. Cum XIII vicibus venditus fuisset et duplicibus cathenis ligatus astrictus esset et ille beatum Jacobum invocaret, beatus Jacobus ei apparuit dicens: Cum in ecclesia mea consisteres postposita anime salute liberationem tantum corporis postulasti ideo in hec pericula incidisti sed quia dominus misericors est misit me ut te reducerem. Statim quoque ruptis kathenis per terras et castella Saracenorum partem cathene in testimonium huius miraculi ferens ad terram suam cunctis videntibus et stupentibus rediit. Cum enim aliquis eum capere volebat visa cathena protinus territus fugiebat. Sed et cum leones aliaeque fere in eum per deserta gradiente voluissent insurgere mox visa cathena terrore nimio concutiebantur et in fugam protinus convertebantur. Anno domini M CC XXX VIII° in vigilia sancti Jacobi in quodam castro quod dicitur Pratum inter Florentiam et Pistoriam sito iuvenis quidam rustica quadam simplicitate deceptus in segetes tutoris sui ignem apposuit

[illegible] ignem [illegible] et confessus ab eodem [illegible] incendio adiudicatus est qui prius confitens et sancto Jacobo se devovens ad stipitem [illegible] in sola camisia dumque circumdatus fuisset nec in corpore nec in camisia sensit aliqua lesione. Deinde ad palum ligatur undique congeruntur ligna igne supposito ligna et vincula sed ipso semper beatum Jacobum invocante nec in corpore nec in camisia aliqua lesio invenitur. Cum iterum in ignem eum vellent iactare a populo eripitur et deus in suo apostolo magnifice laudatur.

Christoforus ante baptismum dicebatur

Reprobus sed postmodum Christoforus dicitur quasi Christum ferens ex eo scilicet quod Christum quatuor modis portavit scilicet in humeris per transductionem in corpore per macerationem in mente per devotionem in ore per confessionem sive predicationem.

Christoforus genere Cananeus proce-

rissime erat stature vultuque terribilis XII cubitos in longitudine possidebat. Hic autem ut in quibusdam suis gestis legitur cum staret apud quendam regem Cananeorum venit in mentem ut maiorem principem qui in mundo esset quereret et ad eum secum moraturus accederet. Venit igitur ad quendam maiorem regem de quo communis fama habebat quod maiorem principem mundus non haberet. Quem rex ipse videns libenter accepit et in sua curia manere fecit. Quadam autem ioculator cantionem quandam coram rege cantabat in qua frequenter dyabolum nominabat. Rex autem qui fidem Cristi haberet quotiens dyabolum nominaret protinus in facie sua crucis signaculum imprimebat. Quod videns Cristoforus plurimum mirabatur cur hoc rex ageret et quid hoc [illegible]garet et ille sibi [illegible] nollet. Dixit ei Cristoforus: nisi michi dixeris tecum ulterius non manebo. Cum ergo rex coactus dixit: quotienscumque dyabolum nominare audio hoc signo me munio ne in me potestatem accipiat. Cui Cristoforus: Si dyabolum ne tibi noceat metuis ergo ille maior et potentior te esse cogsat quem tu intantum formidare comprobaris. Frustratus igitur sum spe mea ~~putans~~ putans quod maiorem et potentiorem michi dominum invenissem. Sed iam nunc valeas quia ipsum dyabolum querere volo ut michi ipsum in dominum assumam. Egressus ergo ad viam obviam habuit equitem terribilem cum multitudine prosequentium. Qui cum interrogasset an dyabolum cognosceret ille dixit: Ego sum ille quem queris. Gavisus Cristoforus sibi in servum perpetuum se obligavit et ipsum pro domino suo accepit. Cum ergo ambo pergerent in quadam via quandam crucem erectam viderent. Dyabolusque ut dyabolus illam crucem vidit territus fugit et viam deserens per asperam solitudinem Cristoforum duxit. Quod videns Cristoforus et admirans dixit: Cur intantum times viam planam reliquerit et tam devians per asperam solitudinem incesserit. Quod ille dum nullatenus indicare voluisset nisi tibi indicaveris statim a te recedam. Compulsus dyabolus dixit ei: Quidam homo qui dicitur Cristus in cruce affixus fuit cuius crucis signum cum video plurimum pertimesco et territus fugio. Cui Cristoforus: Ergo Cristus maior te est cuius signum intantum formidas. Invanum ergo laboravi ut adhuc maiorem principem michi invenirem. Iam valeas quia te deserere volo et ipsum Cristum querere. Cum ipse igitur diu quesivisset quis sibi noticiam Cristi indicaret tandem ad quendam heremitam devenit qui sibi Cristum predicavit et in eius fide ipsum diligenter instruxit. Dixit ergo heremita Cristoforo: Iste cui famulari desi[illegible] requirit obsequia quia ista rem nequaquam valeo. Rursus quoque heremita intulit quod orationes te sibi oportebit dicere. Cui Cristoforus: Nescio quid hoc sit nec tale obsequium facere possum. Cui heremita: Nosti talem fluvium in quo multi transeuntes periclitantur et pereunt. Cui Cristoforus: Novi. Et ille: Cum procere sis stature et fortis viribus, si iuxta fluvium illud resideres cunctos transeuntes regi Cristo cui servire desideras plurimum gratum esset et spero quod ibidem se tibi manifestaret. Cui Cristoforus: Utique istud obsequium agere valeo et me sibi in hoc serviendum promitto. Ad predictum igitur fluvium accessit et ibidem sibi habitaculum fabricavit portans quod perticam loco baculi in manibus qua se in aqua sustentabat cunctosque sine cessatione transferebat. Evolutis quoque multis diebus cum in domicula sua quiesceret audivit vocem cuiusdam pueri se vocantis et dicentis: Cristofore veni foras et me transducas. Conatus Cristoforus exiliit sed neminem repperit. Rediens quoque in domicilium suum se voce acclamantem audivit. Qui rursus foras cucurrit sed neminem invenit. Tercia vice ab eodem ut prius vocatus exivit et puerum quendam iuxta rippam fluminis invenit qui Cristoforum ut se transduceret obnixe rogavit. Cristoforus igitur puerum in humeris elevans et baculum suum accipiens flumen transiturus intravit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumescebat et puer ad instar plumbi gravissime ponderabat. Quanto quoque magis procedebat tanto amplius unda crescebat et puer magis ac magis Cristofori humeros intollerabili pondere deprimebat adeo ut Cristoforus in angustia nimia positus esset et se periclitari plurimum formidaret. Sed cum vix evasisset puerum in rippa deposuit eique dixit: In magno me puer periculo posuisti et adeo ponderasti quod si totum mundum super me [illegible] in Christoforo [illegible] non solum mundum super te habuisti sed etiam illum qui te creavit et mundum tuis humeris baiulasti. Ego sum enim Christus rex tuus cui in opere hoc servis et ut me verum dicere comprobes cum transieris baculum tuum iuxta domunculam in terram fige et mane floruisse et fructificasse videbis statimque ab oculis eius evanuit. Veniens igitur Christoforus ad baculum suum in terram fixum mane surgens invenit ad modum palme frondes et dactilos protulisse. Post hec autem venit in civitatem Samon et cum eorum linguam non intelligeret oravit dominum ut illius lingwe sibi concederet intellectum. Dum autem in perseveraret iudices eum insanum putantes reliquerunt. Assecutus ergo Christoforus quod petebat vultum operiens ad locum certaminis venit et christianos qui torquebantur in domino confortavit. Tunc unus de iudicibus in faciem eius percussit. Cui Christoforus vultum discooperiens dixit nisi christianus essem meam protinus iniuriam vindicassem. Tunc Christoforus virgam suam in terram fixit et ut ad conversionem populi frondes emitteret oravit. Quod dum protinus factum fuisset octo milia hominum crediderunt. Rex autem CC milites qui eum ad se adducerent misit. Et dum eum orantem invenissent et sibi hoc intimare timerent alios totidem misit qui et ipsi cum eo orante pariter oraverunt. Surgens igitur Christoforus dixit eis quid queritis. Qui eius vultum videntes dixerunt rex misit nos ut te ad ipsum vinctum adducamus. Quibus Christoforus: Si ego voluero nec solutus nec ligatus a vobis duci potero. Dixerunt ei: Si ergo sic vis vade libere quocumque vis et nos regi dicemus quod te nequaquam invenimus. Non ita inquit sed ego vobiscum ibo. Ipse autem eos ad fidem Christi convertit et ab eis manus a tergo sibi ligari fecit et se regi vinctum presentavit. Rex vero videns territus est et de sede [illegible] misit eum [illegible] sui [illegible] et nomen eius et patriam eius inquirit. Cui Christoforus: Ante baptismum Reprobus dicebar nunc autem Christoforus dicor. Cui rex vero: Stultum tibi nomen imposuisti Christi scilicet crucifixi qui nec sibi profuit nec tibi proderit poterit. Nunc ergo chananee maledicte quare non sacrificas diis nostris. Cui Christoforus: Recte vocaris Dagnus quia tu es mors mundi et socius diaboli. Dii autem tui sunt opera manuum hominum. Cui rex: Inter feras nutritus es et ideo non potes nisi feralia et hominibus incognita loqui. Nunc ergo si sacrificaveris a me magnos honores consequeris sin autem diris suppliciis consumeris. Nolentem autem sacrificare in carcerem mitti iussit. Milites vero qui ad Christoforum missi erant pro Christi nomine decollari precepit. Et deinde duas formosas puellas quarum una dicebatur Nicea et alia Aquilina secum in carcerem mitti iussit promittens eis multa munera si eum ad peccandum secum allicerent. Quod videns Christoforus protinus se orationi dedit. Sed cum a puellis tangeretur cum plausu manuum et amplexibus urgeretur surrexit et eis ait: Quid queritis et ob quam causam huc introducte estis. At ille vultus eius claritate perterrite dixerunt: Miserere nostri sancte dei ut deum quem predicas credere valeamus. Quod audiens rex eas educi fecit dicens: Ergo et vos seducte estis per deos iuro quia nisi sacrificaveritis male peribitis. Que dixerunt: Si vis ut sacrificemus iube plateas mundari et omnes ad templum congregari. Quo facto cum ille templum introissent solventes cingulum suum posuerunt in colla deorum et ad terram trahentes in pulverem contriverunt dixeruntque astantibus: Ite et vocate medicos

Aquilina suspenditur et ligato ad eius pedes ingenti saxo membra eius dirumpuntur. Cumque ad dominum migrasset, soror eius Nicena in ignem proicitur, sed inde illesa exiens protinus decollatur. Post hec Christoforus regi presentatur, qui iussit eum virgis ferreis cedi et cassidem ferream et ignitam in caput poni. Deinde scampnum ferreum fecit fieri et Christoforum ibidem ligari et subtus ignem accendi pice superfusa. Sed ad instar cere scampnum confringitur, Christoforus illesus egreditur. Deinde iussit eum ad stipitem ligari et a quadringentis militibus sagittari. Sagitte autem omnes in aere suspendebantur, nec ipsum aliqua sagittare potuit. Rex autem putans ipsum a militibus sagittatum et eidem ~~insultaret~~ insultaret, una de sagittis ab aere veniens et retro se vertens regem in oculum percussit et ipsum protinus excecavit. Cui Christoforus: Cras in die consummabor. Tu igitur tyranne lutum de sanguine meo facies et oculum inunges et sanitatem recipies. Tunc iussu regis ad decollandum ducitur et ibi fusa oratione decollatur. Rex autem de sanguine eius accipiens et super oculum ponens ait: In nomine dei et sancti Christofori, et continuo sanatus est. Tunc rex credidit dans preceptum ut si quis deum aut sanctum Christoforum blasfemaret gladio feriretur. Ambrosius de hoc martire in prefatione sic ait: Sancto Christoforo tantum virtutis cumulum et doctrine gratiam contulisti ut XL octo milia hominum de gentilitatis errore ad christiani dogmatis ratione choruscantibus inclitis revocaret. Cumque Nicetam et Aquilinam publico lupanari longo tempore sub meretricia specie famulantes ad castitatis habitum

[illegible] ferreo scampno constrictus minime rogum non timuit ac per diem integrum omnium militum sagittis transfigi non potuit. Tamen una ex illis sagitta carnificis oculum [illegible] collisit, cui tum beati martiris cruor terre lumine restituit et corporis cecitatem tollendo illuminavit et mentem. Nam et apud te veniam impetravit atque ut morbos et infirmitates supplicantibus obtinuit.

Septem dormientes

Septem dormientes in civitate Ephesi orti sunt. Decius autem imperator persequens christianos cum venisset Ephesum iussit edificare templa in medio civitatis et omnes cum eo convenirent sacrificiis ydolorum. Cum autem christianos iussisset inquiri et vinctos aut sacrificare aut mori compelleret, tantus penarum timor cunctis inerat ut amicus amicum et filius patrem et pater filium abnegabat. Tunc in illa urbe inventi sunt septem christiani, Maximianus, Malchus, Marcianus, Dyonisius, Johannes, Serapion et Constantinus. Qui hec videntes nimis dolebant et cum hii essent primi palacii, sacrificia ydolorum spernentes in domo sua se celabant et ibi orationibus et ieiuniis vacabant. Accusati igitur ante Decium statuuntur et comprobati veraciter christiani, dato eis resipiscendi spacio usque ad reditum Decii dimittuntur. At illi patrimonium suum primo interim in pauperes expendebant et inito consilio in monte Celion conferunt et ibi esse secrecius decreverunt. Diu ergo sic latitabant, unus eorum semper ministrabat et quocienscumque intrabat urbem sicud se mendicum et ~~abiecto~~ habitu vestiebat. Cum ergo Decius in urbem redisset et eos ad sacrificandum queri iussisset, Malchus minister territus ad socios rediens et eis furorem imperatoris nunciat. Cumque nimium terrerentur, Malchus [illegible] terre. Ipsi autem tenebant fidem [illegible] tes et colloquentes in fletu et lacrimis. Subito sicut deus voluit dormierunt. Mane facto cum quesiti inveniri non possent et Decius doleret quod tales iuvenes inveniri non possent, accusati sunt quod hucusque in monte Celion latuissent et sua christianis pauperibus erogantes in suo proposito permanerent. Iussit igitur Decius ut parentes eorum adessent et comminatus est eis mortem nisi de eis dicerent quecumque scirent. At illi eos accusaverunt et divicias suas pauperibus expendisse conquesti sunt. Tunc cogitans quid de eis faceret nutu dei os spelunce lapidibus claudi iussit ut ibi fame morerentur. Ministri quidam fecerunt et duo christiani scilicet Theodorus et Ruffinus eorum martirium describentes caute inter lapides posuerunt. Mortuo igitur Decio et tota illa generatione generatione post annos CCClxxij anno xxx° imperii negabant resurrectionem mortuorum. Unde Theodosius christianissimus imperator qui fidem tam impie agitari videbat nimium contristatus sedens in interiori loco per singulos dies flebat. Quod videns misericors deus consolari lugentes et confirmari spem de resurrectione mortuorum voluit et thezaurum sue pietatis aperiens ita predictos martires suscitavit. Misit itaque in cor cuidam burgensi ut in illo monte edificaret stabula pastoribus suis. Cementariis igitur speluncam aperientibus surrexerunt sancti et se una nocte dormivisse putabant et se invicem salutantes et pristinam tristiciam recordantes interrogaverunt Malchum qui eis ministrabat quid de eis Decius decrevisset. Et ille inquit: Sicut heri inquisiti sumus ut ydolis ymmolemus, ecce quid de nobis cogitat imperator. Inquit Maximianus: Et deus scit quod non sacrificabimus. Cumque socios confortasset, iussit Malcho ut emptis panibus ad urbem descenderet et plures quam heri panes afferret.

[illegible] Malchus quinque solidos et de spelunca descendit et miratus est videns super portam signum crucis et pergens ad alteram portam ad idem signum invenit. Ultra modum miratus est videns omnes portas signo crucis appositas et totam civitatem mutatam. Signans se ad primam portam rediit et vultum operiens urbem ingreditur et veniens ad venditores panum audivit homines loqui de Christo et amplius stupens ait: Quid est inquit quod heri nemo Christum audebat nominare et nunc omnes confitentur? Puto quod hec non est Ephesiorum civitas quia aliter edificata est sed aliam civitatem nescio. Et cum interrogatus audisset hanc esse Ephesium, errare se putavit. Accessit autem ad eos qui panes vendebant et cum argenteos protulisset mirati venditores dicebant ad invicem quod ille iuvenis antiquum thezaurum invenisset. Et territus rogavit ut dimitterent eum et panes et argenteos retinerent. At illi tenentes eum dixerunt: Unde es tu quia thezauros imperatorum antiquorum invenisti? Indica nobis et erimus socii tui tecum et celabimus te; aliter celari non poteris. Malchus vero non inveniebat quid diceret eis pre timore. Illi vero videntes eum tacere misso fune in collo eius trahebant per vicos usque ad medium civitatis et exivit rumor ad omnes quod quidam iuvenis thezauros invenisset. Congregatis igitur ad eum omnibus et de ipso mirantibus volebat eis satisfacere quod nichil invenisset et circumspiciens a nemine nosci poterat et prospiciens in populum volebat aliquem cognoscere de consanguineis suis et nullum inveniens stabat quasi insanus in medio populi civitatis. Quod cum audisset sanctus Martinus episcopus et Antipater proconsul qui nuper in urbem advenerat clamantibus ut eum ad [illegible] argenteos eius [illegible] traheret ad ecclesiam putabat quod duceretur eum ad imperatorem. Episcopus igitur et proconsul mirantes argenteos interrogaverunt eum ubi thesaurum incognitum invenisset. At ille dicit se penitus nil invenisse sed de sacculis parentum suorum illos denarios fuisse. Et interrogatus cuius civitatis esset dixit: Bene scio quod huius civitatis sum si tamen hec civitas est Ephesiorum. Proconsul dixit: Fac venire parentes tuos ut testentur pro te. Quos cum nominasset et nullus eos agnosceret dicebant eum fingere ut aliquo modo evaderet. Et ait proconsul: Quomodo credemus tibi quod hoc argentum parentum tuorum fuit cum ~~et~~ scriptura eius ~~annos~~ habeat plus quam CCC lxxvii annos et sint primorum dierum Decii imperatoris et in nullo similes isti argentei sunt argenteis nostris. Et quomodo parentes tui ante tantum tempus fuerunt. Tu vero iuvenis vis decipere senes Ephesi. Ideo iubeo te legibus tradi donec confitearis quod invenisti. Tunc Malchus ante eos dixit: Pro deo domini dicite michi quod vos interrogo et ego dicam vobis quod est in corde meo. Decius imperator qui fuit in hac civitate ubi est? Cui episcopus dixit: Fili non est hodie in terra qui Decius nominetur. Imperator autem fuit ante longum tempus. Malchus dixit: In hoc domine est ita stupeo et nullus credit michi, sed sequimini me et ostendam vobis socios meos qui sunt in monte Celion et ipsis credite. Hoc enim scio quod a facie imperatoris fugimus et ego heri vidi quod ingressus est imperator Decius in hanc civitatem si tamen civitas Ephesi est hec. Tunc episcopus cogitans in seipso dixit proconsuli quod visio est quid deus vult ostendere in iuvene isto. Et properaverunt ergo cum eo et civitatis plurima multitudo. Et ingressus est primo Malchus ad socios suos et post eum ingressus est episcopus invenit [illegible] inter petras literas sigillatas duobus sigillis argenteis et congregato populo legit eas et audientibus et mirantibus cunctis et videntibus sanctos sedentes in spelunca et facies eorum tamquam rosas florentes, prosternentes glorificaverunt deum. Statim ergo episcopus et proconsul miserunt ad Theodosium imperatorem rogantes ut veniret cito et miracula dei nuper ostensa videret. Qui protinus surgens de humo et de sacco in quo lugebat glorificans deum venit Constantinopolim usque Ephesum et obviantibus ei cunctis ascenderunt simul usque ad speluncam. Et mox ut sancti viderunt imperatorem resplenduerunt facies eorum sicut sol. Et ingressus imperator procidit ante eos glorificans deum et surgens osculatus est eos et super singulos flevit dicens: Sic video vos tamquam viderem resuscitantem Lazarum. Tunc dixit sanctus Maximianus: Crede nobis quod propter te resuscitavit nos deus ante diem magne resurrectionis ut credas indubitanter quod resurrectio mortuorum est. Vere enim resurreximus et et vivimus et sicut infans est in utero matris non sentiens lesionem et hiis dictis videntibus cunctis inclinantes capita sua in terram in domino obdormierunt et tradiderunt spiritus suos secundum dei imperium. Surgens autem imperator cecidit super eos flens et osculans eos. Et cum iussisset fieri loculos aureos in quibus mitterentur, in ipsa nocte apparuerunt imperatori dicentes ut sicut hactenus corpora nostra in terra iacuerunt et de terra surrexerunt ita eos dimitteret donec eos deus omnes iterum suscitaret. Iussit igitur imperator locum illum in auratis lapidibus decorari et omnes episcopos resurrectionem confitentes absolvi. Quod CCC lxxii annis dormierunt dicitur dubium esse. Nam anno domini CCCC xl viii° surrexerunt. Decius autem regnavit uno anno tantum et tribus mensibus scilicet anno domini CC l ii° et ita non dormierunt nisi annis C lxxxvi

Nazarius quasi Nazareus quod interpretatur consecratus vel mundus vel separatus vel floridus aut custodiens. In homine reperiuntur haec quinque scilicet cogitatio, affectio, intentio, actio et locutio. Cogitatio autem debet esse sancta, affectio munda, intentio recta, actio iusta et locutio moderata. Habuit enim cogitationem sanctam et inde dicitur consecratus et quo omnia haec fuerunt in beato Nazario. Affectionem habuit mundam et ideo dicitur mundus, intentionem rectam et ideo dicitur separatus. Intentio enim est quae separat opera, quia et oculus simplex corpus tenebrosum caret. Actionem habuit iustam et inde dicitur floridus, quia iustus florebit sicut lilium. Locutionem habuit moderatam et inde dicitur custodiens, quia custodivit vias suas et non delinquit in lingua sua. Celsus dicitur quasi excelsus, qui se supra se extulit dum mirabilem puerilem virtute aetatem superavit. Horum vitam et passionem Ambrosius in libello Gervasii et Protasii reperisse dicitur. In quibusdam libris legitur quidam philosophus Nasario devotus eius passionem conscripsit quam Cesarius qui sanctorum corpora sepellivit ad caput eorum posuit.

Nazarius illustrissimi viri filius nomine Affricani sed Iudaei et beatae Perpetuae christianissimae et genere nobilissimae et a beato Petro apostolo baptizatae filius fuit. Cum ergo circa nonum annum plurimum mirabatur videns patrem suum et matrem in observatione religionis tam dissimiliter variari et matrem suam legem baptismi, patrem vero suam legem sabbati consequi. Unde cum fluctuaret et plurimum dubitaret ad utrius ad fidem suam arctius inniteretur, tandem inspirante deo vestigiis matris adhaesit et a beato Lino papa sacrum baptisma suscepit. Quod pater eius intelligens ipsum ab hoc avertere studuit et tormenta quae christianis inferuntur per ordinem explicavit. Quod autem dicitur eum fore baptizatum a Lino intelligitur non quia tunc papa erat. Nazarius enim pater baptismum sicut infra patet annis multis suscepit, qui tamen a Nerone martirium pertulit, qui Petrum anno ultimo sui imperii crucifixit. Linus autem post mortem Petri papa fuit. At autem patri nullatenus assentiret sed potius eum constantissime praedicavit. Ad preces parentum, qui ne occideretur timebat, de urbe Romana exiit et septem summariis de parentum divitiis honeratis acceptis per civitates Italiae venit et omnia pauperibus erogavit. Decimo autem anno suae discretionis Romam Placentiam venit et inde Mediolanum advenit. Ubi sanctos Gervasium et Protasium ibidem in carcere detineri comperit. Audito autem quod Nazarius confortaret martyres, accusatus ad praefectum ducitur et in confessione Christi perseverans fustibus verberatur et sic de urbe eiicitur. Dumque de loco ad locum pergeret, mater eius quae obierat sibi apparuit et filium suum confortans ut ad Gallias properaret admonuit. Cumque ad urbem Galliae quae Cemellus dicitur pervenisset et ibidem plurimos convertisset, quaedam matrona filium suum nomine Celsum elegantem puerum sibi obtulit rogans ut ipsum baptizaret et secum duceret. Quod praefectus Galliae audiens ipsum cum puero Celso retro vinctis manibus et collo cathena constrictum in carcere recludit ut eum in crastino tormentis afficeret. Tunc uxor sua misit ad eum asserens iniustum esse iudicium ut innocentes occideret et deos omnipotentes per se vindicare. Quibus verbis praefectus sanctos absolvit. Sed ne ibi praedicare praesumeret admonuit et medi [illegible]

Treverim et ibi Christum viriliter predicans et multos ad fidem convertens ibi ecclesiam edificat. Quod audiens Cornelius vicarius Neroni demandat qui centum milites ad eum capiendum misit. Qui eum iuxta oratorium quod sibi construxerat invenientes manus eius ligaverunt dicentes Magnus Nero te vocat. Quibus Nazarius ait Incompositus rex incompositos milites misit. Cur non venientes dixistis Nero vocat te et venissem. Venientes igitur ipsum ad Neronem ducebant et Celsum puerum plorantem alapis cedentes ut sequeretur urgebant. Tamen quem Nero vidisset iussit eos in carcerem includi donec ipsos suppliciis excogitatis perimeret. Interea cum Nero quadam vice ad capiendas feras venatores misisset subito multitudo ferarum erumpens viridarium Neronis intravit ubi multos laceraverunt et plures quoque occiderunt in tantum ut Nero elatus diffugeret et vulnerato pede vix ad palacium perveniret. Multis autem diebus illius vulneris dolore detentus tandem Nazarii meminit et putat deos sibi iratos fuisse eo quod eum tam diu vivere permisit. ¶ Iussu igitur imperatoris Nazarium milites calcibus tundebant puerum vexantes de carcere eduxerunt et coram imperatore statuunt. Videns autem Nero eius faciem ad instar solis splendere fantasticum ludum putavit et ut magicas artes deponeret sibi dixit insultans ut diis immolaret precepit. Ductus ergo Nazarius in templum rogat ut omnes exirent et eo orante omnia ydola sunt confracta. Quod audiens Nero iussit eum in mare precipitari precipiens ut si forte evaderet ipsum insequentes igne comburerent et pulveres eius in mare proicerent. Nazarius igitur

et p [illegible]

in medium pelagus ducti ibi precipitantur. Sed statim circa navem tempestas maxima concitatur et circa sanctos tranquillitas maxima erat. Unde illi periclitari timuerunt et malorum que in sanctos commiserant penitentes. Ecce Nazarius cum puero Celso super undas ambulans hilari vultu eis apparuit ac super navem conscendens ipsos iam credentes oratione sua mare placavit ac inde cum eis ad locum per passus fere sex tentos iuxta urbem Januensem venit. Ubi cum diucius predicasset Mediolanum tandem ubi sanctos Gervasium et Prothasium reliquerat venit. Quod dum Anolinus prefectus audivisset eum in exilium duxit remanente Celso in domo cuiusdam matrone. Nazarius ergo Romam veniens et patrem suum iam senem et christianum inveniens quomodo christianus sit manifestavit cum dixit apostolum Petrum ei apparuisse et ut sequentes Nazarius eius uxorem et filium sequeretur. Deinde a templorum pontificibus ad urbem Mediolanum unde a Roma in exilium missus fuisset redire cum iniuria multa compellitur. Ubi cum de puero Celso dante sententiam presidi puniuntur. Extra portam Romanam qui dicitur in loco tres muros cum puero Celso decollatus. Quorum corpora cum christiani rapuissent et in ortis suis collocassent in ipsa nocte sancti cuidam Ceratio apparentes dixerunt ut eorum corpora in domo sua propter Neronem in profundum sepelirent. Quibus ille Queso cum sanate prius filiam meam paraliticam. Que cum sanata fuisset coram eis surrexit et cum ipsis eos sepelivit. Post longum vero tempore Dominus eorum corpora beato Ambrosio revelat. Celsum vero in loco suo relinquens Nazarium cum sanguine recenti quasi eadem hora sepultum fragrantem integrum et incorruptum cum capillis et barba reperiens ipsum ad ecclesiam apostolorum transtulit et ibi honorifice sepelivit. Celsum quoque inde postmodum transtulit et in eadem ecclesia

[illegible]
hoc martire sic dicit Ambrosius
in prefacione. Iste sanctus roseo effu-
so cruore consecratus meruit celeste
conscendere regnum qui dum per innumera
tormentorum supplicia crudelium vexaretur
tyrannicam rabiem fidei constancia supera-
bat. Nec potuit persecutorum illatis mi-
nis cedere pro Christo quia ipse auctor vi-
ctorie Christus dominus dimicabat. Deni-
que ad templum ydolorum compulsus eorum
profanis quorum portenta divino fultus
presidio fregit ut ingressus est. Redigitur
impulsu ad hec liquidas maris
inde undas longe a terra proiectus
angelico innixus famulatu solidius
miris fluctuum vestigiis pergebat. O
felix et inclitus domini preliator qui
inter congressus principum immanium
premium militie vite eterne sortivit.
O magnum et ineffabile sacramentum ut
de illorum penis salutem ecclesia letare-
tur quam quasi promisse mater exul-
tat. O vere mater natorum suorum glorificatur
tormentis quos non planctu non gemitu
ad inferna deducit sed ad celestia re-
gna migrantes perpetua laude pro-
sequitur. O testes fragrantissimo nec-
tare celesti fulgidos cunctis celestis
odor inestimabilis fragrancie super-
excellet aromatibus quem Ambrosius reper-
iens patronum proprium et medicum
fidei pugnatorem sacri prelii bellatorem
tu diu multo latere pulvere di-
gna invenis gracia ut vincente su-
perna ut pateat cunctis tua corpo-
ra sed vultus angelicus tua et
humana luna vultus. Hec Ambrosius.

Alexander quintus post beatum
Petrum ecclesiam rexit annorum
xxx et iam octo annis
sedisset, missus ab Aureliano comite
sub Adriano imperatore missus in car-
cerem et Hermes prefectus urbis
qui per eum crediderat. Dumque Her-
metes fuissent in vinculis apud Qui-
rinum tribunum dicit ei Quirinus

[illegible] honorem
prefecture dimittis et aliam vitam
credis. Hermes: Et ego ante hos
annos omnia deridebam et hanc
vitam solam putabam. Inquit Qui-
rinus: Fac ergo me probare quod
dicis et credam. Hermes dixit
Sanctus Alexander qui tenetur in vin-
culis hoc me docuit. Tunc
Quirinus cepit maledicere Alexan-
drum dicens: Ego tibi dixi fac me pro-
bare et tu nominasti mihi hunc
quem ego teneo pro sceleribus
suis in vinculis alligatum. Sed
tamen si verum dicis vadam ad eum
et dicam illi: si vis ut per te cre-
dam fac ut tecum Hermetem in presenci-
am Alexandri tecum. Hermes dixit
fiat. Abiit ergo Quirinus et dupli-
cat super Alexandrum custodes et clau-
sura et dixit ei: Cum hoc fecero ora-
te. Ergo sancto Alexandro venit angelus
et duxit eum ad Hermetem in carcerem
et invenit eos Quirinus. Mira-
tus est et cum Hermes narravit
Quirinus quod Alexander filium suum
suscitasset et ancillam omnes ceteras
illuminasset, dixit ei Quirinus habet se
filiam ceteram et gutturosam et promisit
se credere si illa per precem recipiet
sanitatem. Dixit ei Alexander vade et
duc eam ad carcerem et torquem meum
pone super collum eius id et
mane invenies eam sanam. Invenit
Quirinus eum et sic dixit quo te in-
veniam in carcere sanctus Alexander inquit
vade cito quia qui me huc adduxit
et cito me illuc reducet. Perges
ergo Quirinus duxit filiam suam ad
carcerem et invenit eum ibi pro-
stratam veniam postulabat. Tunc dixit
ei Alexander ut adduceret ad se
Eventium presbiterum et Theodolum dy-
aconum pro Christo in eodem carcere al-
ligatos qui cum illi redivit inve-
nit filiam suam sanam et baptis-
atus est cum filia sua et multis aliis.
Hec audiens Aurelianus interrogat
Quirinum cur se derelinquet secutus

[illegible]

quicquid vis fac quoniam nocere tibi non possum. Aurelianus imperator iussit ut ei linguam absciderent et in aculeo torquerent. Qui cum adhuc loqueretur et Aurelianum provocaret iussus est manibus et pedibus abscidi et decollatus canibus proici. Filia autem eius Balbina in virginitate permansit. Cui sepius osculanti boiam pro qua sanata fuerat dixit sanctus Alexander: noli boiam meam osculari sed pocius osculeris vincula sancti Petri que ab eo diu fecisse. Reddit ca[illegible] Teodore sorore sancti Hermetis qui ab Aureliano decollati corpora ipsa Teodora sepellivit.

Tempore Michaelis imperatoris fuit quidam vir nobilis in civitate Tessalonica ortus natione grecus nomine Constantinus qui propter subtile ingenium dictus est philosophus qui ante aliquos dies sui obitus imposuit sibi nomen Cirillus cuius ab adolescencia magna sciencia et prudencia est perdita et ipse virtute copiosa honorem sacerdocii est adeptus. Eo tempore predictum imperatorem in Constantinopolim Cirillus cum fratre suo Metudio convenit. Venerunt quoque legati Gazarorum supplicantes sibi quatenus dignaretur illis mittere aliquem qui eos fidem catholicam edoceret. Tunc imperator consilio habito cum patriarcha Cirillum prefatum eis transmisit. Vir autem Christi iter arripiens venit usque ad mare quo dimittens secum tulit inde corpus sancti Clementis et secum deportabat et sic venit ad terram Gazarorum quibus predicta et evangelica semina serebat insuper vita et exemplo et virtutibus omnibus lucebat et omnes eos ab erroribus ad fidem convertit. Deinde ordinans eis sacerdotes ad propria remeavit. Audiens hec princeps Moravorum quod fecerat sanctus in provincia Gazarorum ad predictum imperatorem

[illegible]

legatos misit qui doceat et viam veritatis ostendat. Cum quo habuit amorem erga predictum presbyterum una cum fratre suo Metudio illuc transmisit mandans eisdem copiosas expensas providenciam dare. Qui venientes in terram Moravie diebus fidem quam predicavit et eos ad fidem Christi una cum suo rege converterunt. Deinde fidem Christi suscipientes ad graciam baptismi sunt suscepti et domino Ihesu Christo sunt oblati. Cum viri Dei ipsum regem cum populo suo religiosa sollicitudine ad fidem provocasset illis demum recessit et novum testamentum vigilanti cura exponentes et informantes eos plura decreta et libros transferentes in Slavonica lingua canonicas horas et missas in ecclesia dei publice decantare statuit in magna Walchinas ubi erat sedes regia et ibi ordinat rex Moravie sanctum Cirillum archiepiscopum ut ipsi fidem suam haberet et septem episcopos omnes regimini subordinat. Auditis hiis papa Nicolaus de conversione gentis illius gaudebat nichilominus tamen mirabatur quo ausi fuissent horas canonicas in Slavonica lingua instituere sine sua licencia. Quapropter mandavit per literas apostolicas illos ad se Romam venire. Qui quidem quantum dimidium anni in Moravia manentes cum corpore sancti Clementis Romam applicuerunt. Quo audito dominus papa cum toto clero et populo romano cum ingenti gaudio occurrit et honorifice suscepit et corpus sancti Clementis in sua ecclesia que sibi antiquitus fuit fabricata honorifice sepellivit. Demum sanctum Cirillum apostolicus ad se citatum eundem corripuit ad magis indignatus cur ausus fuit canonicas horas in Slavonica lingua statuere et publice decantare. At ille humiliter respondens: attendite precor electi et dominum sermonem apostoli dicentis loqui variis linguis nolite prohibere [illegible] murmur et illi [illegible] linguis persuaserunt ne [illegible] sic instituit. Horas canonicas decantare [illegible] plus et plus contra eos cresceret altercatio. Ille volens mitigare accipiens psalterium ait: Scriptum est enim: Omnis spiritus laudet dominum. Et si omnis spiritus debet laudare dominum, cur me prohibetis missarum solempnia in lingwa mea Slavonica decantare et alia de latina et greca translatione transferre in Slavonicam? Nam si hec non facerem, nullo possem modo pro me gentem convertere, quia gens dure cervicis est et ydiota et ignara viarum dei. Solum hoc salutare consilium deo inspirante ut me [illegible] per quod illic multos acquisivi. Quapropter ignoscite michi patres et domini mei. Et illi audientes et admirantes tanti viri industriam et fidei meritum, quod tot et tantas auctoritatibus superasset, habito consilio auctoritate sua statuerunt confirmari Slavonica lingwa in partibus illis missarum solempnia celebrari et horas canonicas decantari, quod usque ad hunc diem in partibus Slavonicis observatur. Cum igitur fama beati Cirilli magis ac magis in populo cresceret, ne perderet famam in aliqua superbia laborum, in Roma episcopatui renuncians monachalem habitum induit et ibi miraculis coruscans in domino requievit et per dominum papam honorifice in capella sancti Clementis tumulatur cum [illegible] suis. Sanctus vero Metudius in sede Valegrad statuitur Rome [illegible] a papa [illegible] Gracis venit a principe Morawie et alia gente gratanter suscipitur et ad ventum suum cum [illegible] leticia magna [illegible] cum [illegible] sibi pro modicum subtrahit et regi applicari Swathopelk

[illegible] conspirans [illegible] principe Morawie [illegible] ut ipsum poculo venenata mitteret extingwere ut posset [illegible] cum in loco suo succedere. At ille principis poculum venenatum suscepta per gratiam dei omnem dolorem evasit et mortem. Post aliquos vero annos cum devotus rex suus naturali morte defunctus, Swathopelk regnum Moravie gubernans, superbie fastu inflatus arrogantie cum suis [illegible] doctrinam sermonis dei vanam esse asserebat. Pastor autem dei Methudius plebem dei fideliter ammonuit ut in via veritatis persisteret, qui alacriter corde sollicito omnia monita suscepere et deum de toto corde coluerunt. Rex autem cum suis satellitibus rebelles consistens servos dei plurimis iniuriis illatis afficere presumpsit. Sanctus Metudius considerans eorum maliciam Romam rediit et ipsum Swatopelk et suos satellites excommunicationis sententia fulminat. Sed respiciens fratrem suum sanctum Cirillum iam defunctum, papam petiit ut sibi corpus fratris daret et eum secum Moraviam deferret. Cuius petitionem cum papa annuisset, sanctus Metudius in [illegible] sancti Clementis corpus fratris tulit et versus Moraviam deportare voluit. Cum autem iam per dictas [illegible] terras illud portasset et in quodam loco amoeno requievisset et rursum post quietem illud ulterius portare vellet, adeo grave et immobile se exhibuit quod alio loco ulterius moveri potuit nullatenus. Sanctus Metudius quod corpus moveri non poterat flendo rogat: Frater, ubi tibi quiescere placet? Tunc ei frater [illegible] manu dextra elevata vixit [illegible] voluntarie fratris omnibus Romanis reseravit quod deus Rome miraculum narratur. Statim processio ad occurrendum ei paratur cum papa cuncto et populo toto Romano reverenter occurrit et in ulnis suis eum suscepit et usque Romam devotissime cum sanctis precibus deportavit in ecclesiam sancti Clementis ut decuit est sepelivit et indulgencias largas omnibus qui adherent condonavit. Post hec Swatopelk prima duce Moravos misit ad sanctum Metudium petens quatinus veniret ad suam ecclesiam promittens errata corrigere et decreta sua informatur. Veniens vir sanctus ad suum gregem rediit et ad episcopatum suum cum clero properavit. Cui rex cum suis nobilibus et civibus cum magno gaudio obviam veniens cum reverencia suscepit. Accidit autem ut rex Swatopelk in quodam convivio existeret et dux Bohemie Borziwoy esset invitatus. In detestationem sue perfidie rex eundem sub mensa locavit in conspectu astantibus hominem gentilem cum ydolis esse et in una mensa residere. Qui multum ambigens et a sancto viro predicationem audiens humiliter deum Ihesum Christum credidit. Cui ecce predixit sanctus Metudius quod si in Christum crederet successores eius potenciores eius omnibus principibus et regibus Bulgarie Slavanie. Quod multum desperavit et confusus apparuit apud eos sunt ipse infidelitatem unius viris dux consenciens se peciit cum XXX clientibus baptisari. Quo baptisato sanctus simul sacerdotibus Bohemiam reversus et uxorem suam sanctam Ludmillam que fuit avia sancti Wenceslai cum multis procuravit baptisari per sanctum Metudium. Romam venit

[illegible]

Felix loco Liberii in papam eligitur et ordinatur. Cum Liberius papa vellet Ariane heresi assentire, missus in exilium a Constancio filio Constantini et ibi per triennium moratus est. Quapropter universus clerus Romanus loco eius Felicem ordinat ipso Liberio volente et consenciente. Qui quidem Felix concilio convocato coram XXXX octo episcopis Constancium imperatorem arianum et hereticum et duos presbiteros sibi faventes condempnat. Quapropter Constancius indignatus de Felice de episcopatu eiecit eum et Liberium eo pacto revocavit ut scilicet solummodo communicatio et quos Felix dampnaverat communicaret. Liberius igitur tedio affectus exilii in heretica pravitate se subscripsit et sic in tantum persecucio exorta est ut sacerdotes et clerici Liberio non consencientes intra ecclesiam sunt necati. Felix vero de episcopatu eiectus cum in predio suo habitaret in conventu martirium capitis obtruncatione promeruit circa annos domini CCCXL.

160

160

Simplicius et Faustinus fratres ad sacrificare compellerentur sub Diocleciano multa Rome supplicia pertulerunt tandem data super eos sentencia decollati sunt et in Tiberim corpora eorum proiecta. Soror autem eorum Beatrix corpora eorum de flumine levavit et honorifice sepelivit. Lucrecius autem prefectus dum predium eorum ambiret eam tenendam precepit et ut ydolis ymolaret precepit. Qua renuente Lucrecius nocte a servis suis suffocari eam fecit. Cuius corpus Lucina virgo rapiens iuxta fratres suos sepelivit. Post hec Lucrecius predium ipsum intravit ubi [illegible] pannis involutus depositus qui ibi sedebat cunctis audientibus exclamat: audi Lucreci quia invasisti et occidisti innocentes, datus es in potestatem inimici. Statimque Lucretius timens et tremens a demone arripitur et per tres horas sic vexatus coram ipso convivio moritur. Quod videntes qui aderant ad fidem conversi sunt et narrabant omnibus passionem sancte Beatricis virginis in convivio vindicatam. Passi sunt autem annos · c · c · lxxxvij ·

Martha hospita Christi de Syro patre Eucharia matre regali ex progenie descendit. Pater eius Syrie et maritime multarumque terrarum dux extitit. Tria oppida scilicet Magdalum et Bethaniam utramque et Jerosolimitane urbis partem cum Martha ad sororem iure hereditatis matris possidebat. Nunquam legitur autem virum habuisse aut carnis commercia subiisse. Ministrabat autem domino nobilissima hospita soror et semper ministrare volebat quia videbatur sibi quod ad serviendum tanto hospiti non sufficeret et totus mundus. Post ascensionem domini cum facta esset dispersio discipulorum ipsa cum fratre suo Lazaro et sorore sua Maria Magdalena nec non cum beato Maximino qui eos baptizaverat et cui a spiritu sancto fuerant commendati multisque aliis ablatis remis velis et gubernaculis omnibusque alimentorum rationibus sub infidelibus navi includuntur, qui domino duce Marsiliam pervenerunt. Tandem territorium Aquense adeuntes ibidem populum ad fidem converterunt. Erat autem beata Martha valde facunda et omnibus graciosa. Erat autem tunc temporis super Rodanum in nemore inter Avinionem draco quidam medius animalis et medius piscis, grossior bove, longior equo, habens dentes ut spata acutos, dorsum ut dolabrum, serratos pedes et tortuosus [illegible] ex parte munitus duabus pennis, quia latens in flumine omnes transeuntes perimebat et naves submergebat. Venerat autem per mare de Galicia Asie, generatus a Leviatan qui est serpens et ferocissimus et ab Onacho animali quod Galatie regio gignit, qui insequentes se per spacium iugeri stercus suum velut spiculum dirigit et quicquid tetigerit velut ignis exurit. Ad quem Martha a populis rogata accedens ipsum quod in nemore quendam hominem manducantem reperiens aquam benedictam super eum iecit et crucem sibi ostendit, qui protinus victus et ut ovis stetit et sancta Martha proprio cingulo alligavit, et illico a populis lanceis et lapidibus perimitur. Vocabatur autem draco ab incolis Terasconus, unde in eius memoriam adhuc ab eius nomine vocatus locus ille Terasconus, qui ante Nerluc id est locus niger eo quod ibi erant nemora umbrosa et nigra. Ibi igitur beata Martha de licentia Maximini magistri sui et sororis sue commorata permansit et orationibus et ieiuniis incessanter vacabat. Demum congregato ibidem magno sororum conventu et ad honorem beate Marie virginis magna edificata basilica satis ibi asperrimam duxit vitam, carnibus et omni pinguedine, ovis et caseo et vino abstinens. Semel in die comedebat, centies in die et totiens in nocte genua flectebat. Cum vice quadam Avinione apud flumen Rodanum predicaret, iuvenis quidam ultra flumen existens verba eius considerans et audire desiderans cum navigio careret nudus natare cepit, sed subito a vi fluminis rapitur et protinus suffocatur, cuius corpus secunda die inventum ante pedes sancte Marthe resuscitandum ponitur. Illa vero in modum crucis prostrata taliter oravit: Adonay Adonay domine Ihesu qui fratrem meum dilectum tuum olim resuscitasti, respice hospes mi care

Et post de [illegible] [illegible]
preces ipsa et apprehensa manu eius
iuvenis vivus surrexit et sacrum bapti-
sma suscepit. Refert Eusebius in libro
v° historie ecclesiastice quod mulier Emo-
roissa postquam sanata fuit in orto
sive in viridario suo statuam fecit ad
ymaginem Christi et eius veste fimbria
sicut ipsum viderat et eam plurimum reve-
rebatur sive venerabatur. Herbe vero sub
illa statua sic crescentes que an-
nullius erant virtutis cum fimbriam atti-
gerunt tante virtutis erant ut multi
infirmi inde sanarentur. Hanc autem Emoro-
issa quam dominus sanavit Ambrosius dicit fu-
isse beatam Martham. Refert autem Ieronimus
et habetur in hystoria Tripartita quod
Julianus ymaginem quam Emoroissa fe-
cerat inde sustulit et suam ibidem locavit
que ictu fulminis confracta fuit. Obitum
autem suum sibi dominus per unum annum reve-
lavit usque toto anno febribus elaborans. In
una die sui obitus angelicos choros
sue sororis animam in celum deferentes
audivit quo mox fratres et sorores con-
gregatos ait: Mei comites et dul-
cissimi alumpni michi queso con-
gratulamini quia angelicos choros sororis
mee animam ad sedes pollicitas feren-
tes gaudens cerno. O pulcherrima et
mi dilecta soror vivas cum dilecto
magistro tuo et hospite meo in sede beata.
Statim quoque beata Martha obitum suum vici-
num presentiens ad monuit ut lumina-
ribus accensis circa se usque ad suum obitum
vigilarent. Nocte vero media an-
te exitus sui diem custodibus sompno gra-
vatis ventus vehemens irruit et
luminaria cuncta extinxit. Illa vero ma-
lignorum spirituum turbas cernens orare cepit
dicens: Mi pater Heli, hospes mi
care, congregati sunt ad devorandum me
seductores scripta tenentes mala que
gessi. Heli ne elongeris a me sed
in adiutorium meum intende. Et ecce
vidit suam sororem venientem que
manu facem tenens cereos et lam-
pades inde accendit. Dumque altera
alteram proprio nomine vocaret ecce et
advenit dominus: Veni dilecta hospita
mea et ubi ego sum illic et tu me-
cum eris. Tu me suscepisti in hospitio
tuo, ego te recipiam in regno meo
et invocantes te exaudiam amore

[illegible] se extra ferri ut celum posset
videre iussitque se in terra super cinerem
poni et signum crucis super se teneri et in
hec verba oravit: Hospes mi care, hanc
pauperculam tuam custodi et sicut meam di-
gnatus es hospitari sic me in hospitium
tuum celeste suscipere digneris. Iussit
quoque ut passio domini coram se legeretur et
cum dictum esset: Pater in manus tuas commendo
spiritum meum, illa emisit spiritum. Sequenti
igitur die scilicet dominica cum circa corpus eius
laudes persolverent circa horam tertiam apud
Petragoricas beato Frontoni missam cele-
branti et post epistolam in cathedra resi-
denti dormienti apparuit dicens: Dilecte Fron-
to, si vis implere quod olim hospite nostre
pollicitus es, surge et velociter sequere
me. Quo mandatum complente subito am-
bo Tharasconem pervenerunt et circa
corpus eius psallentes totum officium
ambo ceteris autem respondentibus perfecerunt
et corpus eius in sepulcro suis manibus
collocaverunt. Verum dum apud Petragoricas
finitis cantibus diaconus lecturus evangelium
benedictionem peteret, episcopum ille
vix excitatus respondit: Fratres mei, cur
me excitastis? Dominus enim Ihesus me
ad corpus Marthe hospite sue de-
duxit et ipsam tradidimus sepulture.
Dirigite igitur illuc cito nuncios qui
nostrum anulum aureum et cirothecas gri-
seas referant que dum ad corpus sepeliend-
um apparerem sacriste commendavi
et ea oblivione amisi quia
me tam cito excitastis. Missi nuncii
et sicut episcopus dixerat invenientes
anulum et solam cirothecam attulerunt. Aliam
vero sacrista in signum signi maioris
retinuit. Addidit quod beato Franco dicente
cum post sepulturam ab ecclesia exirent
frater quidam loci illius literis peritus nos-
trum dominum interrogat quo nomine vocaretur
cui ille nil respondens ostendit ei codicem
quem in manu tenebat apertum in quo nil
aliud erat scriptum nisi versiculus iste: In me-
moria erit iusta hospita mea ab audi-
tione mala non timebit in die novissimo.
Cum vero codicem revolveret cuncta folia
eadem reperit. Post hec cum plura miracula
fierent, Clodoveus rex Francorum christianus
effectus et a sancto Remigio baptizatus cum
gravem renum pateretur dolorem ad
eius tumulum veniens sanitatem

[illegible] giro circumquaque per spacium trium miliariorum et castra locaque illius liberum fecit. Marcilla vero eius ancilla vitam ipsius conscripsit, que postmodum in Sclavoniam pergens et ibi evangelium Christi predicans post decimum annum a dormitione Marthe in pace quievit.

Abdon et Sennen sub Decio imperatore martyrium passi sunt. Cum enim Decius imperator Babiloniam cum aliis provinciis superasset, christianos quos ibidem invenit secum ad urbem Cordulam deducens diversis ibi suppliciis consummavit, et corpora eorum duo subreguli Abdon et Sennen rapientes sepellierunt. Unde accusati et Decio presentati Romam postmodum cum vincti cathenis ducuntur, in conspectu Decii et senatus introducti, aut sacrificare et vitam suam libertatemque recipere aut morsibus bestiarum devorari iubentur. Contempnentes itaque et conspuentes [illegible] in simulacra ad teatrum pertrahuntur, et ad eos duos leones solutos mittunt et ursi quatuor dimittuntur, qui eos sanctos non tangentes sed eos custodientes. Tunc ictibus in eos gladiis occiduntur, et ligatis manibus pedibus tracti sunt ad simulacrum Solis. Qui cum ibi tribus diebus iacuissent, Quirinus subdiaconus eos collegit et in domo sua sepellivit circa annos domini CC.L.III.

Germanus dicitur a germine et ana, quod est sursum, quasi supremum germen. Tria enim reperiuntur in germinante semine, scilicet calor naturalis, humor nutrimentalis et ratio seminalis. Igitur Germanus dicitur quasi semen germinans, quia in ipso fuit calor fervoris dilectionis, humor pinguedinis devotionis et ratio seminalis per virtutem predicationis, per quam multos in fide et moribus generabat. Cuius vitam Constantinus presbiter ad sanctum episcopum Altisiodorensem scripsit.

Germanus nobilissimus genere in urbe Altisiodora natus et liberalibus studiis plenius [illegible] et profectus virtutis [illegible] dignitatis accrevit ut eum senatus ad Gallias transmitteret et apicem ducatus totius Burgundie optineret. Cum igitur Altisiodorensem civitatem cunctis diligentius gubernaret, arborem quandam pinum in medio civitatis habebat, ad cuius ramos propter admirationem venationis ferarum capita suspendebat. Sed cum sanctus Amator eiusdem civitatis episcopus de tali eum vanitate sepe redargueret, monens etiam ut arborem incidi mandaret ne mala aliqua occasio paganis [illegible] eveniret, ille nullatenus acquievit. Quadam autem vice absente Germano arborem incidit et incendio totam dedit. Quod audiens Germanus, christiane religionis oblitus, vallatus militibus illuc venit et mortem episcopo interminavit. Episcopus autem divina revelatione Germanum sibi successurum agnoscens furenti cessit et Augustidunum perrexit. Postmodum Altisiodorum reversus Germanum in ecclesia caute conclusit et ibidem tonsuravit eum, sibi successurum esse predixit, quod et factum est. Non multo post ipse feliciter obiit, et Germanum plebs omnis in presulem postulat. Qui omnia sua pauperibus erogavit et uxorem in sororem commutavit, corpus suum per XXX annos sic afflixit ut numquam panem frumenti nec vinum, legumina nec oleum nec sal pro sapore comederet. Bis tantum in anno, scilicet in pascha et natali, vinum sumebat, sed tunc ipsum vini saporem aquis extinguebat. In refectione primum cinerem prelibabat, deinde panem ordeaceum sumebat. Ipse autem ieiunabat, numquam nisi vespere comedebat. In estate nec hyeme nulla veste utebatur nisi cilicio et tunica et cuculla. Vestis nisi alicui donaretur tamdiu servabatur donec attritam nimia solveretur. Lectus suus cinere et cilicio et sacculo ornabatur, nullum pulvinar caput ab humeris eius levabat, sed semper gemens et secum reliquias sanctorum collo gerens numquam vestimenta vel calciamenta et raro cingulum detrahebat. Supra hominem siquidem fuit omne quod gessit. Talis enim fuit vita eius ut de miraculis [illegible] incredibile videretur.

tanta [illegible] multa processissent famuli sui paraverunt. Hospitatus in quodam loco cum post cenam mensa iterum pararetur admiratus interrogat cui denuo prepararent. Qui cum dicerent quod bonis illis mulieribus que de nocte incedunt prepararent, illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem demonum ad mensam in forma hominum et mulierum venientes, quibus precipiens ne abirent cunctos de familia excitavit inquirens si personas illas cognoscerent. Qui cum omnes vicinos suos et vicinas esse dicerent misit ad domos singulorum precipiens ne abirent, et ecce omnes in suis lectulis sunt inventi. Adiurati igitur se demones dixerunt qui sic hominibus illudebant. Eo tempore beatus Lupus episcopus Trecasine floruit. Cumque urbem dum Attila rex obsideret, super portam beatus Lupus astans quis esset qui eos sic impeteret inquisivit. Cui ille: Ego sum Attila flagellum Dei. Quo humilis presul ait: Et ego Lupus seu vastator gregis Dei et vir dignus flagello Dei. Atque portas reserari iussit. Illi vero divinitus excecati per portam ingressi usque ad portam aliam venientes neminem ledentes. Beatus autem Germanus assumpto secum beato Lupo in Britoniam ubi heretici pullulabant profectus est. Sed cum in mari essent et tempestas maxima oriretur, ad orationem sancti Germani protinus tranquillitas magna accedit. Honorifice autem populo illuc suscipiuntur. Eorum adventum demones predicabant quos sanctus Germanus de corporibus obsessis expulerat. Vero cum hereticos convicissent a predictis ad propria redierunt. Cum in quodam loco infirmus decumberet contigit quod totus ille vicus repente incendio conflagraret. Cui cum rogaretur ut inde asportatus ignem evaderet, de medio se opposuit, et ultra atque citra omnia consumente flamma hospicium eius non tetigit. Dum Britannias iterato rediret ut hereticos confutaret, quidam discipulus eius celeri gradu eius vestigia sequeretur, qui cum aput Tarvennam dum infirmatus occubuit. Rediens

[illegible] quid ageret et cum sancto multitudo ad hunc vellet requisivit. Mox ille residens cuncta sibi constare et voluntatem nolle redire tunc sancto annuente ut requiesceret deposito capite in domo recepit. Vicarius cum in Britannia predicaret et sibi ac sociis suis rex Britannie hospicium denegasset, subulcus regis rediens accepta prebenda in palacio ad tugurium suum desiderans vidit beatum Germanum cum sociis fame et frigore laborantes, quos in domum suam benigne suscepit, et unicum vitulum quem habebat hospitibus occidi mandavit. Post cenam sanctus Germanus omnia ossa vituli super pellem componi precepit, et ad orationem eius vitulus sine mora surrexit. Sequenti igitur die Germanus regi festinus occurrit et cur ei hospicium denegaverit patenter requisivit. Tunc rex vehementer attonitus sibi unde non potuit dare. Egredere et regnum meliori dimitte. Germanus igitur Dei mandato subulcum ad uxorem vocari fecit et cunctis stupentibus regem constituit, et ex tunc reges ex subulci genere dominantur genti Britonum. Cum Saxones contra Britones dimicarent et se paucos viderent, sanctos inde transeuntes vocaverunt, et ab eis predicatis ceteri ad baptismum omnes convolabant. Die igitur pasche pre fervore fidei proiectis armis proponunt certare. Quod illi audientes audacter contra inermes properant. Sed Germanus latens cum suis admonuit ut cum ipse Alleluia clamat omnes sibi uno clamore respondeant. Quod cum factum esset, tantus super eos irruentes timor invasit ut proiectis armis non solum inimicos sed totum super se venire putarent, cuncti diffugierunt. Quadam vice dum per Augustudunum transiens ad tumulum sancti Cassiani episcopi devenisset, quid se ageret de eo inquisivit. Ille statim de tumulo cunctis audientibus sic respondit: Dulci quiete

162

[illegible] et pronos attencius [illegible] ut optime sacre resurreccionis gaudia mererentur. Cum ipse Ravennam devenisset a regina Placida et filio suo Valentiniano honorifice susceptus est. Hora cene regina misit ei vas argenteum quod ille sic suscepit ut et cibos familie traderet et sibi pauperibus vas argenteum retineret. Loco vero muneris misit regine scutellam ligneam pane ordeaceo gravidatam, quod illa libenter suscepit et vas illud postmodum argento cepit [illegible]. Predicta regina eum ad convivium invitavit et ille integre annuens ab hospicio usque ad palacium eo quod ieiunus esset asino deferente portatus est. Sed dum comederet asinus sancti Germani defunctus est. Quod regina audiens equum mire mansuetudinis episcopo presentari fecit, quem intuens ait: Veniat michi asinus meus quia qui me huc attulit reportabit. Pergensque ad cadaver: Surge, inquit, asine, revertamur ad hospicium. Statim ille subsiliens se ipsum excussit et quasi nichil mali passus esset Germanum ad hospicium reportavit. Sed antequam de Ravenna exiret predixit quod nequaquam in seculo diucius permaneret. Post modicum febre corripitur et die septimo in domino migravit et corpus eius ad Gallias sicut regina peciverat transportatur. Obiit autem circa annos domini CCCC xxx. Vero cum sanctus Germanus Eusebio episcopo Vercellensi promisisset quod in suo reditu ecclesiam suam quam fundaverat sibi dedicaret, cum intellexisset Eusebius sanctum Germanum obiisse, de nocte ecclesiam suam dedicaturus candelas accendi iussit, sed quotquot accendebantur candele tota plebe extinguebantur. Quod videns Eusebius intellexit dedicacionem ad alio tempore oportere fieri aut ab alio episcopo reservari. Cum igitur corpus sancti Germani Vercellas delatum fuisset, mox ut in predictam ecclesiam inducitur statim omnes cerei inflammantur divinitus. Tunc demum Eusebius promissionis sancti Germani meminit et quod vivens se facturum promiserat hoc mortuum se fecisse cognovit.

[illegible] ne non intelligatur dominus Eusebius Vercellensis qui [illegible] ipse sub Valente martirio martirius fuit et a morte ipsius usque ad mortem sancti Germani plura quam l. anni effluxerant. Fuit ergo alius Eusebius sub quo istud quod enarratur evenit.

Eusebius quasi dicitur ab eu quod est bonum et sebe quod dicitur constancia vel stacio, vel Eusebius dicitur bonus cultor. Ipse namque habuit bonitatem in sanctificacione sui et constanciam in defensione fidei, stacionem in constancia martirii, cultum bonum in reverencia dei.

Eusebius semper virgo extitit. Cum adhuc cathecuminus esset ab Eusebio papa baptismum et nomen suscepit. In quo baptizantem manus angelice vise sunt que ipsum de sacro baptismate sub fonte levaverunt. Matrona quedam eius pulcritudine capta cum ipsius cubiculum vellet adire, custodientibus angelis ingredi non potuit. Unde sequenti mane ad eius pedes procidit et ab eo veniam peciit. Ordinatus presbiter tanta sanctitate enituit ut in missarum solempniis ministerium angelicum appareret. Post hec cum Ariana pestis totam Italiam invasisset, imperatore Constancio eidem favente, Julius papa Eusebium in Vercellensem episcopum consecravit, que tunc obtinebat inter alias urbes Italie principatum. Ergo heretici audientes omnes fores ecclesie claudi fecerunt. Ingressus autem Eusebius urbem ante hostium maioris ecclesie que est Marie genua flexit et omnia hostia mox oracione sua aperuit. Auxencium Mediolanensem episcopum hereticum vanitate corruptum de episcopatu eiecit et pro eo catholicum virum Dionisium ordinat. Sicque Eusebius totam ecclesiam occidentis, Athanasius totam ecclesiam orientis ab Arianorum peste purgabant. Arrius namque presbiter Alexandrinus fuit qui Christum puram creaturam esse dicebat, asserens quod erat quando non erat et quod propter nos factus est ut nos per eum tanquam pro [illegible] magis ecclesiastica celebrari fecit. Nicenum concilium contra eius errorem condempnatum est. Ipse autem postmodum miserabili morte interiit, quia omnia viscera eius et intestina per secessum emisit. Constancius autem Constantini filius ipsius heresi corruptus fuit. Tandem Constancius imperator contra Eusebium plurimum indignatus multorum episcoporum concilium congregavit et Dionysium attraxerunt, multos quoque episcopos ad Eusebium destinavit, qui sciens malitiam in multitudine praevalere venire contempsit. Unde imperator statuit quod excusationem in Mediolanensi urbe ipse exalt concilium celebraturus quod ad Eusebium se esse videt, misit Arianos fidem suam scribere et Dionysium Mediolanensem episcopum sibi ac praeterea non alios episcopos eidem fidei fecit subscribere. Quod audiens Eusebius expulsus sua civitate profecturus Mediolanum et se multa passurum praedixit. Cum igitur ad quoddam flumen venisset ut Mediolanum pergeret, navis procul ex alia parte fluminis erat, eo iubente ad eum venit et ipsum cum sociis sine aliquo gubernatore transportavit. Tunc ei praedictus Dionysius obviavit et ad pedes eius procidens veniam postulabat. Cum igitur Eusebius ab imperatore nec minis nec blandiciis flecti posset, coram omnibus dixit: Vos dicitis filium minorem esse patre, cur ergo filium meum et discipulum praelatis nobis? Non est enim discipulus super magistrum neque filius super patrem. Qua ratione illi convicti scedam acceptam et cui Dionysius se subscripserat ei obtulerunt, at ille: Non scribam post filium meum, cui auctoritate superior sum, sed istam incendite, novam quam si vultis conscribite. Sicque nutu dei scedam ceserunt cirographum cum Dionysio et xxxiii episcopi subscripsisse se iussum. Ariani aliud cirographum conscripserunt et Eusebio aliisque episcopis ut subscriberent tradiderunt, sed cum ab Eusebio animatiores constantiores effecti plurimum [illegible] quod cirographum cui se subscripsisse dicebant penitus combustum viderent, vehementer irati Constancius Eusebium voluntati Arianorum tradidit, qui protinus ipsum de medio aliorum episcoporum rapientes et dimus

[illegible] et iterum [illegible] usque ad summum traxerunt et cum capite quassato multum sanguinem fudisset et adhuc non consentiret, post eum manibus vinctis per collum ipsum trahebant, ipse autem gratias agens dicebat se pro confessione fidei catholicae mori esse paratum. Tunc Constancius Liberium papam, Dionysium, Paulinum et omnes alios qui eius episcopi fuerant in exilium mitti fecit. Eusebium vero apud Constantinopolim duxerunt, deinde in urbe Palestinae Ariani eum duxerunt et ipsum in quodam loco artissimo recluserunt, ut erat longitudine 10 latitudine angustior, ita ut curvatus nec pedes extendere posset nec se in latus alterum vertere, capite depresso humeros tantum et cubitos movere valebat. Verum Constancio defuncto Julianus eidem succedens et omnibus placere volens exiliatos episcopos revocari et deorum templa aperiri et pacem esse universis lege quamquam vellet. Et sic Eusebius inde exiens ad Anastasium venit et quanta passus fuit eis exposuit. Defuncto Juliano et Joviano regnante, sopitis Arianis, Eusebius Vercellas rediit et cum populus cum ingenti exultatione suscepit. Sed regnante Valentino Ariani repullulant et Eusebii domum vallantes ipsum supinum trahentes extra domum lapidibus eum obruerunt, et feliciter ad dominum migravit. In ecclesia quam ipse construxerat sepultus est. Fertur quoque hanc gratiam pro civitate a domino impetrasse ut nullus Arrianus ibidem vivere posset. Vixit autem secundum Cronicam ad minus LXXXVIII annos. Floruit autem circa annum domini CCCL.

Machabei fuerunt septem fratres cum matre venerabili et Eleazaro sacerdote, qui pro observatione legis cum carnes porcinas comedere nollent inaudita supplicia pertulerunt, ut in secundo libro Machabeorum plenius continetur. Et notandum quod ecclesia orientalis facit memoriam de sanctis utriusque testamenti, occidentalis vero non eo quod ad inferos descenderint, eternam memoriam de eo quod nisi de innocentibus, quia in ipsis singulis occisus est Christus, et de Machabeis. Sunt autem quatuor rationes [illegible] quia propter prerogativam martyrii quia in antiqua supplicia ultra ceteros veteris testamenti passi sunt ideo privilegiati sunt ut eorum passio memoriter celebretur, et ratio potest in historia scolastica. Secunda est propter representationem misterii septenarii. Septenarius enim numerus est numerus universitatis. Significantur ergo in istis omnes patres veteris testamenti celebratione digni, licet ecclesia non solempnizet eos, tum quia ad limbum descenderunt, tum quia multitudo supervenit novorum. In hiis tamen septem impenduntur omnibus reverentia, quia per septem ut dictum est universitas designatur. Tertia est propter exemplum patiendi. Ponuntur enim in exemplum fidelibus, ut sic eorum constancia ad zelum fidei animentur et ad patiendum pro lege dei, sicut illi pro lege Moysi fortius attingant. Quarta est propter causam supplicii, nam pro defensione legis ista supplicia tunc sunt passi, sicut et christiani pro defensione legis evangelii patiuntur. Has tres ultimas rationes magister Johannes Beleth in summa officiorum assignat hec et cetera.

Festum sancti Petri apostoli quod ad vincula dicitur quadruplici de causa fuisse perhibetur: scilicet in memoriam liberationis Allexandri, pro destruendo ritu gentilium et impetranda solutione spiritualium vinculorum. Prima ergo causa est memoria liberationis Petri. Nam sicut dicitur in historia scolastica, Herodes Agrippa Romam adiit et ibi Gaio nepoti Cesaris familiarissimus extitit. Una autem die Herodes cum esset in curru cum Gaio, elevatis in celum manibus ait: Vellem videre mortem istius senis et te dominum tocius orbis. Sed hec auriga Herodis audivit et Tiberio continuo intimavit, quapropter indignatus Tiberius Cesar Herodem in carcere reclusit. Ubi dum quadam die iuxta arborem innixus esset, cuius frondibus insidebat bubo, unus de captivis [illegible] non time, cito liberaberis et tantum sublimaberis ut amicos tuos tibi invidia gravabis, et in hac prosperitate morieris. Quandocumque autem hanc avem supra te videris, ultra quinque dies vivere non valebis. Post aliquod tempus Tiberius moritur et Gaius in imperio sublimatur, et Herodem de vinculis liberat, et magnifice sublimatum regem in Iudeam misit. Qui cum venisset misit manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Johannis gladio. Erant autem dies azimorum. Videns quia hoc placeret Iudeis, in diebus azimorum Petrum apprehendit et in carcerem reclusit, volens post pascha producere eum populo. Angelus autem domini eadem nocte consistens mirabiliter eum a vinculorum nexibus absolvit et ad ministerium predicationis liberum ire misit. Facinus autem regis dilationem non patitur. Crastina autem die custodes ad se venire fecit ut pro fuga Petri diris eos penis afficeret. Sed hoc tamen fuit impeditum, ne solutio Petri quempiam noceret. Nam citius in Cesaream descendit et ibi percussus ab angelo expiravit. Cum enim sicut refert Josephus in XIX antiquitatum ad Cesaream venisset, ad eum tota provincia viri convenerunt. Ad veniens(?) se veste fulgenti ex auro argento mirabiliter contexta induens in aurora diei processit ad theatrum. Ubi dum primis solis radiis vestis argentea fuisset repercussa, splendore duplicata spectantibus lucis fulgor metalli violencius effudit, ut intuentium perstringeret facie terrorem aspectibus, et porro plus aliquid deo quam homini non est artifex arrogantia mentitur. Illico adulantis vulgi concrepant voces dicentes: Nunc usque ad hominem timuimus, sed ex hoc iam supra humanam naturam te esse fatemur. Et cum adulatoriis demulceretur honoribus et oblatos sibi divinos honores non repelleret, vidit imminentem supra funiculum capitis suo angelum, id est bubonem, mortis sue proxime nuncium respiciens q ad [illegible] medium stridebat cum multa populi [illegible] angelum se inspicia quinque dies moriturum et continuis perpessus per quinque dies ventris sui eius viscera corrodentibus exspiravit. Hec Josephus. In memoriam ergo tante liberationis principis apostolorum a vinculis et tante vindicte in tyranno protinus subsecute ecclesia sancti petri ad vincula solempnizat et epistola in missa in qua hec liberatio facta perhibetur legitur. Secundo hec videtur quod hoc festum debeat vocari petri a vinculis. Secunda causa institutionis extitit quia Allexander papa qui sextus post beatum petrum Romanam rexit ecclesiam et Hermes prefectus urbis Rome qui per Allexandrum ad fidem conversus fuerat a Quirino tribuno in diversis locis in custodia tenebantur. Dixit quod Tribunus ad Hermem prefectum miror te virum prudentem honorem dimittere prefecture et vitam aliam somniare. Cui Hermes dixit et ego ante hos annos hec omnia deridebam et hanc vitam solam esse putabam. Respondit Quirinus fac ergo me probare quod aliam vitam esse et nomine et continuo fidei tue discipulus me efficies. Cui Hermes dixit sanctus Allexander quem tenes in vinculis ipse melius hec te docebit. Tunc Quirinus maledicens Allexandro ait ego tibi dixi ut me probare faceres et nunc me mittis ad Allexandrum quem pro suis sceleribus teneo vinctum. Verum tibi et Allexandro custodiam duplicabo et si per ipsum te invenero vel te ipso invenire potero verbis tuis et eius sermonibus ad fidem credam. Fecit quod dixit Allexandro et protinus hec ei indicabit. Orante igitur Allexandro sanctus angelus ad eum venit et ipsum ad Hermem in carcerem duxit in unum. Quod eos invenit Quirinus veniens admiratus est et cum Hermes Quirino narraret quod Allexander filium suum mortuum suscitasset dixit Allexandro Quirinus habeo filiam gutturosam nomine Balbinam promitto igitur me tuam suscipere fidem si filie mee impetrare poteris [illegible] Cui [illegible] teneri meo [illegible] Cui dixit Allexander. Cui hic sic quomodo in meo carcere potero te invenire. Cui Allexander vade cito quia me qui huc adduxit illuc me cito reducet. Pergens igitur Quirinus filiam suam ad carcerem adduxit Allexandri et ipsum inveniens ad pedes eius se prostravit. Tunc filia eius cepit vincula sancti Allexandri devote osculari ut sanitatem reciperet. Cui Allexander dixit noli filia has meas osculari cathenas sed vade sancti petri diligenter inquire cathenas devote osculans sanitatem recipies. Quirinus igitur in carcere ubi sanctus petrus detinebatur diligenter requirens inquiri precepit eas quas cum in domum filie sue osculandas dedit illa mox ut osculata est vincula sanitati est integre restituta. Tunc Quirinus veniam petens Allexandrum de carcere extraxit et ipse cum familia et aliis plurimis baptisma suscepit. Tunc sanctus Allexander hoc festum in kalendis Augusti celebrandum instituit et in honorem petri apostoli ecclesiam fabricavit ubi vincula posuit et ad vincula nominavit. In hac solempnitate ad predictam ecclesiam concursus populi et ibidem prefata vincula fit magna osculatur. Tercia causa institucionis secundum Bedam hec est. Octavianus imperator et Anthonius sibi invicem affinitate coniuncti sic imperium totius mundi diviserunt ut Octavianus in occidente Italiam Galliam Hispaniam Anthonius vero in oriente Asiam Pontum et Affricam possideret. Anthonius ac lascivus et luxuriosus sororem Octaviani in uxorem habens ipsam repudiavit et Cleopatram reginam Egipti in uxorem accepit. Quod cum indignatus Octavianus manu armata in Asiam contra Antonium processit et ipsum superavit. Tunc Antonius et Cleopatra victi fugientes ac semetipsos pre dolore nimio occiderunt. Egipti igitur regnum Octavianus destruxit et Romanam provinciam fecit. Inde Allexandriam pervenit et omnibus eam divitiis spolians Romam transvexit unde publicam rem ampliavit et pro

[illegible]
gebat et quia similiter bella civilia
urbem restauravit ita ut gloriaretur
Inveni urbem latericiam relinquo mar
moream. Cum igitur rem in statu publi
cam augeret, Augustus inde primo
vocatus est. Unde et ab eo Augusti
dicti sunt cuncti imperio successores
sicut a Iulio Cesare avunculo omnes
Cesares appellantur. Unde et hunc
mensem Augustum qui prius sextilis no
minabatur quia a Martio sextus erat ipsius
in nomine eius ipsum intitulant Augustum
vocantes in memoriam victorie illius
quam prima die Augusti Octavianus habuit.
Unde omnes Romani hanc diem sollemp
nisabant usque ad tempus Theodosii im
peratoris qui cepit regnare anno domini
CCCCxxviij. Cum Eudoxia igitur filia
predicti imperatoris uxor Valentiniani
Ierusalem causa voti pergeret ubi quidam
Iudeus pro munere duas ei cathenas
obtulit quibus sub Herode Petrus
apostolus vinctus fuit. Cum igitur Romam
redisset et calendas Augusti in ho
nore imperatoris gentilis Romanos
sollempnizare videret, dolens quod
dampnato homini tantus honor exhiberetur,
cogitans quod non de facili eos ab illa
consuetudine revocare posset, cogita
vit et tractavit ut ea sollempnia cessa
ret sed in honore beati Petri fieret et il
lum quod diem vinculis ipsius ad vincula
nominaret. Habitaque collocutione cum beato
Pelagio papa ipsum blandis et cauta
monitis induxit ut oblivioni tra
deretur memoria principis paganorum
et celebris fieret memoria apostolorum.
Quod cum cunctis placuisset, illas cathe
nas quas de Ierusalem attulerat
protulit et populo ostendit. Papa vero et
ipse cathenam protulit qua sub Nero
ne idem apostolus vinctus fuerat. Quo illi
sociata ita miraculose una cathena
facta est ac si ab initio una et eadem extitis
set. Unde papa et regina pariter statue
runt ut quod honori indebite religio
sacrilega gentili dampnabiliter mutata in
melius fieret apostolorum principi Petro. Ipsa
igitur [illegible] cum regina in eccle
sia Petri ad vincula posuit et ipsam

[illegible] et principis mag
no honore ac precatam diem vin
in celebri fore instituit. Hoc [illegible]
[illegible] dicit Sigibertus quibus ante
[illegible] hec cathena fuit. Anno domini
cccc xx iiij apud quendam comi
tem Othonis imperatoris familiarem dyabo
lus coram omnibus oculos ita crudeliter
arripuit ut se ipsum dentibus laceraret.
Tunc iussu imperatoris ad Iohannem papam
ducitur ut cathena sancti Petri eius col
lo circumdaretur. Sed dum quedam alia cathe
na furientis collo fuisset imposita et
nil ex hoc proveniret, silens nimirum
ubi in ea nil latebat virtus, tandem vera
Petri cathena producitur et furientis
collo imponitur. Tante autem virtutis
pondus dyabolus ferre non valens sed
mox clamans coram omnibus abscessit.
Tunc Theodericus Metensis episcopus ipsam
cathenam arripuit et eam se nullatenus
sibi precidentur asseruit. Cum igitur su
per hoc inter episcopum et papam alios ex clericis
tos quoque oriretur contencio, imperator
tandem ipsum litigium sedavit et episcopo
ex ipsa cathena a papa anulum impe
travit. Narrat Miletus in Cronica et etiam
habetur in historia Tripartita quod his diebus
apud Epirum draco ingens appa
ruit in cuius ore Donatus episcopus virtu
te insignis expuens ipsum occidit. Pro
quo in eius facie digitis crucis signum
et eum occidens, quem vix octo iuga
boum ne eius putredine aer inficeret
ad locum incendii trahere potuit. Item
ait ibidem et in eadem Tripartita historia
habetur quod in Creta dyabolus in specie Moysi
se posuit qui Iudeos undique congregans
ad magnum maris precipicium in
ipsos duxit credens eos ad terram mare
aridis sicco pede se promittens promissi
onis ducere innumeros necavit. Unde cre
ditur quod dyabolus indignatus ea occasione
Iudei regine cathenam sancti Petri dederant
per quam [illegible] celebritatem cessavit et
de eis se tam vindicavit. Multi tamen conversi
qui evaserunt ad baptismi gratiam confugi
erunt. Cum igitur magis ipse dyabolus deciperet
et illi sese crederent portus tam acu
tis rupibus lacerati quam in mari
suffocati mortui sunt. Ceterique reliqui
in sacco pelles et depositis quid eos
accidisse ignorarent, piscatores illic
convenientes malum quod acciderat narra-

nere [illegible] in historia tripartita. Tertia causa institutionis est assignata, quia dominus eum per se miraculose a vinculis absolvit et eidem ligandi et absolvendi potestatem dedit. Nos autem peccatorum obligati vinculis tenemur et indigemus absolvi. Ideo ipsum in solemnitate quae dicitur ad vincula honoramus, ut sicut ipse a vinculis absolvi promeruit et sicut absolvendi a domino potestatem accepit, sic et ipse a peccatorum nexibus nos absolvat. Hanc autem ultimam institutionis causam non nullam contigisse declaravit quis [illegible] si vincat quod absolvat a vinculis in apostolum sententiam contra commemorat absolvendi potestatem sibi concessam. Eorum recitat absolutam ab ipso nos sicut hodierna nostra oratio postulat. Quod autem per claves quas accepit universos ecclesiae damnatos absolvat, in quodam miraculo quod legitur in quodam miraculorum beatae virginis satis claret. Apud Coloniam urbem in monasterio sancti Petri erat quidam monachus levis lubricus et lascivus. Hic dum subita morte fuisset praeventus, daemones ipsum accusabant et contra eum peccatorum genera in ipsum clamabant. Unus dicebat: Ego sum cupiditas, quam contra praeceptum dei tu saepius concupisti. Alius clamabat: Ego sum vana gloria, qua te apud homines iactanter exaltasti. Alius autem clamabat: Ego sum mendacium, in quo mendacio peccasti. Et sic alia contra eum accusabant. Ipsum dicentia: Ego sum obedientia quam superioribus spiritualibus exhibuisti. Ego sum psalmodia quam frequenter deo cantasti. Beatus autem Petrus, cuius erat monachus, pro eo deprecaturus deum adiit. Cui videns ait: Domine, quis ~~habitabit~~ habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Et iste non hic potest salvus esse, cum sit sine macula ingressus nec iustitiam operatus. Rogante igitur pro eo beato Petro cum virgine Maria hanc dominus sententiam protulit ut ad corpus rediret et ibi poenitentiam ageret. Tunc apostolus Petrus clave quam manu tenebat daemones terruit et in fugam convertit. Animam vero eius in manus custodis, qui in praedicto monasterio monachus fuerat, tradidit et ut ad corpus illam reduceret praecepit. Cui ab ipso pro mercede deposuit ut singulis diebus pro eo psalmum Miserere mei deus diceret et sepulturam omni sorde sco-

[illegible] que sibi elegerant [illegible] enarravit.

Stephanus papa cum multos gentilium verbo et exemplo convertisset et multa corpora sanctorum martyrum sepelisset, a Valeriano et Gallieno anno domini CCLX summo studio quaeruntur ut eum ad clericos suos aut sacrificare cogerent aut suppliciis diversis punirent. Dederunt edictum ut quicumque eos proderet totam substantiam eorum possideret. Decem de eius clericis comprehensi statim sine iudicio decollati sunt. Beatus Stephanus papa comprehenditur et ad templum Martis ducitur ut ibi aut idolum adoraret aut sententiam capitalem subiret. Sed cum templum ingressus fuisset et deum ut ipsum templum destrueret exorasset, statim maior pars templi corruit et omnes ministri nimio terrore aufugerunt. Ipse autem ad coemeterium sanctae Luciae pervenit. Quod audiens Valerianus milites plures ad eum misit, qui venientes ipsum missam celebrantem invenerunt et statim intrepidum ac accepta devote sententia in sua sede necaverunt.

Inventio protomartyris beati Stephani corporis anno domini CCCCXVII Honorii principis anno [illegible] Honorii anno septimo fuisse narratur. Corporis autem eius translatio et inventio hoc ordine facta fuit. Sacerdos quidam nomine Lucianus in territorio Jerosolimitano, quem Gennadius inter viros illustres commemorat et hic scripsit, sexta feria dum in stratu quiesceret, vir quidam senex statura procerus, vultu decorus, barba prolixa, pallio candido amictus, cui gemmulae aureae et cruces inseritae erant, calceis insuper deauratis ei apparuit, qui virgam auream manu tenens tetigit eum dicens: Summa cum diligentia monumenta nostra patefacito, quia in satis despecto loco conditi sumus. Vade igitur et dic Johanni episcopo Jerosolimitano ut nos in honorabili loco reponat, quia ad siccitatem et tribulationem mundo concussio reponat nostris suffragiis.

[illegible] clamavit ter dicens: Domine, quis es? Ego, inquit, sum Gamaliel qui Paulum apostolum nutrivi et ad pedes meos legem perdocui. Qui autem mecum iacet, sanctus est Stephanus, quia a Iudaeis lapidatus extra civitatem proiectus est ut a feris et avibus devoraretur, sed hoc omnino ille prohibuit cui ipse martyr illaesam fidem servavit. Ego autem ipsum cum reverentia multa collegi et in meo tumulo novo sepelivi. Alius autem qui mecum iacet est Nicodemus nepos meus, qui nocte ad Ihesum adiit et a Petro et Iohanne sacrum baptisma suscepit. Et irati principes sacerdotum eum occidissent nisi ob mei reverentiam destitissent. Verum omnem substantiam eius diripuerunt et ipsum a principatu deposuerunt, verberibus quoque eum afflictum semivivum reliquerunt. Hunc autem cum in domum meam duxissent, diebus aliquibus supervixit et defunctus iuxta pedes domini Stephani sepeliri eum feci. Tertius vero qui mecum est, ipse Abibon filius meus est, qui anno aetatis suae vicesimo mecum baptisma suscepit, et virgo permanens cum Paulo discipulo meo didicit legem. Uxor vero mea Ethea et Selemias filius meus, qui fidem Christi noluerunt recipere, nequaquam digni sepultura nostra fuerunt, sed eos alibi sepultos invenies et eorum tumulos vacuos et inanes. Hoc dicto sanctus Gamaliel disparuit. Lucianus vero evigilans dominum exoravit ut si haec ex deo essent tertio apparerent. Dixitque ei Gamaliel: Quia in mente tua cogitasti si nos inveneris quomodo singulorum reliquias discernere posses, ecce quae tibi per similitudinem ordine ostendo singulorum reliquias et loculos. Ostendit quoque ei tres calathos aureos et quartum argenteum, quorum unus erat plenus rosis rubentibus, alii duo rosis albis. Tertium ostendit argenteum calathum plenum croco. Dixitque Gamaliel: Hi calathi nostri sunt loculi et hae rosae sunt nostrae reliquiae. Calathus plenus rosis rubentibus est loculus sancti Stephani qui solus inter nos martirio coronari meruit. Alii duo rosis albis mei et Nicodemi sunt loculi qui sincero corde in confessione Christi perseveravimus. Quartus vero argenteus croco plenus est Abibon filii mei qui virginitatis candore pollebat et mundus de mundo exivit. His dictis iterum disparuit. Feria autem sexta sequentis ebdomadae iterum apparuit et de dilatione et negligentia eum graviter increpavit. Lucianus Ierosolimam adiit et Iohanni episcopo cuncta per ordinem enarravit. Pergunt igitur cum aliis episcopis accersitis ad locum praedicto Luciano ostensum. Cumque fodere coepissent, terra contremuit et suavissimus odor sentitur, ad cuius odoris miram flagranciam lxxiii homines a diversis infirmitatibus liberantur. Sicque in ecclesia Syon quae est in Ierusalem, ubi sanctus Stephanus archidiaconatus officio functus est, cum magno gaudio sanctorum reliquias transtulerunt et eos ibidem honorifice condiderunt. Eadem autem hora pluvia magna descendit. De hac autem visione et inventione meminit Beda in cronica sua. Haec autem inventio sancti Stephani facta est eadem die qua eius passio celebratur. Festa autem ab ecclesia mutata sunt duabus rationibus. Prima autem est quia Christus natus est in terris ut homo nasceretur in caelis. Decuit igitur ut nativitati Christi continuaretur natale sancti Stephani qui primus pro Christo martirium sustinuit, quod est nasci in caelo. Unde ecclesia canit: Heri Christus natus est in terris ut hic hodie nasceretur in caelis. Secunda ratio est quia festum de inventione sollempnius agebatur quam festum de passione, et hoc tum propter reverentiam nativitatis domini tum propter miracula quae in eius inventione dominus ostendebat. Quia igitur passio eius dignior est quam inventio et sollempnior debet esse, ideo ecclesia festum de passione ad illud tempus transtulit in quo ampliori reverentia haberetur. Translatio autem eius, ut ait Augustinus, hoc modo facta fuit. Nam Alexander senator Constantinopolitanus Ierosolimam cum uxore sua adiit et prothomartiri

Stephano pulcram ecclesiam construxit ac post eius obitum iuxta eius corpus se sepelliri precepit. Evolutis ergo septem annis Juliana uxor sua volens redire in patriam que nimium a principibus gravabatur corpus voluit secum deferre. Cum autem ab episcopo multis precibus postulasset, episcopus duos loculos argenteos protulit dicens: Nescio quis de hiis loculis sit viri tui. Et illa: Ego novi. Et impetum faciens amplexata est corpus sancti Stephani. Sic ergo dum putavit corpus viri accipere, accepit corpus prothomartiris. Cumque navim cum corpore conscendisset, ymni audiuntur angelici, suavissimus odor spirat, clamant demones, seva suscitant tempestatem dicentes: Ve nobis quia prothomartir transit dire cremans nos igne. Cum autem naute naufragium ~~fordimeda~~ formidarent, Stephanus invocatur et continuo apparuit eis dicens: Ego sum, nolite timere. Statimque tranquillitas magna consecuta est. Tunc audite sunt voces demonum clamancium: Impie princeps, navem incende, quia adversarius noster Stephanus est in ea. Tunc princeps demonum quinque demones qui navem incenderent misit, sed angelus domini eos in profundum dimersit. Et cum ad Calcedonensem venissent civitatem, demones clamabant: Servus dei venit quem lapidaverunt impii Judei. Constantinopolim ergo incolumes pervenerunt et in quadam ecclesia corpus sancti Stephani cum magna reverencia condiderunt. Hec Augustinus. Quomodo autem corporis sancti Stephani cum corpore sancti Laurencii hoc modo facta fuit. Contingit cum Eudoxiam filiam Theodosii imperatoris a demone graviter vexari. Cumque ad patrem suum Constantinopolim constitutum intimatum fuisset, iubet filiam Constantinopolim adduci ut reliquias sancti prothomartiris tangeret. Demon autem in ea clamabat: Nisi Stephanus Romam perveniat non exibo, quia sic est apostolorum voluntas. Quod cum imperator audivisset, a clero et populo obtinuit ut Constantinopolitani corpus sancti Stephani Romanis darent et ipsi Laurencii corpus acciperent. Tunc imperator super hoc pape rescripsit. Papa vero de consensu et voluntate cardinalium imperatoris peticioni consensit. Missi igitur Constantinopolim cardinales corpus sancti Stephani Romam deferunt et Greci pro accipiendo corpore Laurencii Romam profecti sunt. Campani ergo corpus Stephani accipiunt et brachium eius dextrum a Campanis devotis precibus obtinuerunt et Neapolitana ecclesia in eius honore fabricatur. Cum autem Romam venissent et in ecclesiam sancti Petri ad vincula corpus eius deferre vellent, portatores restiterunt ut ultra procedere non possent. Demon autem in puella clamabat: Frustra laboratis quia non hic sed apud fratrem suum Laurencium sedem elegit. Illuc corpus defertur et ad eius tactum puella liberatur. Et Laurencius fratri suo in adventu quasi congratulans in alteram partem se sepulcri semovit et medietatem sepulcri fratri vacuam dimisit ac reliquit. Greci vero cum manus apponunt ut Laurencium auferrent, velud exanimes corruerunt. Sed oracionibus pro eis papa et clero et populo vix ad se ad vesperam redierunt. Omnes tamen infra decem dies mortui sunt. Latini quoque qui eis consenserant in frenesim versi sanari non potuerunt quousque ambo corpora insimul tumulata fuerunt. Tunc vox de celo audita est: O felix Roma que corpus Laurencii Hispani et Stephani Ierosolimitani gloriosa pignora uno claudis mausoleo. Facta est autem ista translacio circa annos domini CCCC xxv. Refert Augustinus libro xxii de civitate dei sex mortuos ad invocacionem sancti Stephani suscitatos, videlicet quendam qui iam mortuus fuerat sic iacebat ut ei iam pollices ligaverent. Invocato super eum nomine sancti Stephani protinus suscitatus est. Item quendam puerum a plaustro occisum quem mater ad ecclesiam sancti deferens vivum et sanum recepit. Item quandam sanctimonialem que iam in extremis posita constituta et ad ecclesiam sancti Stephani delata fuisset et ibidem expirasset videntibus omnibus [illegible] sanctus [illegible] precium [illegible] ad ecclesiam cum patre sancti Stephanum deportasset cum per modicum super terram deposuisset filia [illegible] et illa statim surrexit. Item quidam puer qui diu ad ecclesiam sancti Stephani mortuus fuisset delatus ad memoriam sancti Stephani vite est protinus restitutus. De isto martire pretioso sic dicit Augustinus: Gamaliel scolaris revelavit, Saulus spoliatus ventilavit lapidavit, Christus pauperis in voluntate ditavit et pretioso lapide coronavit. Item: In Stephano enituit pulcritudo corporis, flos etatis, eloquentia sermocinantis, sapientia sanctissime mentis et opus divinitatis. Item: Fortis columpna dei cum inter lapidantium manus captivato strepitu teneretur, fidei fundamentis igniebatur et pendebatur, feriebatur et ducebatur, constringebatur et angebatur, tenebatur et non vincebatur. Item: Sine illud durum trice hic non blanditur sed increpat, non palpat sed provocat, non trepidat sed instigat. Item: Attende Stephanum conservum tuum, homo erat sicut et tu, de massa peccati erat sicut et tu, pretioso sanguine redemptus quo et tu, dyaconus erat, ewangelium legebat quod legis vel audis et tu. Invenit scriptum diligite inimicos vestros, didicit legendo, perfecit obediendo.

Dominicus dicitur quasi domini custos vel a domino custoditus vel a domino quasi dicitur dominicus quantum ad ethimologiam quod est duplex. Dicitur autem custos domini tribus modis, scilicet custos honoris domini quo ad deum, custos vinee domini vel gregis domini quo ad proximum, custos voluntatis domini vel preceptorum domini quo ad se ipsum. Item dicitur Dominicus quasi custoditus domino cum custodit ipsum quantum ad triplicem suum statum in quorum primo laicus, in secundo regularis canonicus, in tercio vir apostolicus nam in primo ipsum custodivit faciendo ipsum laudabiliter incipere, in secundo ferventer proficere, in tercio perfecte consummare. Item dicitur Dominicus secundum ethimologiam quasi hominis nomine duis dans nature dic- [illegible] donans minas vel donans magis vel donans munus sic. Beatus Dominicus fuit donans id est condonans minas per iniuriarum dimissionem, donans munus per liberalitatis largitionem quia non solum sua pauperibus tribuit sed seipsum etiam pro eis vendere voluit, donans minas per corporis maceracionem quia corpori suo per minus dabat quam competebat.

Dominicus ordinis predicatorum dux et pater inclitus in Yspanie partibus in villa que dicitur Calaroga Oxoniensis diocesis patre Felice matre vero Johanna nomine secundum carnem duxit originem. Cuius mater ante ipsius ortum vidit in sompniis se catulum gestantem in utero ardentem in ore faculam baiulantem qui egressus de utero totam mundi machinam accendere videbatur. Cumque autem matrone que ipsum de sacro fonte levaverat videbatur quod puer Dominicus stellam perfulgidam haberet in fronte que totum orbem illustrabat. Dum adhuc esset puerulus et sub nutricis custodia constitutus deprehensus est sepe lectum dimittere et super nudam terram iacere. Missus tandem Valenciam ad studium amore sapientie ad discendum vinum vinum per decennium non gustavit. Ubi dum fames valida esset, libros omnes ac omnia sua et supellectili vendidit et pauperibus [illegible] erogavit. Crescente autem eius fama ab episcopo Oxoniensi in ecclesia sua canonicus regularis efficitur et postmodum factus omnibus speculum vite a canonicis supprior ordinatur. Ipse autem nocte ac die lectioni et orationi vacabat, assidue deum exorans ut sibi donare gratiam misericorditer dignaretur qua se totum aliorum saluti posset impendere proximorum. In libro de collationibus patrum studiosissime legens culmen perfectionis apprehendit. Pergens cum predicto episcopo Tholosam deprehendit hospitem suum hereticum pravitate corruptum quem ad fidem Christi convertit et quasi quedam primicias manipulum future messis domino presentavit. Legitur in gestis comitis montis fortis

quadam vice dominicus contra
hereticos predicasset auctoritates quas
in medium produxerat redegit in scriptis
et cedulam heretico cuidam illam tradidit
ut super obiectis deliberacionem haberet. Illa
autem nocte congregatis hereticis ad ignem
cedulam quam receperat produxit in
medium. Cui socii dixerunt ut ad ignem
eam proiceret et si comburi eam
contingeret eorum fides vera non esset, si
vero comburi non posset, veram fidem
romane ecclesie predicarent. Cum ergo
cedula in ignem proicitur, que cum
aliquantulum ibidem in igne stetisset
incombusta de igne protinus exsiliit.
Stupentibus cunctis unus durior aliis
ait: proiciatur iterum et experiemur plenius
veritatem. Proicitur iterum et iterum prosiliit
incombusta. Iterum ille dixit: tercio
proiciatur et sine dubio veri exitum
cognoscemus. Et iterum incombusta prosiliit
et illesa. Heretici autem in sua duricia
permanentes districtissime inter se miraculum
firmaverunt ne hoc aliquis publicaret.
Quidam tamen miles qui ibi
aderat et nostre fidei aliquantulum adherebat
miraculum postmodum publicavit.
Factum est autem hoc apud montem regalem.
Simile quoque dicitur accidisse apud Fanum
Jovis dicta ibidem quadam disputacione
solempni contra hereticos. Ceteris ergo ad propria
recedentibus et episcopo oxomensi defuncto
solus ibidem sanctus dominicus cum paucis sibi
adherentibus remansit contra hereticos constanter
annuncians verbum dei. Irridebant quoque
eum adversarii veritatis sputa lutum et
quandoque vilia in eum a tergo proicientes
sibi paleas alligantes. Cum autem sibi
mortem minarentur impii intrepidus
respondebat: non ego martirii dignus sum
gloria, nondum merui mortem. Itaque
per locum transiens in quo paratas sciebat
insidias ne solum intrepidus verum et
cantans alacriter incedebat. Quod illi
admirantes dixerunt ei: Nunquid non
mortis horrore concuteris? quid acturus
eras si comprehendissemus te? At ille:
rogassem inquit vos ne subitis plagis
me vulneraretis sed paulatim et
successive membra singula mutilantes,
deinde ante oculos meos oculos

[illegible]
[illegible] ad [illegible]
ratim et totum sic mutilatum in suo
sanguine volutum ut prius ad libitum
necaretis. Cum quendam recepisset pre
nimiam quam patiebatur inopiam hereticorum
consortiis adhesisse decrevit se ipsum
vendi quivis et accepto precio et de
se ipso et egestati simul occasionem perderet
et suos errore ponderabat liberaret
eos et fecisset ni inopie eius
divina misericordia aliter providisset. Alias
etiam cum quedam mulier fratrem suum in Barrachenorum
captivitate detentum lamentabili
sibi questione exponeret nihil quod sibi
ad eius liberacionem faceret super esse
consilium ille intima compassione commotus
se ipsum pro redemptione captivi vendendum
optulit. Sed deus qui ipsum
magis necessarium ad redemptionem spiritualem
multorum captivorum providerat non
permisit. Hospitatus in partibus Tholosanis
apud quasdam matronas ab hereticis
sub specie religionis deceptas
per totam quadragesimam ut sic clavum
clavo expelleret in pane solo et
aqua frigida tantum adiuncto sibi socio
ieiunavit. Nocte vero vigilans
cum necessitas cogebat lassa membra
super nudam tabulam reclinabat. Unde
factum est ut illas matronas ad
agnitionem veritatis perduceret. Post hec autem
cepit de institucione ordinis cogitare
cuius officium esset per mundum predicando discurrere
et contra hereticos fidem catholicam
munire. Cum igitur mansisset in partibus
Tholosanis per decennium a morte Oxomiensis
episcopi usque ad tempus quo Lateranense concilium
debuit celebrari cum Fulcone
Tholosano episcopo Romam ad concilium generale
adiit et a summo pontifice Innocencio
ordinem qui predicatorum dicitur et esset
confirmari sibi et suis successoribus postulavit.
Qui dum aliquantulum se difficilem
exhiberet nocte quadam idem pontifex
videbat in somniis Lateranensem ecclesiam quem
minaretur ruinam subito. Et dum timens
aspiceret vir dei Dominicus ex adverso
occurrebat humeros quos supponens totam
illam casuram sustentabat. Evigilans

167

[illegible] ut illorum peteret [illegible] ut adiret et fratres aliquam approbatam sibi regulam eligerent et ad ipsum rediens confirmationem ad [illegible] reportaret. Egressus igitur [illegible] summi pontificis fratribus patefecit. Erant autem fratres tunc circiter sedecim qui invocato spiritu sancto regulam beati Augustini doctoris egregie qui ipsi predicatores elegerunt et nomine predicatores futuri unanimiter vovi elegerunt. Quasdam vero arctiores vite consuetudines quasi sibi in formam constitutionum observanda statuerunt. Insuper assumentes vero. Interea Innocentio defuncto et Honorio in summum pontificem sublimato confirmationem ordinis anno domini MCCXVI ab eodem Honorio impetravit. Dum igitur Rome in ecclesia sancti Petri pro dilatatione sui ordinis exoraret gloriosos apostolorum principes Petrum et Paulum ad se venientes conspexit. Et visum est ei Petrus baculum, Paulus vero librum sibi tradere videbatur. Addebant: Vade predica quia ad hoc ministerium es electus. Qui in momento temporis vidit et videbatur ei quod filios suos per totum mundum dispersos aspiceret incedentes binos et binos et verbum domini predicantes populis. Quapropter Tholosam rediens fratres suos dispersit et quosdam quidem in Hispaniam quosdam vero Parisius alios tandem Bononiam destinavit. Ipse vero rediit Romam. Monachus quidam ante ordinis predicatorum institutionem in extasi facta vidit beatam virginem flexis genibus iunctis manibus pro humano genere filium deprecantem. Qui dum sue pie matri repulsam tandem instanti ita ait: Mater mea quid possum vel quid debeo illis amplius facere? Misi patriarchas et prophetas et parum se emendaverunt. Ego veni ad eos deinde misi apostolos et me et illos occiderunt. Misi martyres confessores et doctores nec illis acquieverunt. Sed quia non est fas ut tibi aliquid denegem dabo eis meos predicatores per quos valeant illuminari et mundari. Sin autem veniam contra illos. Similem visionem alius vidit eo tempore quo duodecim abbates Cistercienses ad Tholosam contra hereticos sunt missi [illegible] cum filius matri respondisset dixit mater: Bone fili non secundum eorum maliciam sed secundum misericordiam tuam agere debes. Tunc filius precibus victus ait ad instantiam tuam eis misericordiam faciam quia predicatores meos eis mittam qui eos moneant et informent et si se non correxerint amplius iam non parcam. Frater minor quidam qui multo tempore socius sancti Francisci extitit pluribus fratribus de ordine predicatorum narravit: Cum dum beatus Dominicus Rome pro confirmatione sui ordinis apud papam instaret et nocte orans vidisset Christum in aere consistentem et lanceas tres in manu tenentem et contra mundum vibrantem. Cui velociter mater occurrens quid vellet inquisivit. Et ille: Ecce totus mundus tribus viciis plenus est superbia concupiscentia et avaricia et ideo istis tribus lanceis ipsum volo perimere. Tunc virgo ad eius genua procidens ait: Fili carissime miserere et tuam iustitiam misericordia tempera. Cui Christus: Nonne vides quante michi iniurie irrogantur? Cui illa: Tempera fili furorem et paulisper expecta. Habeo enim fidelem servum et pugilem strenuum qui ubique discurrens mundum expugnabit. Alium quoque servum sibi in adiutorium dabo qui secum fideliter decertabit. Cui filius: Ecce placatus faciem tuam suscepi sed vellem eos videre quos vis ad tantum officium destinare. Tunc illa S. Dominicum destinavit. Cui Christus: Vere fortis et strenuus est pugil iste et studiose faciet que dixisti. Obtulit etiam S. Franciscum et hunc Christus sicut et primum commendavit. S. ergo Dominicus socium in visione sibi ostensum diligenter consideravit quem ante non viderat. In crastino in ecclesia inventum per hec que nocte viderat recognovit et in eius amplexus et oscula sancta ruens ait: Tu es socius meus, tu pariter mecum curres, stemus simul et nullus adversarius prevalebit. Visionem quoque predictam sibi per ordinem enarravit et ex tunc facti sunt cor unum et anima una in domino et hoc etiam in posteris mandaverunt perpetuo observari. Cum quendam Apulum ad orrecepisset quidam qui prius [illegible] fuerat cum sic perstitit quasi statim iam redire desperans et deplorans vestes suas modis omnibus expectabat quod beatus dominicus audiens continuo se orationi dedit. Igitur cum statim iuvenem iam religiosis vestibus expoliarent et iam sua camisia induisset ille magnis vocibus clamare cepit ac dicere: En ardeo en estuo en totus comburor tollite hanc camisiam maledictam que totum comburit. Nullo quoque modo quiescere potuit quousque exuta camisia religionis vestibus denuo est indutus et ad claustrum reductus orante beato dominico. Bononie cum fratres iam ad dormiendum ivissent quidam frater conversus a dyabolo vexari cepit quem dum frater Raynerius lausanensis magister eius audisset beato dominico hoc studuit indicare. Precepit ac dominicus ad ~~ecclesiam~~ ante altare eum portari. Fecit quem sumpsissent vix a decem fratribus deportatus dixit beatus dominicus: Adiuro te miser ut dicas michi quare vexas creaturam dei et quare ut quare hic intrasti. ~~Cui~~ respondit: Vexo eum quia meruit cum bibit enim heri in civitate sine licentia et non addito signo crucis. Unde tunc intravi in eum in specie bibitionis quam ipse potius me cum vino ebibit. Hic autem prius confessus est eum tunc bibisse. Interim statim est pulsatum signum ad matutinum quo audito dyabolus qui in eo loquebatur dixit: Amodo quia non valeo stare plus quia capuciati surgunt etc. Ad orationem beati dominici coactus egressus est. Cum in partibus Tholosanis quoddam flumen transisset libri eius ultra equites per natationem in flumine ceciderunt. Die autem tercia quidam piscator hamum proiciens magnum piscem apprehendisse se putabat libros ipsos extraxit penitus illesos ac si in aliquo armario fuissent cum omni diligencia custoditi. Cum ad quosdam monasterium venisset et fratres quiescerent nolens eos inquietare oratione facta ianuis clausis ingressus cum sociis introivit. Idem tempore

[illegible] in afflictione [illegible] conversus Cisterciensis fuisset via cum socio ad ecclesiam devenisset oratione facta a beato dominico intrasset subito invenerunt et noctem iam totam in oratione duxerunt pro laboribus itineris aquam ad hospicium devenissent statim ad fontem aqua contigit convenerunt ne in domo hospitis plus bibendo noctem in [illegible]. Scolaris quidam carnis lubricum paciens venit in quodam festo ad domum fratrum de Bononia ut ibi missam audiret. Contigit ac missam tunc beatum dominicum celebrare. Cum autem ad oblationem ventum fuisset dictus scolaris accessit et manum eius cum multa devocione osculatus est. Quam cum osculatus est tantam ex ea sensit prodire fragranciam quantam in vita sua nunquam est expertus et tunc estus libidinis in eo mirabiliter refriguit ut qui antea vanus et lubricus erat postmodum efficeretur continens atque castus. O quanta mundicie puritate eius caro pollebat cuius odor mirabiliter sordes mentis purgabat. Sacerdos quidam videns aliquando beatum Dominicum cum fratribus suis predicacioni tam frequenter insistere deliberavit cum eis adherere dummodo novum testamentum sibi ad predicandum necessarium habere posset. Hec eo cogitante quidam iuvenis novum testamentum sub veste baiulans affuit quod sacerdos cum magno gaudio emit. Sed dum adhuc aliqualiter dubitaret facta ad deum oratione impressa cruce exterius super librum ~~ltc~~ librum aperuit et oculos iecit et id quod in actibus beato Petro dictum est mox inest eidem occurrit: Surge descende et vade cum eis nichil dubitans quia ego misi illos. Statimque surgens eisdem adhesit. Cum apud Tholosam in theologia legeret magister quidam sciencia et fama preclarus quodam mane ad diem ante diem cum suas lectiones providisset oppressus sompno paululum caput suum in cathedra reclinavit. Visum est ei sibi quod septem stelle sibi presentarentur. ~~Cum~~ Cumque de novitate talis signi plurimum miraretur subito in lumine et quantitate predicte stelle in tantum claruerunt quod mundum illuminarunt. ~~Cum~~ Cum evigilasset quid nam sibi hoc vellet plurimum mirabatur et ecce dum scolas [illegible] b. dominicus et ad eo [illegible] ipsum duos de fratribus ad predicationem magistri similiter accesserunt et suum propositum intimantes dixerunt quod scolas suas eorum visitare seu frequentare consueverunt visionem ipsam de stellis quas viderat illatamque dubitationis.

Rome viro dei dominico posito vir quidam magister Reinaldus sancti Aniani Aurelianensis decanus qui etiam Parisius in iure canonico rexerat annis quinque Romam cum Aurelianensi episcopo mare transiturus advenerat. Diu autem in proposito habebat relictis omnibus predicationi insistere sed quomodo id complere posset necdum advertit. Cum autem a quodam cardinali cui huiusmodi votum expresserat de institutione ordinis predicatorum audisset et beato dominico accersito eidem suum votum indicasset eiusque ipsius ordinis deliberavit ingressum, nec mora fuit quin febrium infirmitate corripitur et de eius salute penitus desperatur. Persistente autem in oratione beato dominico ad beatam virginem cui tamquam speciali patrone curam ordinis totam commiserat exorante ut statim vel modico tempore ipsum sibi concedere dignaretur, ecce subito regina misericordie cum duabus quasi admodum comitata puellis Reinaldo vigilanti et mortem expectanti adest pii vultus venustate apparet blanda et suavis dicens sibi pete a me quid vis et dabo tibi. Deliberanti quid peteret una de predictis puellis suggessit ne quid peteret sed se totum regine misericordie voluntati committeret. Ergo dum fecisset illa manu extendens virginea unxit eius oculos aures nares os manus renes et pedes salutari quam secum detulerat unctione [illegible] ad renes ait stringantur renes tui cingulo castitatis. Ad pedes ait ungo pedes tuos in preparationem evangelii pacis. Addidit et die tercia mittam tibi ampullam restitutionis potionem sanitatis. Ostendit ei habitum ordinis dicens ecce inquit habitus iste ordinis tui est. Hanc autem visionem solus b. dominicus in oratione positus totam vidit. Hanc [illegible] ad ipsum veniens b. dominicus eum sanum reperit et ab eo totius visionis seriem audivit et habitum quem virgo monstraverat assumpsit. Vita autem [illegible] fratres supplicationis [illegible]. Die autem tercia mater dei affuit et totum reparavit adeo penitus quod non solum estum febrium sed etiam ardorem concupiscencie sic extinxit ut sicut ipse postmodum est confessus nec unus motus libidinis in eo deinceps pullulavit. Hanc visionem ibi quidam religiosus de ordine Hospitalariorum presente quoque b. dominico ipsis oculis vidit et stupuit. Hanc visionem multis fratribus magistris post illius obitum b. dominicus publicavit. Missus igitur frater Reinaldus Bononiam predicationi instabat ardenter et fratrum numerus crescebat. Post hec autem missus Parisius non post multos dies in domino obdormivit.

Iuvenis quidam Cardinalis Stephani de Fossa nova cum equo in foveam lapsus precipicio inde mortuus est et allatus. Qui beato dominico cum oblatus esset orante sensu vite pristine est restitutus.

In ecclesia sancti Sixti architectus quem ad conductum astrinxit sub cripta quedam ruina desuper resoluta oppressit diu et sub tumulo tam dolens materia iacuit et extinctus. Sed vir dei dominicus defuncti corpus de caverna extractum ad se venire iussit orando quod suum suffragio statim vite simul et sanitati restituit.

In eadem ecclesia aput Romam dum fratres circiter quadraginta manerent et quadam die panis valde modicum invenissent, b. dominicus illud quod modicum habebatur panis per partes dividi super mensam mandat. Dum unusquisque per buccellam panis cum gaudio frangeret ecce duo iuvenes habitu eiusdem forme quasi consimiles refectorium intrantes cophinos qui collo pendebant plenos panibus referentes quibus in capite mense viro dei dominico silentes oblatis ita subito discesserunt ut nusquam de eis unde venirent vel quo habirent scire sare possit. Tunc sancti Dominici per molis fratres utique procedentia. Mo inquit fratres comedite. Tunc beatus Dominicus aquam in itinere et omnis pluviam in inundacio sicut ille signum crucis edidit et ipse et a socio suo omnem pluviam adeo propulsavit ut cum facta passione de celo cum tota terra densa nubium inundacione madesceret et una gutta ad spacium trium cubitorum eos non attingeret. Cum quadam vice dum in partibus Tholosanis transiret navigio quadam aqua nauta denarium pro mercede exitus exigebat, cui vir dei pro mercede sibi in precio regnum celorum promitteret addens quod discipulus Christi esset ut aurum vel pecuniam non portaret, ille eum per cappam violenter trahens: aut cappam inquit michi dimittatis aut denarium solvatis. Tunc vir dei oculis in celum erectis paululum intra semetipsum orans mox in terram respiciens vidit denarium domino ut dubium procuratum ibi iacentem: Vides ecce inquit quod postulas, tolle et me in pace dimitte liberum. Contingit autem quandoque viro dei et agenti associari sibi religiosum quendam qui sacerdos quidem fuit domesticus et loquela ac lingua penitus alienus, dolens quod divinis eloquiis una cum illo mutua se collacione reficere non possent, tandem adeo ut unus lingua loqueretur alterius ubi sic alternatim valatis esset. Per dies quos per iter simul erant intelligentes inspexerunt. Quadam vice dum quidam mulier obsessis demoniis sibi fuisset oblata, ille stolam accipiens prius super proprium collum imposuit deinde demoniace collum cinxit mandans eis ut de cetero illud corpus non vexarent. Ipsi vero in corpore eius suspensi cum tamquam stati ceperunt fortiter acclamare: Permitte nos ire, quare nos hic cruciari permittitis et compellitis? Et ille: Non dimitto vos inquit ire nisi michi fideiusseritis quod minime deinceps redeatis. At illi: Quos inquiunt tibi fideiussores possumus dare? Et ille: Sanctos martires quorum corpora in ecclesia ista requiescunt.

[illegible] ut affirmat vos inquit dare, alioquin auctoritate hac nequaquam libere dimittam vos. Tunc nudge ad hoc se daturos et post modicum dixerunt: Ecce impetravimus licet inviti quod sancti martires fideiussores fiere pro nobis. Requirente autem eo signum rei certum dixerunt cautis ad capsam in qua sunt recondita corpora martirum et ibi invenietis eiusdem questionem est, et ita inventum esse fuit illi protestati. Predicante autem eo quandoque quedam matrone ab hereticis damnate cum pedibus provolute dixerunt: Serve dei adiuva nos, si vera sunt que predicasti hodie iam diu mentes nostras error spiritus excecavit. Quibus ille: Constantes estote et expectate paulisper ut videatis quali domino adhesistis. Statim quoque viderunt de medio sui cattum unum teterrimum prosilire qui magni canis quantitatem habebat, grossos oculos et flammantes, linguam longam latamque atque sanguinolentam et protractam usque ad umbilicum, caudam vero brevem et erectam sursum, quocumque se verteret ostendebat posteriorem turpitudinem, cum fetor intollerabiliter exhibat. Cumque circa illas matronas se aliquamdiu verteret illuc et illuc, tandem per cordam campane in campanile conscendens disparuit, fetida post se vestigia relinquens. Ille igitur matrone deo gratias agentes ad fidem catholicam sunt conversae. Item in partibus Tholosanis quosdam hereticos convicisset et illi crematur incendiis deputati, aspiciens quendam inter eos Raimundum nomine ait: Istum separate ne aliquatenus cum ceteris crematur. Conversus quoque adeo blande quoque alloquens: Scio inquit fili mi, scio quod adhuc licet tarde bonus homo eris et sanctus. Dimissus itaque per xx annos in heretica pravitate permansit et sic predicator ~~[illegible]~~ effectus in eodem ordine vitam suam laudabiliter duxit et feliciter terminavit. Cumque in Hispania quibusdam fratribus sibi sociatis apparuit ei in persona immanissimus draco qui fratres illos qui secum erant absorbere apertis faucibus videbatur, quod vir dei intelligens fratres fortiter instruxit [illegible] in medio [illegible] fratres [illegible] to pre [illegible] qui aliquos recesserint interrogatus quid ei illi ab eo an sibi vellet reddere ait absit pater ut relicto capite sequar pedes si quomodo eorum se dedit et fere omnes ordine sua quievit. Apud sanctum Sixtum in urbe cum fratribus esset subito facto sermone ad capitulum fratribus convocatis palam omnibus nunciat quatuor fratres ex ipsis in brevi duos quidem in corpore duos autem in anima morituros. Post modicum duo fratres ad dominum migraverunt duo vero de ordine recesserunt. Existente eo Bononie erat quidam Conradus Theutonicus cuius ingressum de ordine fratres mirabiliter affectabant. Cumque beatus Dominicus cum priore monasterii Case Marie de ordine Cisterciensium in vigilia assumptionis beate Marie sermocinaretur familiariter quadam confidencia agente magna dixit ei fateor tibi prior quod adhuc nulli exposui nunquam nec tu alicui quamdiu vixero revelabis quod nunquam a deo petii aliquid quod non assequerer ad votum. Cui prior dixit quod forsitan vitam cum ipso finiret. Beatus Dominicus spiritu prescitus quod ipse prior posse diu vivere post se et secum fuisse constat predixit. Tunc ergo prior adiciens petite ergo pater ut in magistrum Conradum ad ordinem cuius ingressum fratres videntur multum flagitare. At ille rem inquit frater bone postulasti grandem. Finito completorio ceteris fratribus ad quiescendum recedentibus ipse in ecclesia permansit et in oratione more solito pernoctavit. Convenientibus igitur fratribus ad primam cum cantor incepisset Iam lucis orto sidere ecce lucis nove filius magister Conradus subito veniens et ad pedes beati Dominici se prosternens habitum ordinis instanter petiit et devocius accepit. Hic fuit in ordine multe religionis et lector plenus in graciosus qui tandem moriens cum oculos clausisset et fratres eum migrare crederent ille aperiens oculos fratres circumspiciens ait Dominus vobiscum. Quibus respondentibus Et cum spiritu tuo ille adiunxit Fidelium anime per misericordiam dei requiescant in pace quievit et ipse. Fuerat autem famulus dei Dominicus similia valde meritis tranquillitate

[illegible] cum ad confessionem et misericordiam [illegible] et quia ei gaudens [illegible] placitum [illegible] hominis [illegible] bonitate [illegible] sermo cum [illegible] sibi [illegible] re nemo communior nocturnis horis vigiliis et orationibus nemo instancior. [illegible] incipiebat proximum noctis de suis oculis quasi quedam fontem desudabat lacrimarum frequenter. Quando corpus domini elevabat in missa in mentis rapiebatur excessu ac si ibi Christum incarnatum presentem vidisset propter quod missam cum ceteris multo tempore non audiebat. Erat ei in ecclesia pernoctandi consuetudo frequentissima ut raro aut vix certum ad quiescendum lectum videretur habere et cum lassitudine succedente sompni importunitas impelleret necessitate sive ante altare aut super altare capite reclinato paululum quiescebat. Tres singulis noctibus recipiebat in manu propria ferrea catena disciplinas unam pro se alteram pro peccatoribus qui in mundo sunt tertiam vero pro hiis qui in purgatorio tenentur. Electus aliquando in episcopum Coseranensem omnino renuit protestans se prius citius de seculo recedere quam electioni unquam de se facte aliquatenus consentire. Interrogatus aliquando cur libencius in Tholosana sua regione moraretur quam in Carcasiana ait quia in Tholosana diocesi invenio multos qui me honorant apud vero Carcasianam omnes contra me pugnant. Interrogatus a quodam in quo libro amplius studuisset respondit in libro caritatis. Tenebat vice cum vir dei Dominicus apud Bononiam constitutus in ecclesia pernoctaret diabolus sub specie fratris ei apparuit quem sanctus Dominicus fratrem existimans ei innuebat ut cum ceteris ad quiescendum pergeret. Ille vero quasi deridendo eius similibus nutibus respondebat. Tunc beatus Dominicus cupiens scire quis esset qui omnes mandatum sic contempneret scire volens tandem ad lampadem accendit et in faciem eius respiciens quod diabolus esset protinus cognovit. Quem cum vehemencius increpasset incepit diabolus de fractione silencii in illo [illegible] ne- te fratrum in [illegible] ubi loqui licet. Ipse verbis coegit ipsum ut sibi diceret de quo fratres in choro temptaret, qui respondit: Facio ipsos tarde venire et cito exire. Deinde duxit eum ad dormitorium, de quo ibidem fratres temptaret inquisivit, qui ait: Facio eos nimis dormire et tarde surgere, sicque absque divino offitio remanent, interdum inmundas cogitationes cogitare. Deinde ad refectorium ipsum duxit, de quo ibi fratres temptaret. Tunc demon saliens super mensam plus et nimis repetendo dicebat. Quem cum beatus D. quid sibi hoc vellet interrogaret, ait: Quosdam fratres tempto ut plus comedant et sic in nimia superfluitate cibi agravent, quosdam vero ut minus sumant et sic in dei servitio et observatione ordinis sui debiles fiant. Inde duxit eum ad collocutorium, de quo ibidem fratres temptaret inquirens, tunc ille crebro linguam revolvens confusionis sonum promebat. Quem dum beatus D. interrogaret, ait: Locus meus totus est, cum enim fratres ad loquendum veniunt, eos temptare studeo ut confuse loquantur et inutiles super sese in utilibus verbis insisteant ut unus alium non expectet. Postremo duxit eum ad capitolum, sed cum ante hostium capitoli fuissent, demon nullatenus intrare voluit, sed ait: Hic numquam ingredior, quia locus maledictionis est et infernus michi est, et totum ibi amitto quod aliis locis lucratus sum. Nam cum aliquem fratrem per aliquam negligenciam delinquere facio, mox in loco hic maledictionis de ipsa se neglicencia purgat et coram aliis se proclamat. Nam hic monentur, hic accusantur, hic confitentur, hic verberantur, hic absolvuntur, et hic amisisse me doleo quod alibi lucratus gaudebam. Et hiis dictis evanuit. Tandem appropinquante peregrinacionis termino constitutus apud Bononiam qui cepit corporis infirmitate laborare.

[illegible] manifestata est: vidit enim iuvenem pulcherrimum qui sibi sic vocantem et dicentem: Veni dilecte mi, veni ad gaudia. Convocatis igitur ex fratribus conventus duodecim Bononie ne eos exheredes et orphanos faceret testamentum condidit dicens: Hec sunt que tamquam filiis hereditario iure possidenda relinquo: caritatem habete, humilitatem servate, paupertatem voluntariam possidete. Illud vero quanta potuit districtione prohibuit ne quis umquam in suo ordine possessiones induceret temporales, maledictionem dei et suam terribiliter imprecans ei qui predicatorum ordinem terrenarum diviciarum pulvere presumeret maculare. Fratribus vero de eius morte intolerabiliter dolentibus dulciter eos consolans ait: Non vos, filii, me corporalis turbet discessio, nullatenus dubitantes utiliorem me vobis mortuum quam vivum futurum. Proinde ad extrema horam veniens anno domini M CC XXI° obdormivit in domino. Cuius transitus eadem die eadem hora fratri Guali tunc priori fratrum predicatorum de Brixia et postmodum eiusdem civitatis episcopo hoc modo ostenditur. Nam cum in campanili fratrum capite ad murum inclinato levi sompno dormitasset, vidit celum aperiri et duas scalas candidas ad terram submitti, quarum summitates Christus cum matre tenebat, et angeli per eas iubilantes ascendebant et descendebant. In medio autem scalarum in imo sedes posita erat et super sedem velato capite sedens. Christus autem et mater eius sursum scalas trahebat donec sedentem in celum traherent, apertaque celi clausa est. Veniens igitur predictus frater Bononiam, continuo eadem die et hora patrem migrasse cognovit. Frater quidam eadem die et hora qua pater migravit a torre missam celebraturus accesserat, cum autem audisset eum Bononie egrotasse et ad locum canonis veniens, memoriam de vivis fieri convenit, vellet pro eius salute orare, subito factus est in excessu mentis, vidit quod virum dei corona quadam aurea laureatum

prohibuit ne dites

[illegible] qui [illegible] splendide [illegible] cum [illegible] quibusdam aliis [illegible] viris comitatum simul inde [illegible] Bononiam via regia procedentem. Dicens igitur noctis et horam [illegible] fratrem dei Dominicum a corpore migrasse.

Cum igitur corpus eius sub terra multo tempore latuisset crebrescentibus [illegible] miraculis non potuit ulterius eius sanctitas occultari sed [illegible] devotio corpus eius ad altiorem locum transferre curavit. Cumque monumentum fuisset ferro vix ferreis instrumentis cemento sublato lapide et patefacto tanta ab ipso odoris fragrantia erupit et non tam sepulcrum quam cellam videretur aromatum aperuisse, qui quidem odor cuncta superabat aromata nec alicuius rei naturalis odori similis videbatur. Nec solum ossibus aut pulveri sacri corporis ut capse in qua iacebat verum etiam terre circumquaque congeste, ita ut ad longinquas postmodum regiones delata odorem ipsum longo tempore retineret. Fratrum vero manibus aliquid de reliquiis sacrosanctis tangentibus sic inhesit ut quantumcumque lavata vel confricata fragrantie diu testimonium prestarent.

In provincia Ungarie vir quidam nobilis uxore cum et filio parvulo ad reliquias beati Dominici que in Bononia habentur visitandas accessit, et filius eius infirmatus ibidem ad extremum vite moriendo pervenit. Pater vero corpus filii coram altari beati Dominici collocans lamentari cepit et dicere: Beate Dominice, letus veni ad te, en tristis recedo; cum filio veni et orbatus filio recedo; redde michi queso filium meum, redde michi leticiam cordis mei. Et ecce circa noctis medium revixit et per ecclesiam ambulavit.

Iuvenis quidam cuiusdam nobilis femine mancipium cum piscationi in quodam fluminis insisteret in aquam lapsus suffocatus disparuit. Non magno autem temporis spacio interiecto eius corpus de fundo fluminis mortuum est extractum. Domina autem eius pro suscitatione invocavit beatum Dominicum promittens se ad fratres veni[illegible] nudis pedibus accessuram et resuscitatum mancipium libertati daturam. Statim ergo qui fuerat mortuus in medio videntibus cunctis resiluit votumque suum predicta domina ut promiserat adimplevit.

In eadem provincia Ungarie cum quidam vir filium suum defunctum amare lugeret et beatum Dominicum pro eius suscitatione invocaret, circa pullorum cantum qui mortuus fuerat oculos aperuit et patri dixit: Quid est pater quod sic habeo faciem madefactam? Et ille: Lacrime patris tui sunt, fili, quia tu mortuus fueras et ego solus remanseram omni gaudio destitutus. Cui ille: Multum flevisti pater, sed beatus Dominicus desolationi tue compaciens ut tibi vivus redderer suis meritis impetravit.

Et languidus quidam octodecim annos toto [illegible] beati Dominici reliquias visitare desiderans quasi temptans de lecto ire surrexit et statim subito sensit adesse virtutem, qua passu continuo gradi cepit, tanto magis in convalescencia crescens et in illuminatione oculorum proficiens quanto tardius in itinere procedebat, donec tandem ad locum destinatum perveniens perfectum recepit utriusque beneficium sanitatis.

Quidam scolaris nomine Nicolaus qui renum ac genuum dolore adeo est vexatus quod de lecto surgere non valebat, cuius et femur levum emarcuit penitus quod omnis ab eo spes curationis recessit. Se devoto igitur et beato Dominico se devovens cum se filo de quo fienda erat candela toto mensus in longum cepit collum et pectus cingere cum eo genu filo ambiente circuisset [illegible], ad quamlibet mensuram nomine Ihesu Christi et beati Dominici geminans se sanatum senciens exclamavit: Ego sum liberatus. Et consurgens pre gaudio lacrimas sine aliquo fulcimento ad ecclesiam venit in qua beati Dominici quiescebat corpus incedens [illegible]

caritate multa et fere innumerabilia
miracula deus per servum suum beatum
dominicum operatus est in Gallia
apud Augustam cum puella quedam
que vicio lapidis laborabat
incidi deberet mater eius pro
instanti periculo filiam suam beato do-
minico commendat sequenti igitur nocte
dormienti puelle beatus dominicus asti-
tit et in manum eius quo torque-
batur lapidem posuit et abscessit
que puella evigilans et se
liberatam inveniens matri lapidem
dedit et per ordinem visionem explica-
vit mater vero lapidem ad domum fratrum
detulit et ipsum in memoriam tanti mi-
raculi coram imagine sancti dominici
suspendere fecit apud palacium in
Sicilia mulier quedam pro eo quod filius habebat
qui in infirmitate quadam scro-
fulatu que vocatur in collo gra-
viter affligebatur cum quesisset
quis illum posset remedium impone-
vovit deo et beato dominico quod si libera-
raretur ipsum in opere ecclesie fratrum que
tunc construebatur gratis faceret labo-
rare sequenti autem nocte quidam
in habitu fratris sibi apparuit eique
dixit mulier cognoscis has res no-
nas ei quorum genera scilicet et viride fo-
lium lapacium et sinctum porri
que cum [illegible] cognovisset ille ait
vade et accipe hec et conficias
cataplasma cum succo porri et pone ea
super glandulas et impone collo filii
tui et sanabitur evigilans autem hoc
fecit et filius eius liberatus votum
matris implevit sanctimonialis
quedam nobilis nomine Maria apud
Tripolim in monasterio quod dicitur Mag-
dalene validissimis infirmitati-
bus elaboraverat et in tibia tumore
percussa quinque mensibus cruciatu nimio
urgebatur ita ut singulis
que mora se recolligens semet-
ipsam sic oravit domine non
sum digna orare te nec exaudiri
sed rogo dominum meum beatum do-
minicum ut sit mediator meus

mo et de [illegible]
sanitatem cum quadam die sic lacrimis o-
raret in extasi facta vidit beatum domini-
cum duobus fratribus apertam cortinam que
apud lectum eius pendebat intrantem
quorum unus dixit quid curare tam sanari
desideras et illa domine ut deo cum
devotione servire possem tunc ille de
sub cappa unctionem mire fragrancie
proferens tibiam eius perunxit et
statim sanata fuit et dixit hec unctio
est valde preciosa et dulcis et diffici-
lis cumque ab eo mulier requireret ra-
tionem dixit hec unctio dilectionis est
signum que valde preciosa est et quia
nullo precio emi potest quia in domo dei
nullum est melius dulce quia nichil
dulcius caritate difficilis quia cito per-
ditur nisi caute custodiatur ipse in
nocte sorori sue in dormitorio quies-
centi apparuit dicens ego sanavi
sororem tuam que currens ipsam sanatam
invenit que cum se etiam sensibiliter un-
ctam sentiret ipsam bombicem cum
reverencia multa collegit que cum abbatisse
confessori et sorori sue omnia retulisset et
unctionem in bombice presentasset tanta
et tam nova odoris fragrancia sunt
perfusi ut eis possent aromata com-
parari ipse autem unctionem cum multa reve-
rencia servaverunt quia quam autem [illegible] de
loco in quo sacro sanctum corpus beati Dominici
requiescit licet innumera claruerint miracula
unum tamen hic posuisse sufficiat refert
magister alexander vendomiensis in postillis suis
super illud verbum misericordia et veritas ob-
viaverunt sibi et quod quidam scolaris de
Bononie vanitatibus seculi deditus visio-
nem talem aspexit videbatur sibi quod in quo-
dam campo magno consisteret et ecce tempe-
stas ingens super ipsum descenderet qui
quandam domum perveniens quam cum clausam
invenisset et pulsans ad ostium se ibidem
recipi postulasset hospita que intus
erat dixit ego sum iusticia que hic habi-
to et hec domus mea est quia igitur
tu iustus non es in ea habitare non valebis
ad cuius verba ille plurimum merens abces-
sit et aliam domum ultra illam conspiciens
ad eam venit et pulsans ad hostium

[illegible] hospitio [illegible] ista que hic habito et domina est. Te autem hic hospitio non recipio, quia veritas cum non habitat qui eam non amat. Inde quoque abscedens etiam domum ultra illam conspexit ad quam veniens et similiter contra impetum tempestatis recipi flagitavit. Cui que domina erat respondit: Ego sum pax que hic habito. Non est pax impiis sed tantum hominibus bone voluntatis. Verum tamen quia ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis, do tibi utile consilium. Domum ultra me soror mea habitat que miseris auxilium prestat. Ad hanc accede et omnia mandata comple. Cumque accessisset, que domina erat respondit: Ego sum misericordia que hic habito. Si vero ab iminente tempestate salvari desideras, vade ad domum in qua fratres predicatores de Bononia habitabant, ibique invenies stabulum penitentie et presepe continentie et pabulum doctrine, asinum simplicitatis cum bove discretionis, Mariam illuminantem et Joseph proficientem et puerum Jhesum te salvantem. Cum igitur scolaris evigilasset, ad domum fratrum venit et visionem per ordinem recitans et habitum ordinis petiit et accepit.

Sixtus quasi sedens dicitur et status, quasi vel Sixtus dicitur a sisto sistis, quasi firmus non flexus in fide vel passione et bona operatione.

Sixtus papa Atheniensis natione primo quidem philosophus sed postea Christi discipulus et pontifex summus electus, Decio et Valeriano cum duobus dyaconibus suis Felicissimo et Agapito presentatus est. Quem cum Decius nullis posset persuasionibus inclinare, fecit eum duci ad templum Martis ut aut sacrificaret aut in custodia Mamertini reciperetur. Sed cum sacrificare renueret, in custodiam ducitur. Beatus Laurencius ibat post eum clamans: Quo progrederis sine filio pater, quo sacerdos sancte sine ministro properas? Cui Sixtus: Non ego te desero fili neque derelinquo [illegible] clamans prosequeris me, post triduum me sequeris sacerdotem levita. Interim thesauros ecclesie accipe et quibus tibi videtur divide. Quod ille pauperibus distribuit. Valerianus prefectus precepit ut Sixtus iterum ad templum Martis sacrificaturus duceretur, quod si renueret capite truncaretur. Quo dum duceretur, beatus Laurencius clamare cepit ac dicere: Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi quos tradidisti michi. Tunc milites audientes thesaurum Laurencium tenuerunt, Sixtum vero cum Felicissimo et Agapito ibidem decollaverunt. In hac die est festum transfigurationis domini et sanguis Christi de novo vino, si inveniri potest, conficitur vel saltem de maturis uvis aliquantulum in calicem eligitur. In hac etiam die racemi benedicuntur et populus communicat. Ratio autem huius est eo quod dominus discipulis suis dixit in die cene: Non bibam amodo de hoc genimine vitis donec bibam illud novum in domo patris mei. Illa ergo transfiguratio domini et quod dixit novum vinum representat gloriosam innovationem quam Christus post resurrectionem habuit, et ideo in hac die transfigurationis que resurrectionem representat vinum novum requiritur. Non quod in hac die, ut aliqui dicunt, sit transfiguratio facta, sed ab apostolis in hac die manifestata. Transfiguratio enim facta fuisse dicitur circa principium veris, discipuli autem circa principium autumpni temporis revelaverunt. Ipse precepit eis ut visionem [illegible] diu celaverunt et in hac die manifestaverunt, ut legitur in libro qui mitrale dicitur.

Donatus quasi a deo natus, et hoc per generationem et gratie infusionem, que est triplex generatio spiritualis a deo. Una cum sancti moriuntur, tunc nasci dicuntur, unde obitus sanctorum non mors sed natale vocatur. Prior cum accipit nasci ut recipiat maiore loco ad [illegible] vel aerem ad regnum [illegible] lucem ad videndum et quia sancti in devoto matris ecclesiae per mortem exeunt illa quando modum sunt receperunt ideoque nasci dicuntur vel Donatus dicitur quasi dono natus

Donatus cum Juliano imperatore eruditus et nutritus est ita quod praedictus Julianus fuit in subdiaconatus ordinatus sed cum ad imperium sublimatus fuisset patrem et matrem sancti Donati occidit Donatus vero ad Aretinam civitatem aufugit et apud Hilarium monachum manens multa ibidem miracula fecit nam praefecti civitatis filium demoniacum cum ad beatum Donatum adduxisset clamare coepit spiritus immundus in nomine domini nostri Jesu Christi noli michi molestus esse ut de domo mea exire dicas o Donate quare me cruciare tas cogere cum tormentis sed orante Donato fuit protinus liberatus vir quidam Eustachius nomine exactor fuit in Tuscia pecuniam publicam in custodia uxoris nomine Eufrosine dereliquit sed cum provincia ab hostibus urgeretur pecuniam abscondit et dolore praeventa vitam finivit vir autem eius rediens cum pecuniam invenire non posset et iam cum filiis suis tradi deberet ad sanctum Donatum confugit Donatus autem ad sepulcrum uxoris eius cum eo pergens oratione facta clara voce dixit Eufrosina per spiritum sanctum te adiuro ut dicas nobis ubi thesaurum pecuniam posuisti et facta est vox de sepulcro dicens in ingressu domus meae ibi eam fodi et omnes eam ubi dixerat invenerunt post autem aliquos dies Satirus episcopus in domino obdormivit et omnis clerus Donatum in episcopum elegit cum autem ut refert Gregorius in libro dialogorum quadam die missa celebrata populus communicaret et [illegible] sanguinem Christi daret subito pagani irruentes diaconum impulerunt et calicem sanctum fregerunt de quo cum ipse et omnis populus moestus esset plurimum Donatus fragmenta calicis colligens oratione ipsum in formam pristinam restauravit una autem particula a diabolo abscondita fuit quae in calice praedicto defecit quod est in testimonium eiusdem miraculi pagani autem viso hoc miraculo conversi sunt et septuaginta baptisma susceperunt fons quidam aquae erat infectus ut quicumque de illo biberet protinus moreretur cum igitur beatus Donatus super asinum suum illuc iret et oratione facta aquam sanaret draco terribilis inde erupit et pedes asini cauda involvens contra Donatum protinus se erexit quem Donatus flagello quodam percutiens vel ut alibi legitur in os eius exspuens continuo interfecit oravit quoque ad dominum et omne venenum a fonte fugavit aliud etiam fontem ipse quadam vice cum sociis vehementer sitiret sua oratione ibidem produxit cum filia imperatoris Theodosii a demone vexaretur et ad beatum Donatum ducta fuisset dixit Donatus exi spiritus immunde et noli in plasmate dei habitare cui demon da mihi transitum quo exeam aut quo vadam cui Donatus unde huc venisti cui demon de heremo et sanctus revertere et demon video signum Christi in te ex quo ignis exit contra me et prae timore ignoro quo vadam cui Donatus ecce habes transitum redi ad locum tuum et universam domum concutiens exivit cum quidam mortuus efferretur ad sepulturam quidam cum chirographo asserens sibi deberi ab ipso solidos ducentos supervenit et tamen ipsum sepelliri sinebat tunc uxor eius vidua beato Donato cum lacrimis indicavit adiungens quod ille pecuniam totaliter receperat ad locum venit et manu defunctum tangens ait audi me cui respondit ego sum et sanctus Donatus ad eum surge et vide quid agis cum homine isto qui te sepelliri non sinit qui residens eum persoluto debiti coram omnibus convicit et chirographum manu scidit deinde [illegible] ille [illegible] a morte [illegible] eo tempore ad [illegible] autem non pluviam et sterilitas magna esset populus ad imperatorem Theodosium convenit petentes ut eis Donatum traderet qui arte magica hoc fecisset. Sed ad imperatoris quod instanciam Donatus egressus Deum exoravit ut pluviam copiosam dedit et cunctis infusis ipse siccis vestibus rediit domum. Cum autem Gothi eo tempore Italiam devastarent et multi a fide Christi recederent, Eudiciam prefectum a D. et Hilario de apostasia reprehendens statim ipsos cepit compellens eos ut Iovi immolarent. Qui cum renuerent Hilarium expoliatum tam diu cedi iussit donec spiritum exhalaret. Donatum vero in carcere reclusit et postea eum decollari fecit in dictione tercia anno Domini CCCLXXX.

Cyriacus a Marcello papa diaconus ordinatus comprehensus est et ad Maximianum deductus iussus est ad [illegible] suis terram fodere et ad loca sua [illegible] Thermas que ibi edificabantur suis cum humeris deportare. Ibi erat Saturninus senex quem Cyriacus et Sisinnius iuvabant ad portandum. Tandem in carcere reclusis prefectus iussit Sisinnium presentari et cum Apronianus duceret eum, subito vox veniens dixit: Venite benedicti patris mei. Et tunc Apronianus credidit et baptizari se fecit et ad prefectum accedens Christum confessus est. Cui prefectus: Numquid tu christianus factus es? Cui respondit: Sic, ve michi quia perdidi dies meos. Respondit prefectus: Vere nunc perdes dies tuos, et iussit eum decollari. Saturninus autem et Sisinnius cum sacrificare nollent diversis suppliciis tandem decollati sunt. Filia autem Diocleciani nomine Arthemia cum a demone vexaretur, clamavit demon in ea dicens: Non exeam nisi Cyriacus diaconus veniet. Unde ad eam adductus Cyriacus cum demoni imperaret, respondit: Si vis ut exeam da michi vas aliquod in quod intrem. Respondit ei Cyriacus: Ecce corpus si potes ingredere.

Cui demon [illegible] [illegible] Dixit [illegible] et [illegible] Cyriacus [illegible] quia in Babiloniam faciam te venire. Et cum coactus exisset Arthemia clamavit dicens se Deum quem predicat videre. Cum ergo illam Cyriacus baptizasset et regina Diocleciani et Serene uxoris eius in domo quam sibi dederant securus maneret, venit nuncius a rege Persarum ad Dioclecianum rogans ut ad se Cyriacus mitteretur, quia filia sua a demone vexabatur. Ad preces ergo Diocleciani Cyriacus cum largo thesauro et smaragdo navi imposita necessariis in Babiloniam letus venit. Cumque ad puellam pervenisset, demon per os eius clamavit dicens: Fatigatus es Cyriace. Cui Cyriacus respondit: Non sum fatigatus sed ubique Dei auxilio gubernatus. Ait demon: Tamen ego ad quod volui te perduxi. Tunc Cyriacus dixit: Dominus imperat tibi Ihesus exi ut recedas. Et statim demon exiens dixit: O nomen terribile quod me compellit exire. Et sic statim puellam ad [illegible] rex et multi et alii mille baptizavit. Et cum multa munera sibi obtulissent recipere noluit, sed XLV diebus ibidem in pane et aqua ieiunans tandem Romam rediit. Post duos igitur menses Dioclecianus mortuus est. Cum Maximianus succedens et iratus de sorore sua Arthemia Cyriacum apprehendit et nudum cathenis ligatum ante currum suum trahi iussit. Iste Maximianus dictus est Galerius pro tanto quod dicta filia Diocleciani Arthemia sibi successisse et omnes filiam habuit in uxorem que Valeria imperata [illegible]. Deinde iussit Carpasio vicario ut ipsum cum sociis sacrificare compelleret aut diversis suppliciis occideret. Et cum picem super caput eius liquasset et in eculeo suspendisset fecit Cyriacum

Cum omnis postquam me [illegible] lica anno domini ccc [illegible] autem cum domum sancti Cyriaci invasisset et ad derisionem christianorum in loco ubi Cyriacus baptizabat se balnearet et epularetur cum .x. et .ix. sodalibus celebraret subito omnes mortui sunt et exinde clauso balneo gentiles christianos timere et venerari ceperunt

Laurencius dicitur quasi lauream tenens que est corona de lauro facta. Enim olim de eius ramis victores coronabantur. Hec autem arbor est victorie ostensiva amena viriditate odore grata et efficacia virtuosa. Beatus igitur Laurencius dicitur a lauro quia victoriam obtinuit in sua passione unde et Decius dixit puto quod iam victi sumus. Viriditatem habuit in cordis mundicia et puritate unde dixit mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt. Odorem per memorie perpetuitatem unde dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. Unde beatus Maximus ait quomodo non interitura manebit iusticia quam et sancto implevit opere et glorioso martirio consecravit. Efficaciam per virtuosam predicacionem per quam Lucillum Ypolitum et Romanum convertit. Hec autem arboris efficacia est quod calculum frangit surditati subvenit fulmine non percutitur. Sic Laurencius frangit cor durum spirituale reddit auditum protegit a fulmine reprobacionis

Laurencius martir et levita genere Hispanus a beato Sixto Romam adductus est. Nam sicut dicit magister Johannes Beleth cum igitur beatus Sixtus in Hispaniam [illegible] esset profectus duos iuvenes ibidem repperit scilicet Laurencium et Vincencium eius cognatum morum honestate compositos et ~~actu~~ decore acceptos preclaros ipsosque secum Romam adduxit quorum alter scilicet Laurencius secum Rome mansit. Vincencius vero eius cognatus glorioso martirio vitam finivit. Obviat autem passionem Johannes Beleth. Impugnat tempus martirii utriusque quia Laurencius sub Decio, Vincencius autem in iuvenili etate sub Dyocleciano et Daciano passus est. Sed inter Decium et Dyoclecianum fluxerunt anni circiter pl. et imperatores septem medii fuerunt ut sic beatus Vincencius non potuit iuvenis extitisse. Beatus autem Sixtus Laurencium suum archidiaconum ordinavit. Eo tempore Philippus imperator et filius eius nomine Philippus fidem Christi receperunt et christiani effecti ecclesiam sublimare plurimum intendebant. Iste Philippus primus imperator fuit qui fidem Christi suscepit ~~en~~ quem Origenes ut dicitur ad fidem Christi convertit licet alibi legatur quod beatus Poncius eum convertit. Regnavit autem millesimo anno ab urbe condita ut millesimus Rome annus Christo potius quam idolis dicaretur. Qui quidem annus millesimus a Romanis cum ingenti ludorum apparatu celebratus et spectatular. Erat autem imperatori Philippo miles quidam nomine Decius in armis bellicis industris plurimum et famosus. Eo autem tempore cum Gallia rebellasset Romano imperio imperator illuc Decium misit ut rebellantem Galliam Romano imperio subiugaret. Missus Decius prospere cuncta gerit et ad libitum patrata victoria rediit. Audiens imperator cum alacri Romam visitari voluit ut Decium honore a Roma usque ad Veronam obviam processit. Sed quia mali quanto magis honorantur tanto magis per superbiam intumescunt, Decius in superbiam elatus cepit ambire et de morte sui domini pertractare. Dum igitur imperator in strato suo sub papilione quiesceret Decius papilionem latenter introivit et dominum dormientem iugulavit. Exercitum autem qui cum imperatore venerat ad se precibus et pretio ac promissis attraxit et ad urbem regiam gradu concito properavit. Audiens hoc Philippus iunior vehementer expavit et totum thesaurum patris et suum ut ait Sicardus in cronica [illegible] archidiacono commisit ut si ipsum a Decio interfici contingeret thesaurum ipsum ecclesie et pauperibus erogarent nec te moveat quod thesaurum quem Laurentius ~~diss~~ dissipavit non dicitur imperatoris sed ecclesie quia potuit esse quod cum ipsis thesaurum imperatoris aliquem etiam thesaurum ecclesie dissipavit vel forte ideo dicitur thesauri ecclesie quia Philippus reliquerat eos ecclesie pauperibus dissipandos licet dubium existat [illegible] verum Sixto [illegible] fuit sic infra dicitur postquam Philippus aufugit et se a facie Decii occultavit Senatus igitur obviam Decio processit et ipsum in imperio confirmavit Tunc Decius ne proditorie sed zelo ydolatrie dominum suum occidisse videretur christianos cepit crudelissime persequi precipiens eos sine ulla intermissione trucidari In hac persecutione multa milia martirum corruerunt inter quos et Philippus minor martirio coronatur Post hec Decius de thesauro domini inquisitionem faciens oblatus est ei beatus Sixtus tamquam qui Christum coleret et imperatoris thesauros haberet Tunc Decius ipsum in carcerem misit ut eum ibi donec per illata tormenta et Christum negaret et thesauros proderet Beatus igitur Laurentius ipsum sequens post eum clamabat Quo progrederis sine filio pater quo sacerdos sancte sine ministro properas tu numquam sine ministro sacrificium offerre consueveras quid in me displicuit paternitati tue numquid degenerem me probasti experire certe ydoneum et verum ydoneum ministrum elegeris cui commisisti dominici corporis et sanguinis dispensationem Cui beatus Sixtus dixit Non ego te desero fili neque derelinquo sed maiora tibi pro fide Christi debentur certamina nos quasi senes levioris pugne recepimus te autem quasi iuvenem manet gloriosior de tiranno triumphus post triduum me sequeris sacerdotem levita Dedit quoque ei omnes thesauros ecclesie precipiens ut pauperibus et ecclesiis erogaret Beatus autem Laurentius christianos die ac nocte diligenter quesivit et unicuique prout opus erat ministravit Venit quoque ad domum cuiusdam vidue que multos christianos in domo sua absconderat quam longus dolor capitis detinebat Beatus autem Laurentius per impositionem manus eam a dolore curavit et pauperum pedes lavans elemosinas dedit Eadem nocte in domum cuiusdam christiani veniens quendam cecum ibidem repperit et facto signo crucis eum illuminavit Cum autem beatus Sixtus Decio nollet consentire nec ydolis immolare ipsum ad decollandum duci precepit Accurrens autem beatus Laurentius post ipsum clamavit Noli me derelinquere pater sancte quia thesauros tuos iam expendi quos tradidisti michi Tunc milites audientes thesauros Laurentium tenuerunt et Parthenio tribuno tradiderunt Ipse autem Decio eum presentavit Cui Decius Cesar ait Ubi sunt thesauri ecclesie quos apud te cognovimus esse absconditos Cui cum ille non responderet tradidit eum Valeriano prefecto ut aut thesauros proderet aut sacrificaret ydolis aut eum diversis faceret interire suppliciis et tormentis Valerianus autem cuidam prefecto nomine Ypolito eum tradidit qui illum cum multis aliis in carcere reclusit Erat ibi in [illegible] custodia quidam gentilis nomine Lucillus qui plorando lumen oculorum amiserat Cui cum beatus Laurentius lumen se restituere promitteret si in Christum crederet et baptisma susciperet ille se baptisari instantius postulavit Accipiens ergo aquam Laurentius dixit ei omnia in confessione lavantur Cumque ipsum de articulis fidei diligenter interrogasset et ille se omnia credere confessus fuisset aquam super eius caput effudit et ipsum in Christi nomine baptisavit Statimque qui cecus fuerat lumen accepit Ex hoc multi ad eum ceci veniebant et ab eo illuminati recedebant Hec videns Ypolitus dixit Ostende michi thesauros Cui Laurentius O Ypolite si in dominum Ihesum Christum credideris et thesauros tibi ostendam et vitam eternam promitto Cui Ypolitus Si dictis facta compensas faciam quod hortaris Eadem hora Ypolitus credidit et sacrum baptisma cum familia sua suscepit Baptisatus autem ait Vidi animas innocentum letas gaudentes Post hec mandavit Valerianus ad Ypolitum ut Laurentium presentaret Cui Laurentius Ambulemus ambo quia et tibi gloria preparatur [illegible] item inquisito de ecclesie thesauris fit lau autem a tribuno inducias petiit quas valeriano concedente sub ypoliti policitatione concessit in hoc triduo lau pauperes claudos et cecos collegit et eos in pallacio salustiniano coram decio presentat dicens Ecce isti sunt thesauri eterni qui nunquam minuuntur sed crescunt qui in singulis dispergunt et in omnibus inveniunt Horum autem manus thesauros deportaverunt in celum Tunc valerianus presente decio dixit quid variaris per multa iam nunc sacrifica et magicam artem depone Cui lau quis debet adorari qui factus est an qui fecit iratus decius iussit eum scorpionibus cedi et omne genus tormentorum ante eum afferri quem dum sacrificare iuberet ut hec tormenta evaderet respondit infelix has epulas ego semper optavi Cui decius si epule iste sunt tibi similes pande prophanos ut tecum pariter epulentur Cui lau iam celo nomina sua dederunt et ideo eorum aspectibus non es dignus Tunc iubente decio nudus fustibus ceditur et ardentes lamine ad latera apponuntur dixit lau domine ihesu xpe deus de deo miserere michi servo tuo quia accusatus non negavi te interrogatus te dominum confessus sum dixit que ei decius ego scio quia per magicam artem tormenta deludis me tamen deludere non valebis testor deos deasque nisi sacrificaveris diversis suppliciis peribis Tunc iussit eum plumbatis durissime cedi laurentius autem oravit dicens domine ihesu xpe accipe spiritum meum Tunc audiente decio vox de celo insonuit adhuc multa tibi certamina debentur Tunc decius furore repletus dixit viri Romani audistis demones istum ~~sacrileg~~ sacrilegum confortantes seu consolantes qui nec deos colit nec tormenta metuit nec iratos principes expavescit iussit quod eum iterum scorpionibus cedi Ridens autem laurentius deo gratias egit et pro astantibus oravit Eadem hora miles quidam nomine Romanus

[illegible] Video autem te iuvenem pulcherrimum stantem et membra tua cum linteo extergentem Adiuro ego te per deum ne me derelinquas sed festina me baptizare dixit quod decius valeriano puto quia per artem magicam victi sumus iussit quod eum de catasto solvi et in custodia ypoliti recludi Romanus autem afferens urceum cum aqua misit se ad pedes eius et sacrum ab eo baptisma suscepit quod ut decius comperit Romanum fustibus cedi primo iussit qui cum libere se xpianum confiteretur iussu decii decollatus est Eadem nocte lau ad decium deducitur cum autem ypolitus ploraret et se xpianum esse clamare vellet dixit quod ad eum lau immo interiori homine xpm absconde et dum clamavero audi et veni Omni igitur genere tormentorum coram decio afferuntur dixit laurentio decius Cesar aut diis sacrificabis aut nox in te ista cum suppliciis expendetur Cui lau quia mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt dixit quod decius afferatur lectus ferreus ut requiescat in eo contumax lau ministri ergo eum exspoliaverunt et super craticulam ferream extenderunt et prunas supposuerunt et cum furcis ferreis compresserunt dixit quod valeriano lau disce miser quia carbones tui michi refrigerium prestant tibi autem eternum supplicium parant Quia ipse dominus novit quod accusatus non negavi non sentio interrogatus xpm confessus sum assatus gratias ago dixit quod ilari vultu ad decium Ecce miser assasti unam partem gira aliam et manduca et gratias agens dixit Gratias ago tibi domine quia ianuas tuas ingredi merui et spiritum emisit Confusus decius cum valerio ambulavit in pallacium ~~amb~~ Tiberii relicto sic toto super ignem quod ypolitus mane rapuit et cum iustino presbitero in agro verano conditum aromatibus sepellierunt Cristiani igitur ieiunantes triduo vigilias celebraverunt mugitus dantes et lacrimas effundentes verum autem hoc verum sit quod

Laurentio sub Decio martirium a passum a pluribus dubitatur. Cum multo tempore longe fuisse post Decium credatur. Eutropius autem asserit quod dictus Decius persecucionem movens in christianos inter ceteros beatissimum levitam et martirem Laurentium peremit. In quadam autem cronica satis autentica legitur quod non sub Decio imperatore qui Philippo successit, sed sub quodam Decio minore qui cesar non imperator extitit martirium passus fuit. Nam inter Decium imperatorem et hunc Decium minorem sub quo Laurentius passus dicitur plures imperatores et summi pontifices intermedii extiterunt. Item ut ibidem dicitur cum Decio imperatori Gallus et Volusianus eius filius in imperiis successissent et post eos Vallerianus cum Gallieno eius filio tenuerunt, dicti quidem Gallienus et Valerianus Decium minorem cesarem non tamen imperatorem fecerunt. Nam antiquitus cum aliqui ab imperatoribus fiebant cesares non tamen augusti vel imperatores sic legitur in cronicis quod Dyoclecianus Maximianum cesarem fecit postmodum ex cesare augustum creavit. Tempore autem horum imperatorum scilicet Valeriani Galieni Sixtus Romana sedem tenebat. Licet igitur Decius cesar appellatus sit non tamen imperator factus, tamen martirem Laurentium fecit torqueri. Unde in legenda beati Decii non vocatur Decius imperator sed Decius cesar. Decius autem imperator duobus annis regnavit et beatum Fabianum martirem fecit. Fabiano autem successit Cornelius in papatu qui sub Volusiano et Gallo passus est. Cornelio Lucius successit, Lucio Stephanus, qui sub Valleriano et Gallieno qui annis XV imperavit passus est. Stephano autem successit Sixtus. Cronice tamen Eusebii et Bede et Ysidori in hoc concordant quod Sixtus papa non fuit tempore Decii imperatoris sed Gallieni. Legitur tamen in quadam alia cronica quod predictus Gallienus fuit binomius dictus est enim Gallienus et Decius et sub ipso passi sunt Sixtus et Laurentius anno domini CC.L.VI. Vel forsitan quod in libro qui de paretton id est associatus scilicet Gallienus vocatus est alio nomine Decius et quod sub eo passi sunt Sixtus et Laurentius et sic ex pera sunt. Tamen rescito prius Beleth vel posset et refert Gregorius in libro dialogorum quod quedam sanctimonialis fuit que carnis continenciam quidem habuit sed lingue protervitatem non declinavit. Que cum in ecclesia sancti Laurentii fuisset sepulta ante altare martiris a demonibus concissa una pars illesa permansit ante altare alia cremata ita ut mane adustio appareret. Gregorius Turonensis autem quod cum quidam sacerdos ecclesiam beati Laurencii repararet et trabs una minor brevis esset rogavit beatum Laurentium ut qui pauperes foverat ut sic in opere subveniret. Que subito sic excrevit ut ex ea non modica abundancia quam presbyter sacerdos minutatim incidit et multas infirmitates sanabat. Idem testatur beatus Fortunatus factum esse apud Brioratum castellum Italie quo dum dolore dencium premeretur de illo ligno tangitur et protinus dolor sedatur. Quidam alius presbyter nomine Sanctulus ut refert Gregorius in dialogo loquens de ecclesia a Longobardis incensa reparare volens artifices conduxit. Cumque autem prandium quod apponeret eis non haberet premissa oracione in clibanum respexit et candidissimum panem vidit sed cum vix trium prandiorum esu tribus personis sufficere videbatur. Laurentius artifices suos videns deficere sic predictum panem multiplicavit quod in alimentum decem dierum operariis cunctis sufficeret. In ecclesia sancti Laurentii apud Mediolanum ut refert Vincencius in sua cronica calix erat quidam cristallinus mire pulcritudinis habebatur qui dum in quadam sollempnitate ad altare a dyacono portaretur lapsus de manibus in terram cecidit et fractus comminutus fuit. Ac diaconus merens fragmenta colegit et super altare ponens beatum Laurentium exoravit et fractum calicem integrum et solidatum recepit. Legitur quoque in libro de miraculis beate virginis quod quidam iudex Stephanus nomine Rome erat munera libenter accipiens iudicia pervertebat. Hic tres domos sancti Laurentii ecclesie et unum ortum sancte Agnetis violenter abstulit et ablata iniuste possedit. Accidit autem ut moreretur et ante iudicium dei duceretur. Quem sanctus Laurentius cernens ad ipsum cum magna indignacione accessit et ter eius brachium durissime strinxit et dolore nimio cruciavit. Sancta autem Agnes cum aliis virginibus in eum respicere noluit sed faciem suam ab eo avertit. Tunc super ipsum sentenciam ferens dixit: quia aliena subtraxit et munera accipiens veritatem vendidit, inde proditoris consortio tradatur. Sanctus vero Proiectus quem idem Stephanus in vita sua diligebat rogans ad sanctum Laurentium et beatam Agnetem accedens pro eo veniam postulavit. Illis vero et beata virgine pro eo orantibus concessum est ei ut eius anima ad corpus rediret et ibidem triginta diebus penitenciam ageret. Accepit insuper a beata virgine in mandatis ut psalmum Beati immaculati singulis diebus vite sue diceret. Cumque ad corpus suum redisset brachium eius ita erat lividum et adustum ac si in corpore esset passus, quod signum in eo extitit quamdiu vixit. Opere igitur die tricesimo migravit ad dominum. Legitur in vita Enrici imperatoris quod dum ipse et Cunegundis uxor eius virgines insimul permanerent, diabolo instigante de quodam milite reginam suspectam habuit. Super candentes vomeres spacio XV pedum nudis pedibus eam incedere fecit. Que ascendens dixit: Sicut me ab Enrico et omnibus intactam nosti, ita me Christe adiuva. Enricus vero ductus verecundia eam Nota

in maxillam percussit. Cui vox de celo: Virgo Maria te virginem liberabit. Totam ergo candentem illesa percurrit. Cum ergo Cesar obiisset, maxima multitudo demonum ante cellam cuiusdam heremite transibat, qui aperta fenestra interrogavit ultimum quinam essent, et ille: Legio demonum sumus qui ad mortem Cesaris properamus si forte quid de eo reperire possimus. Adiuravit autem ut ad se rediret. Qui rediens dixit: Nichil profecimus quia dum sua opera supposito et alia bona et mala in statera fuissent posita, tunc adustus ille Laurentius auream ollam immensi ponderis attulit, ut dum superasse videbantur illa, iactata post alia statere plus inponderavit. Tunc ergo ego iratus unam auriculam olle confregi. Ollam calicem vocabat quem dictus Cesar ecclesie Eystetensi ad honorem sancti Laurentii fieri fecerat, quem in tali devocione habuerat. Qui propter magnitudinem duas aures habuit. Repertum quoque est et imperatorem tunc obiisse et unam aurem calicis fractam esse. Refert Gregorius in registro quod dum predecessor suus quidam ad corpus sancti Laurentii meliorare cuperet et ubi nam corpus eius esset ignoraret, subito corpus eius ignoranti aperitur. Omnes quoque qui presentes erant tam monachi quam mansionarii qui corpus eius viderunt infra decem dies mortui sunt. Notandum quod passio sancti Laurentii inter ceterorum passiones martirum excellentissima esse videtur in quatuor, sicut ex dictis sancti Maximi episcopi et beati Augustini colligitur. Primo in passionis acerbitate, secundo in effectu sive utilitate, tercio in constancia sive fortitudine, quarto in mirabili pugna et modo victorie. Primo igitur excellentissima fuit in pene acerbitate. De cuius pene acerbitate sic dicit Maximus episcopus vel, ut quidam dicunt, Ambrosius: Non simplici passione beatus Laurentius extinguitur. Qui gladio perimitur semel moritur. Iam qui in flammam demissus mergitur

pueris imperio [illegible] sic ante
longe et multipliciter pena dilatum
ut mors ei non deesset ad supplicia
ut et deesset ad finem. Denique illi tres
pueri ad(?) in penam deambulasse
inter flammis et igneos globos
ledentes gentilitate. Unde et beatus
Laurencius non mori gratia perferendo dicitur
illi in penam suarum flammis ambu-
labant. Hic in ipso supplicii igne
distulit illi vestigiis pedum, iste
laterum suorum diffusione restrinxit.
Illi stantes in igne elevatis ma-
nibus orabant ad dominum, iste prostra-
tus in sua pena toto corde dominum de-
precabatur. Et nota quod beatus Lau-
rencius beatum Stephanum inter totos mar-
tires primatum tenere dicitur non quia
maiorem penam sustinuerit quam ceteri
martires cum nullus tantam penam et
aliquem ceterum maiorem sustinuisse
legimus. Sed sic dicitur propter sex pas-
sionis causas insimul concurrentes.
Primo propter passionis locum quia
Rome que est caput mundi et
ubi est sedes apostolica passus est.
Secundo propter predicatoris officium quia
officium predicatoris diligenter implevit.
Tercio propter laudabilem dispensationem the-
saurorum quos omnes sapienter dis-
persit pauperibus [illegible]
[illegible]
[illegible] propter autenticum et approba-
tum eius martirium quia etsi de
aliquibus maiora tormenta legan-
tur tamen hec autentica non sunt et
aliqua in dubium veniunt. Huius autem
passionem ecclesia valde celebriter et sollempniter
et approbata. Unde multi sancti omnes pas-
sionem in suis sermonibus approbant et
confirmant. Quinto propter dignitatis ex-
cellentiam, fuit archidiaconus sedis apostolice
post quem ut aiunt in Romana se-
de archidiaconus non surrexit. Sexto propter im-
manitatem tormentorum quia gravissima
tormenta pertulit. Nam qui super
cratem ferream assatus fuit. Unde
de ipso dicit beatus Augustinus: laceratos
artus et multa [illegible] secantes
[illegible] subito [illegible] igne torreri
ut per cratem ferream que iam [illegible]
[illegible] vim [illegible]
[illegible] altera imitatione meliorum

[illegible] sit vehementior et [illegible]
probatior. Secundo fuit [illegible]
in effectu sive utilitate [illegible]
pena [illegible] gloriosissima
sollempnem opinionem et famam laudabi-
lem et imitabilem insignem reddit. Primo
igitur glorificatio sollempnem. Unde dicit
Augustinus: Sensisti persecutor in martirem
consensisti et auxisti palmam dum aggeres
penam. Numquam non ad victoriam gloriam
ingenium tuum respexit cum in honorem
[illegible] incompsit [illegible] instrumenta
supplicii. Item maximus vel [illegible]
dam libro Ambrosius quinimmo in fa-
villa inebriata salvavit(?) cum fidei
fortitudo non solvitur corporis detrimen-
tum sustinuit sed lucem salutis acquisi-
vit. Unde vere beatum corpus quod non
[illegible] de Christi tormentum [illegible]
sed ad [illegible] secta religionis coro-
navit. Secundo in opinione vel fa-
ma celebrem. Unde Maximus vel
secundum quosdam Ambrosius: Beatum marti-
rem Laurencium grano sinapis possumus
comparare quia dum ab actibus passi-
onibus toti orbi gracia sua meru-
it flagrare misterii [illegible]
constitutus in corpore erat communiter
ignotus et vilis postquam [illegible]
laceratus expositus per totum mundum
[illegible] odorem sue nobilitatis
infudit. Idem sanctus est ac [illegible]
[illegible] ut natale sancti Laurencii
pia veneratione venerent. Primo
ardentibus flammis [illegible] in quo
[illegible] toto orbe Christi [illegible]
[illegible]. Item tanta cum maiori
gloria [illegible] ut passi-
one sua mundum illuminaret [illegible]
[illegible] quare autem sit laudabilis et
cum devotione suscipiendus osten-
dit Augustinus [illegible] sic dicens:
Beatum virum Laurencium tota devotione
debemus suscipere. Primo quia [illegible]
sanguinem suum propter dominum tradidit.
Deinde quia eius progratiam apud
dominum nostrum non minimam contulit
ostendens qualis debeat Christi-
anorum fides esse de cuius confessione
[illegible] martires meruerit. Ter-
cio quia tanta sancte conversationis fuit ut
coronam martirii que palas per
[illegible] perveniret. Quarto fecit enim

imitacione insignis Augustinus licet
tocius causa passionis mortis est
addictus vir sanctus ut sui similes ce-
teros ortaretur In rebus autem se
nobilis mirabiliter complevit primo
in adversorum forti passione Au-
gustinus ad eandem dei preconium
nulla est utilior forma quam mar-
tirum eloquencia facilis ad exorta-
cionem sit satis efficax ad suaden-
dum validiora tamen sunt exem-
pla quam verba et plenius est opere do-
cere quam voce in quo excellen-
tissime genere doctrine beatus mar-
tir laurencius eminencia gloriosa polle-
bat dignitate etiam persecutores
ipsius sentire potuit quam illa
mirabilis animi fortitudo non
solum non cederet sed et alios exem-
plo sue tollerancie roboraret
Secundo in fidei magnitudine ut in-
nore dicit Maximus vel secundum quos-
dam Ambrosius dum de fide sua
persecutoris flammas vincit ostendit
nobis per ignem fidei gehenne in-
cendia superari et amore diem
iudicii non timere Tercio in arden-
ti amore Ambrosius illuminavit
per orbem laurencius eo lumine
quo ipse succensus est et flammas
quas ipse pertulit domini ex flamma
in corda talem fecit de hiis
tercio etc sic dicit Maximus vel secundum
quosdam Ambrosius beati laurencii ergo
proposuit ad martirium incedere
ad fidem inralescimus ad devocionem
Quarto fuit excellentissima constancia sive
fortitudine Idem Augustinus beatus lau-
rencius mansit in Christo usque ad temptacionem
usque ad interrogacionem tirannicam
usque ad comminacionem acerrimam et
usque ad peremcionem in qua longa
morte cum sub comederet et sub
biberet tamquam illa esca saginatus
et illo calice ebrius tormen-
ta non sensit non cessit et in re-
gnum successit adeo autem fuit con-
stans et firmus quod non solum tormen-
tis non cederet ipsius
sed Maximus fortior est et fortior
et iocundior in amore de primo
sic dicit extenditur super flammarum
ignitos globos et sepius versatur

ad latera
patitur tanto amplius domini pre-
mes dit caritatis ad secundum sic dicit
Ambrosius Quanto magis acrius acce-
ditur laurencius eo patitur et inflam-
matur Tercio novo admiracionis genere
alii illum torquent et alii sevien-
tes tormenta prestant devociorem
laurencium salvatori supplicia et acri-
ora fecerunt Sed quid ad eum
sic dicit Quarto omnis mutata fide
per magistrum ne gravaret ut deprecio
corporis ipsius cruciatibus in sevissimis
tortus suo triumphans letus assu-
det Christo sunt excellentissima in
mirabili pugna et modo victorie
beatus namque laurencius sic ex verbis
Maximi et Augustini colligitur quinque
ignes extinxit quos quidam non sunt
quos tamen fortiter superavit et extinxit
primus fuit ignis gehenne secundus materia-
lis flamme tercius ardor carnalis con-
cupiscencie quartus avaricie quintus
furentis insanie de extinccione primi
ignis scilicet gehenne sic dicit Maxi-
mus numquam cedere potuit potuit mo-
mentaneo corporis extincionem cuius fides
eternum gehenne extinguebat arde-
rem Item tulit per ignem momentane-
um ardorem eternum et flammam gehen-
ne pectus evasit convertens De
extinccione secundi ignis scilicet materialis
flamme sic dicit Maximus vel Am-
brosius corporali labore in medio
sed divinus ardor materialem restinxit
ardorem Item quamvis rex incendiis
ber lingua furiens inmedia incen-
dia reposuerat tamen beatus laurencius
flammas fidei calore non sensit Item
Augustinus superari caritatis flamma non
potuit et segnior fuit ignis qui
vessit foris quam qui intus accendit
De extinccione tercii scilicet ardoris carnalis
concupiscencie sic dicit Maximus
ecce beatus laurencius tulit quo ardo-
rem adversus inimicus nimium sed illum
tamen refulsit arsit ne ardeat et
ne adureretur adustus est De extinccione
quarti ignis scilicet avaricie que valet
avaricia illorum qui thesauros accipi
cupiunt exarsit et frustrata est

[illegible] [illegible] [illegible] gemina [illegible] persecutoris cupiditas et virtutis [illegible] avaricia ut rapiat aurum invenit ne auferat christum nichil continens nil proficit. Romana crudelitas [illegible] fuit tibi insanientis tyrannis machina astucijs mortalis et laurencio in celum habeunte tu desistis flammis tuis de extinctione gentilis ignis sed fervencius insanie qualiter valet insania persecucionum frustrata est et annichilata sic dicit Maximus superatis flammarum incendijs omnia media resolvit et ad hunc usque diabolica proficit intencio et ut vir fidelis ~~hab~~ addi dictum suum gloriosius ostendet et crudelitatis persecucionum cum suis ignibus consistat quod etiam omnis persecucionum insania ignis fervor ostendit cum ait furor gentilis accensus craticulam parat ignitam ut igni indignacionis flammas ignibus vindicaret. Notandum etiam quod hos quidem ignes extinctus superavit qui ut ex verbis predictis Maximi habetur eum refrigeria mitigavit et tres ignes in corde gestavit per que omnem ignem exteriorem mitigavit ut maioris ardoris incendio superavit. Primum namque refrigerium fuit desiderium celestis patrie, secundum meditatio legis divine, tercium puritas consciencie per que exemplo refrigerium omnem exteriorem ignem extinctum fecit et frigidum reddidit. De primo refrigerio quod est desiderium celestis glorie sic dicit Ambrosius: Non enim beatus laurencius ignium tormenta visceribus sentire poterat qui fomentis sensibus paradisi refrigerium possidebat. Iacebat licet ante persecutorem tyranni exusta caro corpus exanime nichil detrimenti patitur in terris cuius anima demorabatur in celis. De secundo refrigerio quod est meditatio legis divine sic dicit Ambrosius ~~dum enim beatus lau~~ ~~ignium tormenta di~~ precepta christi cogitat precepta frigidum est illi omne quod sentit. De tercio refrigerio quod est puritas consciencie sic ait Ambrosius ardet pectore toto visceribus beatissimus martir et pre[illegible] si regnum christi contractans refrigerio consciencie victor exultat. Habuit nichilominus ut idem Maximus ostendet tres ignes interiores per quos omnes ignes exteriores maiori incendio superavit. Primus igitur fuit fidei magnitudo, secundus ardens dilectio, tercius vera dei cognitio que ipsum tamquam ignis irradiat. De primo igne sic ait Ambrosius: In quantum in illo fidei ardor fervebat in tantum suppliciis flamma frigescit. Ipse salvatoris ignem fidei fervens legimus in evangelio: Veni ignem mittere in terram. Hoc igitur igne beatus laurencius accensus flammarum non sensit incendium. De secundo igne sic dicit Ambrosius: Ardebat exterius martir laurencius tyranni sentencijs incendijs sed maior illum intrinsecus christi amoris flamma torrebat. De tercio sic dicit: Fortissimum martirem sevissima persecutoris flamma non potuit superare quia longe ardencioribus veritatis radijs dum nimirum omnis accensa fiebat. Ideo iste fide et amore veritatis accensus opposita sibi extinctus flamma aut non sensit aut non vicit. Habet autem laurencius inter ceteros martires que privilegia tantum habuit. Solus autem inter ceteros martires habet privilegia scilicet vigilias sed per multas in ieiunia commutatas hodie in ieiunia commutata sunt. Nam fuit olim ut refert Iohannes Beleth ut in festivitatibus sanctorum homines cum uxoribus et filiabus ad ecclesiam venire non negligerent et ibi cum luminaribus pernoctarent. Sed quia multa adulteria in hijs vigilijs fiebant statutum fuit ut vigilie in ieiunia converterentur. Nomen tamen antiquum retentum est quod non ieiunia sed vigilie adhuc appellatur. Secundum est de gesta: ipse namque solus cum Stephano hoc obtinuit in martiribus sicut Martinus in confessoribus. Tertium est in privilegiis antiquis quod solus ipse et [illegible] habet sed Paulus ipse et celebritatem predicationis iste ipse celebritatem passionis.

Ypolitus dicitur ab yper quod est supra et litos quod est lapis quasi supra lapidem, vel ab in et polis civitas vel ypo politus quasi plene politus. Fuit enim super lapidem Christum scilicet fundatus per constantiam et firmitatem, fuit in civitate superna per desiderium et aviditatem, et fuit bene politus per tormentorum acerbitatem.

Ypolitus postquam corpus beati Laurentii sepelivit venit in domum suam et dans pacem servis suis et ancillis suis omnes in sacramento quod in altari susceperat communicavit, et apposita mensa priusquam cibum sumeret venientes milites eum rapuerunt et ad Caesarem duxerunt. Quem videns Decius Caesar subridens dixit ei: Numquid et tu effectus es magus qui corpus Laurentii abstulisti? Cui Ypolitus: Hoc feci non ut magus sed ut christianus. Tunc Decius furore repletus iussit ut habitu suo quo ut christianus utebatur expoliaretur et os eius lapidibus tunderetur. Cui Ypolitus: Non me spoliasti sed melius vestisti. Cui Decius: Quomodo insipiens es effectus quia in talia non erubescis? Nunc ergo sacrifica et vives ne cum tuo Laurentio pereas. Cui Ypolitus: Utinam exemplar beati Laurentii merear effici quem tu ore polluto ausus es nominare. Tunc Decius iussit eum fustibus cedi et pectinibus ferreis laniari. Ille autem christianum se voce clara confitebatur. Et cum tormenta singula derideret, vestem militarem qua ante utebatur ei restitui fecit, hortans ut amicitiam pristinam retineret. Cui cum Ypolitus diceret se Christo militare, Decius ira repletus eum Valeriano prefecto eum tradidit ut omnes facultates eius acciperet et diris tormentis eum afficeret et interficeret. Inventa quoque quod omnis familia christiana esset, adducti sunt omnes ante conspectum eius. Qui dum ad sacrificia cogerentur, Concordia nutrix Ypoliti pro omnibus respondit: Nos cum domino nostro magis volumus mori pudice quam vivere impudice. Cui Valerianus: Genus servorum nisi cum suppliciis non emendatur. Tunc presente Ypolito et gaudente iussit eam tamdiu plumbatis cedi quousque spiritum emisit. Dixit quoque Ypolitus: Gratias tibi ago domine quod ancillam meam ante conspectum meum premisisti. Deinde extra portam Tiburtinam Valerianus Ypolitum cum familia sua duxit. Sed Ypolitus ante omnes confortans dixit: Fratres nolite metuere quia ego et vos unum deum habemus. Iussit quoque Valerianus ut in conspectu Ypoliti omnibus capita amputarentur. Ypoliti vero pedes ad colla indomitorum equorum fecit ligari et per cardones et tribulos tamdiu trahi iussit donec spiritum exalavit circa annos domini CC.L.VI. Horum autem corpora Justinus presbyter rapuit et iuxta corpus sancti Laurentii sepelivit. Corpus autem Concordie sancte invenire non potuit quia fuit in cloacam proiectum. Miles autem quidam nomine Porphirius credens beatam Concordiam aurum vel gemmas in vestibus habere accessit ad quendam cloacarium nomine Hireneum qui erat occulte christianus et dixit ei: Secretum custodi et extrahe corpus Concordie de cloaca quia spero quod aurum vel gemmas in vestibus suis habeat. Cui ille: Ostende michi locum et secretum habeo et quod invenero indicabo. Cumque extractum fuisset et nichil inventum esset, miles protinus aufugit, et Hireneus vocato quodam christiano nomine Habundio corpus ad sanctum Justinum detulit. Quod ille devote suscipiens iuxta corpus beati Ypoliti et aliorum sepelivit. Quod Valerianus audiens Hireneum et Habundium tenuit et in cloacam ambos vivos necavit. Quorum

corpus ypoliti rapuit et cum aliis
sepelivit. Post hec Decius cum Va-
leriano ascendit in currum et per-
git inde ad amphitheatrum ut fa-
ceret christianos ardere. Igitur Decius
a demone clamabat: Ypolite ca-
thenis asperis vinctum me ducis.
Valerianus similiter exclamavit:
O laurenti cathenis igneis me
ligatum trahis. Et cadens Valeri-
anus expiravit. Decius autem domum
reversus triduo a demonio vexatus cla-
mabat: Adiuro te laurenti modicum
cessa a tormentis et sic mortuus est.
Uxor eius Triphonia [illegible]
hec videns dimissis omnibus ad sanctum
Iustinum cum filia sua Cirilla accessit
et ab eo cum multis aliis baptiza-
ri se fecit. Alia vero die cum oraret
Triphonia spiritum emisit cuius corpus Iu-
stinus presbiter iuxta corpus sancti Ypoli-
ti sepelivit. Audientes quadraginta
septem milites quod regina et eius
filia christiane facte sunt venerunt ad
uxoribus suis ad Iustinum presbiterum
ut baptisma susciperent quos omnes
sanctus Dionisius qui sancto Sixto successerat
baptisavit. Claudius autem
imperator Cirillam ad sacrificare nol-
lentem iugulari fecit et ceteros milites
decollari quorum corpora in agro Ve-
rano cum ceteris Iustinus sepelivit.
Et advertendum est quod historia scolastica dic-
it quod ille Decius qui laurentium et
Ypolitum martirisavit successit Clau-
dius Claudius autem non successit De-
cio imperatori immo precessit. Sed
Cronica Volusinus Volusio Ga-
lienus Galieno Claudius. Oportet
ergo dici ut videtur quod ante Galienum
fuit [illegible] qui dictus est Galienus
et Decius sicut dicit Vincencius
in cronica sua. Aut quod Galienus
in sui exordio quendam nomine Decium
fecit cesarem non tamen imperatorem sic
dicit Sicardus in cronica. De hoc
martire sic dicit Ambrosius in prefa-
tione beatus hic martir Ypolitus
Christum vero ducem considerans miles
eius maluit quam dux militum
conversari. Beatum itaque laurentium sibi
custodire mancipatum non persecutus est
sed subsecutus hunc diu crudelis tor-
res distinctis invenit tormentis

non quod divitias cuperet sed quod
pietatis possideret invenire thesau-
rum vir vere petens premit
sanctorum [illegible] ut cum beatis
tui gaudia probaret. Meritis q-
di non refugit ne vocibus dere-
lictus est illis. Unde legitur quod quidam no-
mine Petrus cum in festo sancte Marie
Magdalene plaustrum misisset et
boves sequentes ipsos maledicens
protinus boves et aratrum a fulmine
consumuntur et ipse Petrus qui hoc
imprecatus fuerat supplicio atro-
ciali torquetur ita ignis eum cor-
ripuit adeo quod carnibus et nervis
tibiis et cruribus consumptis ossa
patuit et ipsa tandem tibia a suo
compagine penitus solvebatur. Tunc
ille ad quandam ecclesiam beate virginis
accedens ipsam in quodam foramine
eiusdem ecclesie abscondit et beatam virginem
lacrimis et precibus pro liberatione exora-
vit et ecce nocte quadam beata virgo
cum sancto Ypolito ei in visione apparuit
et eidem Ypolito ut patrem sanitati
pristine restitueret imperavit. Statim
quod sanctus Ypolitus tibiam de foramine ac-
cipiens loco suo quasi surculum ar-
bori in momento inseruit. Pro qua
insertione tantos dolores sensit ut
nimiis clamoribus totam familiam
excitaret qui surgentes et lumen
accendentes Petrum duo crura et
duas tibias habere conspiciunt. Sed se
esse deludi putantes iterum et iterum
tractabant et vera membra ipsum ha-
bere conspiciunt qui vix eum excitan-
tes unde hec sibi acciderit sciscita-
ntur. Sed ille eos illudere existimans
tandem victus rem vidit et obstu-
puit sed tamen tibia minor quam reli-
qua ad sustentationem corporis non pote-
rat equari vix ad prolixitatem nimi-
um per annum claudicavit et tunc ip-
sa virgo apparens cum Ypolito dix-
it ut quod inceperat consummaret. Con-
plevit. Evigilans igitur et se
sanatum penitus inveniens recl-
usum introivit. Cum diabolus ipse
inde similem frequentissime appa-
rebat et inde a se [illegible]
quia ille fortius resistebat tanto
ei ille impugnandus [illegible]
Cum ergo plurimum ab illa vexa-

vocaretur. Tandem ille stolam sacerdotalem arripiens collum eius cinxit et more diabolo abscedente cadaver ibidem prostratum remansit. Tantumque fetorem inde exhalabat ut nullus qui hoc vidit ambigeret quin corpus alicuius mulieris fuisset quod dyabolus assumpsisset.

Quadraginta duobus annis preclara virgo Clara in stadio cucurrerat altissime paupertatis et ecce ad bravium superne vocationis precedente languore appropinquabat. Crescentibus autem infirmitatibus ut appropinquaret ad exitum nullo corpore et septem diebus alimento non suscepto tantaque confortatio est mirabilis in illis fuit diebus fortitudine a domino roborata ut omnes ad se venientes in Christi servicio confortaret egrediendi. Tandem de corpore tempore proximante iam Christo etiam omnipotenti domino famula tua sic alacriter fiducialiter allocuta est: vade secura quia bonum habes conductorem. Tunc una de sororibus sciscitata cui sic loqueretur et quid etiam sic attente respiceret respondit: animam meam benedictam presentem a domino alloquor et iam regem angelorum et dominam preclara visione contemplor. Virgo enim contemplans et ecce quasi media nocte Christi in vestibus albis turba ingreditur virginalis aureas coronas suis capitibus deferentes comitabatur elegantiorem ceterarum virginem cuius corona tanti splendoris gloria refulgebat ut noctem iam in diei lucem converteret. Illa quam virginem ipsam fore matrem domini dubitaret. Accedens igitur mater domini cum sacro illo virginum cetu et procedens ad lectum in quo sponsa filii decumbebat et amantissime se super eam inclinans amplexum sanctissimum prestans. Preterea ipsis a virginibus mire pulcritudinis pallium quo virginis Clare corpus honorifice tegeret sic diffinitio modestia se recepit. Circumstantibus autem matris cubiculum filie quam etiam de et genibus iubet lacrimas copiose effusas profuse. Inter quas Agnes virgo deo devota ipsius quoque germana germana que est omnis perfectionis virtute socia lacrimosis flagitat precibus singultibus ne se relicta discederet. Quemadmodum se simul in hoc mundo mutant sic etiam simul ex hac vita migrantes celestem pariter introirent. Ipsa vero illari facie dulce multe tenus alloquens: nolite, inquit, flere, nolite turbari quia magnam consolationem facturus est deus vobis. Et tu mea soror carissima Agnes ne feras moleste quod nunc discedo quia sic placet altissimo et tu in proximo mecum desiderio perfrueris post modicum venies. Anno igitur domini M° CC° L iiij in crastino beati Laurentii die anima illa sanctissima omnibus laudanda perhenni de ergastulo carnis egreditur et astra petens in hiis dicitur diebus Agnes ad Agni nuptias evocata sororem Claram iuxta quod sibi ab eadem predicta revelacio fuerat precedit ad celestias delicias subsequitur tusunt ubi ambo iubilant sine fine. Desolatis ergo tot venerabilibus remanentibus filiabus protante matris excessu consolationem divinam mira pro miraculis ipsius superno fulgorem miraculis refulsit. Cepit enim preclarissima virgo Clara miraculorum corruscare prodigiis. Nam ad ipsius invocationem devotam demones eiciebantur ab obsessis corporibus et egritudines varie curabantur. Sed et claudis gressus, cecis visus, surdis auditus, mutis disertio reddebantur. Hoc igitur et huiusmodi similium operum fama crebrescente veneranda vita et adsimul prolata pontificum dominus scilicet Allexandrum qui et virginis sanctitatem personaliter experiencia tota cognoverat post inquisitionem legitime tantam et examinationem diligenter habitam quam in processu sua dominus de celo manifestavit ipsam descriptum sanctorum ac prelatorum in curia existencium concordi

et assumptio eius festo celebrando
ego deferendam

Assumptio beate virginis marie qualiter facta sit ex quodam libello apocrifo qui Johanni ascribitur ewangeliste edocetur. Apostolis namque per predicationis gratiam diversas mundi circumeuntibus regiones virgo beata in domo iuxta montem Syon posita dicitur remansisse omniaque loca filii sui scilicet locum baptismi ieiunii passionis sepulture resurrectionis et ascensionis quoad vixit sedula devotione visitavit. Et sicut ait Epiphanius xxiiii annis post ascensionem filii sui supervixit. Refert ergo quod beata virgo quando Christum concepit erat annorum xiiii, xv° ipsum peperit et mansit cum eo annis xxxiii et post mortem supervixit annis viginti quatuor et secundum hoc quando obiit fuit annorum lxxii. Sed probabilius creditur secundum quod alibi legitur quod duodecim annis filio supervixit et sic sexagenaria sit assumpta, cum apostoli totidem annis predicaverint in Judea et circa partes illas sicut ecclesiastica tradit historia. Die igitur quadam dum in filii desiderio cor virginis vehementer accenditur estuans animus commovetur et in multarum lacrimarum abundanciam concitatur. Cuius subtracti filii equanimiter non ferret recepta eius solatia deploret. Angelus cum multo lumine ei astitit et reverenter ut domini sui matrem salutavit. Ave inquit benedicta, suscipe benedictionem illius qui mandavit salutem Jacob. Ecce enim ramum de paradiso ad te domina retuli quem ante feretrum portari iubebis, tercia die etiam de corpore assumeris, nam filius tuus matrem reverendam expectat. Cui maria ait: Si inveni graciam in oculis tuis, obsecro ut nomen tuum michi revelare digneris. Sed peto instanter ut filii et fratres apostoli ad me congregentur ut eos antequam moriar carnalibus oculis videam et ab eis sepeliar et ipsis presentibus spiritum deo reddam. Hoc iterum peto ut anima mea de corpore exiens nullum teterrimum spiritum videat nullaque michi sathane potestas occurrat. Cui angelus: Cur desideras nomen meum scire quod admirabile est et magnum? Ecce apostoli omnes ad te congregabuntur hodie qui solempnes tibi exequias funeris et in quorum conspectu spiritum exhalabis. Nam qui quondam prophetam de Judea in Babiloniam adduxit dubio procul ad te apostolos levi ductu poterit in momento. Malignos autem spiritus cur videre metuis cum caput eorum omnino contriveris et spoliaveris ipsos ab imperio potestatis? Fiat tamen voluntas tua ut ipsos non videas. His dictis angelus cum multo lumine celos ascendit. Palma autem illa nimia claritate splendebat et erat quedam virge viridi consimilis sed folia eius ut stella matutina fulgebant. Factum est autem cum Johannes in Epheso predicaret celum repente intonuit et nubes candida ipsum sustulit ac raptum ante hostium Marie collocavit. Percuciens ergo hostium intus intravit et reverenter virginem salutavit. Quem flexis genibus aspiciens retinere abstinuit et pre gaudio lacrimas continere non potuit. Dixit ergo: Fili Johannes, memor esto verborum magistri tui quibus me tibi in matrem et te michi in filium commendavit. Ecce a domino vocata debitum humane conditionis exsolvo et corpus meum tibi cum sollicitudine recommendo. Audivi enim Judeos iam inisse consilium dicentes: Expectemus viri fratres quousque illa que Jhesum portavit fuerit mortua, corpus eius illico rapiemus [illegible] ergo hanc palmam deferri facias ante feretrum dum corpus meum duxeritis ad sepulcrum. Dixit quoque Johannes: Utinam hic essent apostoli fratres mei ut decentes tibi possimus facere exequias ac persolvere laudes dignas. Hec illo dicente omnes apostoli de locis in quibus predicabant a nubibus rapiuntur et ante hostium Marie collocantur, qui videntes se ibi in simul congregatos que nam causa esset ipse quod nos deus istic congregavit. Cognovit Johannes quod exiret ex domina de corpore recessura, dixit et addidit dicens: Videte fratres ne quando abierit aliquis eam defleat ne hoc plebs videns conturbetur et dicat: Ecce isti quo timent mortem qui et aliis predicant resurrectionem. Dionisius Pauli discipulus in libro de divinis nominibus hoc idem asserit apostolos scilicet in dormitione virginis convenisse et se similiter interfuisse et unumquemque in laude eius et virginis sermonem fecisse dicens cum sic loquitur ad Thimotheum: Sicut nosti et ipse et multi sanctorum nostrorum fratrum convenimus ad visionem corporis vite principis et que deum suscepit. Aderat autem et frater dei Jacobus et Petrus summa et antiquissima theologorum summitas. Deinde visum est post visionem omnes ierarchie laudare sicut unusquisque erat sufficiens infinite virtutis bonitatem ierarchie. Hec Dionisius. Cum autem beata Maria omnes apostolos vidisset dominum benedixit et in medio eorum ardentibus lampadibus et luminibus consedit. Circa vero horam noctis tertiam dominus Jhesus advenit cum angelorum patriarcharum cetibus martyrum agminibus confessorum acie virginum quoque choris et ante thronum virginis ordinantur cantica frequentantur. Qualia autem exequie ibidem celebrate sint ex predicto libello qui beato Johanni ascribitur edocemur. Nam primo ipse dominus intonavit et dixit: Veni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupivit rex speciem tuam. Et illa: Paratum cor meum domine paratum cor meum. Tunc omnes qui cum domino venerant dulciter intonant dicentes: Hec que nescivit thorum in delicto habebit fructum in refectione animarum sanctarum. Ipsa autem de se cecinit dicens: Beatam me dicent omnes generationes quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius. Tunc cantor cantorum omnibus excellencius intonavit dicens: Veni de Libano sponsa veni coronaberis. Et illa: Ecce venio quia in capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam deus quia exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Sicque Marie anima de corpore egreditur et in ipsius ulnas filii advolavit. Fuitque tam a dolore carnis tam extranea quam a corruptione extiterat aliena. Dixitque dominus apostolis: Corpus matris mee in valle Josaphat deferte et in monumento novo quod ibidem invenietis illud recondite et ibi me triduo donec ad vos redeam expectate. Statimque eam circumdederunt flores rosarum rosei scilicet cetus martyrum et lilia convallium agmina scilicet angelorum confessorum et virginum. Post eam clamant apostoli dicentes: Virgo prudentissima quo progrederis? Esto nostri memor o domina. Tunc ad concentum angelorum descendentium cetus qui remanserat admirante anima processerunt videntesque regem suum matris animam in ulnis baiulantem illam que super illum innixam stupefacti clamare ceperunt dicentes: Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum? Quibus comitantes dixerunt: Ista est speciosa inter filias Jerusalem sic vidistis eam plenam caritate

et dilectio dei quo in celis gau-
dens suscepit et adiecit ange-
lis quos filius ingenio gaudens col-
tagit. Apostoli autem viderunt eius
animam tanti esse candoris ut nulla
mortalium lingua posset effari.
Tres autem virgines que ibidem erant
cum corpus eius lavandum expoli-
assent tanta claritate statim corpus
illud resplenduit ut tangi quidem
ad lavandum posset videri autem non
posset. Tam diu autem lux illa ibi-
dem resplenduit donec corpus a vir-
ginibus lotum fuit. Apostoli autem corpus
eius reverenter acceperunt et super
feretrum posuerunt. Dixit quoque Johannes
Petro: hanc palmam ante feretrum
Petre portabis quia dominus nobis
te pretulit et suarum ovium pasto-
rem et principem ordinavit. Cui
Petrus: hanc potius te portare
convenit tamquam virgo a domino es
electus et dignum ut palma vir-
ginis ferat virgo. Tu insuper su-
pra pectus domini recubuisti et
exinde plura sapientie et gratie plus ce-
teris fluenta potasti et iustum ut
qui a filio recepisti plus mu-
neris impendas matri plus ho-
noris. Tu igitur portare debes
hanc palmam luminis ad exequi-
as sanctitatis qui potatus es pocu-
lo lucis de fonte perpetue claritatis.
Ego autem portabo cum feretro sa-
crum corpus. Ceteri autem apostoli fratres no-
stri circumdantes feretrum deferent
laudes deo. Paulus autem dixit
ei: et ego qui minimus vestrum sum
tecum portabo. Elevantes itaque Pe-
trus et Paulus feretrum Petrus
incepit cantare et dicere: Exiit Israel
de Egipto alleluia. Ceteri autem apostoli
cantum dulciter prosequuntur. Dominus autem
feretrum et apostolos contexit ita quod
ipsi non videbantur sed tantum vox
eorum audiebatur. Affuerunt et angeli
cum apostolis cantantes et terram to-
tam sonitu mire suavitatis reple-
tes. Excitati omnes ad tam dulcem
melodiam de civitate velociter exeunt

et omnes quid esset diligenter
scire. Tunc astitit qui diceret Ma-
riam illam discipuli Jhesu efferunt
mortuam et circa illam hanc quam
auditis concinunt melodiam. Tunc
omnes ad arma currunt et se invi-
cem hortabantur dicentes: Venite
omnes discipulos occidamus ac cor-
pus illud // quod seductorem illum por-
tavit igni comburamus. Princeps
autem sacerdotum hec videns obstu-
puit et ira repletus ait: Ecce
tabernaculum illius qui nos et ge-
nus nostrum conturbavit qualem gloriam
recepit. Et hec dicens manus
ad lectum misit volens illum
evertere et ad terram deducere. Tunc
manus eius ambe subito aru-
erunt et lectulo adheserunt ita
ut ad lectulum manibus penderet
et nimio cruciatu vexatus lamen-
tabiliter eiulavit. Reliquus autem
populus ab angelis qui erant in nube
cecitate percussus est. Princeps
vero clamabat dicens: Sancte
Petre in hac tribulatione ne despi-
cias sed pro me queso ad dominum
et preces fundas. Memor enim esse
debes quod aliquando tibi astiti et
quando te accusavit ancilla ho-
stiaria excusavi. Cui Petrus: In
obsequiis domine nostre impediti
sumus et curationi tue modo
intendere non valemus. Verumtamen
si in dominum Jhesum Christum et hanc
que eum portavit credideris
spero quod continuo sanitatis benefi-
cio potiaris. Qui respondit: Cre-
do dominum Jhesum Christum verum esse
filium dei et hanc sacratissimam
matrem eius. Statim ea astricte
manus eius solute sunt sed tamen
in brachiis adhuc ariditas
remanserat et dolor vehemens
non recesserat. Dixit ei Pe-
trus: Osculare lectum et dic: Cre-
do in deum Jhesum quem ista in ute-
ro portavit et post partum virgo
permansit. Quod cum ipse fecisset

Cui sane reddita sanitate dixit
ei petrus Accipe hanc palmam
de manu fratris mei Johannis et
pones eam super populum excecatum
et quicumque credere voluerit visum
accipiet qui autem credere noluerit
videre non poterit in eternum / Mariam
autem portantes apostoli in monumen
to posuerunt et iuxta illud ut do
minus dixerat consederunt Tercia autem
die dominus cum multitudine angelorum
venit quos salutavit dicens pax vobis
Qui responderunt Gloria tibi domine
qui facis mirabilia solus magna
Et dixit dominus apostolis quid gratie et
honoris vobis videtur ut conferam
hodie matri mee Et illi iustum
videtur servis tuis ut resuscitetis
matris corpusculum et a dextris
tuis collocetis in eternum Quo annu
ente Michael archangelus
confestim affuit et Marie animam
coram domino presentavit Tunc sal
vator locutus est dicens Surge
proxima mea columba mea ta
bernaculum vite templum glorie
Quia sicut tu non sensisti labem criminis
sic in sepulcro solutionem corporis
non pacieris Statimque anima ad Marie
corpusculum accessit et de tumulo
prodiit gloriosa / sicque ad ethereum
sumitur thalamum comitante secum
multitudine angelorum Thomas
autem cum abesset et rediens cre
dere recusaret subito zonam qua
corpus eius precinctum fuerat ab
aere recepit illesam ut vel sic
intelligeret totaliter fuisse assumptam
Hec autem tota collecta dicuntur esse
apocrifa De quibus Jeronimus in e
pistola sive sermone ad Paulam et
Eustachium videtur ex sermone ille
libellus apocriphus est censen
dus nisi quod ad aliqua fide
digna ~~gratia~~ que a sanctis probata
sunt consolata que sunt nova
quod promisisse sunt et exhibita
nimirum omnimoda consolatio apostolorum
congregatio sine dolore consummatio

sepulture in Josaphat ... [illegible]
specialis de loco ipso et tocius
curie celestis adventus Judeorum
secutio in omni miraculorum causa
concedente visitatio in anima et cor
pore sunt in celum assumpta Preterea
multa alia sunt ibi posita magis
ad simulationem quam ad veritatem ut
quod Thomas non affuerit et veniens
dubitaverit que sunt vel inquirenda pa
cius quam asserenda Vestimenta vero
ipsius ad consolationem fidelium dicuntur
in tumulo remansisse Quorum de qua
dam parte ipsorum vestimentorum quoddam mi
raculum contigisse narratur Cum dux
Normannorum urbem Carnotensem
obsedisset episcopus eiusdem civitatis tu
nicam beate Marie que ibidem servabatur
loco vexilli haste imposuit et
subsequente populo securus ad hostes
processit Statim quoque hostilis omnis exercitus
amencia et cecitate percussus est
Stabat quoque totus corpore tremulus et
totus re stupefactus Tunc illi de civitate
erumpentes divino divinis iudicio
superaddentes et atrocius hostes cedunt
quod Marie beate plurimum displicuisse
probatur plurimum ex eo quod protinus illa
ta tunica disparuit et in vestigio commissi
hostes accipitur Ut revelatum est sancte
Elizabeth legitur Cum dudum ipsa Eli
zabeth in spiritu quadam vice rapta
esset vidit in loco valde remoto
quoddam sepulcrum multo lumine circumful
tum et quasi formam mulieris in eo quam
circumstabat magna multitudo angelorum
et post illam de sepulcro accepta
erecta est et in sublime cum illa
circumstancium multitudine elevata est Et ecce
in obviam occurrit vir quidam decorus
admirabilis et gloriosus advenit
portans in dextera crucis vexillum et
cum eo infinita milia angelorum Qui
quam cum alacritate suscipientes in celum
deduxerunt Post modicum tempus Elisa
beth angelum cum quo sepe loquebatur
de predicta visione interrogavit qui
respondens ait Ostensum est tibi

quid est in carne quid in spiritu in ma
donna assumpta est in celum dicat
aut in reuelacionibus eius de filio re
uelatum est quod xl post diebus sim
tibus in corpore sit assumpta

Rapta vero maria secundum [illegible] ait
in ascensione domini anno integro et
tot diebus quot sunt a die ascen-
sionis usque ad mediam diem assumptionis
superuixit omnes autem apostoli dormi-
cioni eius interfuerunt et corpus
venerabile sepulture dederunt sed de
die per modum christi resurrexit [illegible]
ait Elizabeth [illegible]
hec [illegible] nil celare debet
dixit Licet auribus carnalibus
vel incredulis reuelanda nec
deuotis et fidelibus abscondenda
non dum est aut quod beata et gloriosa
virgo maria assumpta et exaltata
est integraliter honorabiliter letanter
et excellenter Assumpta est enim
in anima et corpore sicut pie credit
ecclesia quod quidem multi sanctorum non
solum hoc asserunt sed et hoc pro-
bare asserunt racionibus multis
Bernardi enim racio est quod sanctorum
corpora deus preciose sublimavit
ut puta petri et jacobi quia
glorie venerabilia reddidit et ho-
nore tam munifice sublimavit et
ut corpus deputatur locum tam venera-
cione requirunt et ad ipsum mundus pre-
venit vniuersus Si ergo corpus marie
super terram esset dicatur sui vel deuo-
cione frequentetur fidelium vel eidem
loco deputetur honoris minus vide-
retur Ihesus matri in honorem corporis
contempsisse cum tamen sit super terram
aliorum corpora honorarit Ieronimus
dicit quod vere dicere de corporali ma-
rie assumpcione sed quod ecclesia dicit
possumus credere qui pie aliquid
diffinire temerarium [illegible]
est credendum esse sic probat si non
desierit qui credimus in christo cum
ipso surrexerunt corpora sanctorum resu-
rrectione iam esse completa et non ut
credant custodem virginis Iohannem

in gloriosa carne cum christo [illegible]
et nos de ista maria secundum [illegible]
[illegible] aut non solum [illegible]
affirmat sed etiam [illegible]
probat et prima quod est carnis
et virginis vnitas ait enim sic
specialis natura corripitur qui cum
sic dominus Ihesus de ea assumpsisset
carnem probatur Secunda vero est
virginis eius dignitas unde ait [illegible]
Dei thalamum domini celi tabernaculum
christi dignum est ibi esse vbi est
tam preciosum thesaurum dignum est
celum seruare quam terram Tercia est
virginalis carnis perfecta integ-
ritas ait enim sic letare maria
leticia in enarrabili corpore et
anima in ipso filio proprio filio sancto
nec sequi debet corrupcionis
pena qua nulla secuta est erga
filium pariendo integritatis cor-
rupcio vt sit semper incorrupta
quod tanta perfudit gracia sit in-
tegra omnibus quo omnium integrum
perfectam quod genuit vitam sit cum
illo quem in suo gessit corpore
sit apud illum illa que fouit ge-
nuit et aluit illam maria ge-
nitrix dei ministratrix et famula
Sequitur quod aliter sentire non audeo
aliud dicere non presumo Ad hec
facit quod ille versificator egregius
ait Transit ad ethera virgo puer-
pera virgula Jesse Non sine cor-
pore sed sine tempore tendit ad ethera
[illegible] de hoc dicit letamur [illegible]
dominus Ihesus et mater in simul
[illegible] hodie beatam virginem
celi susceperunt letando angeli
gaudendo archangeli iubilando
throni exultando dominaciones
psallendo principatus armoni-
zando cherubin et seraphin
ymnisando atque ad superne
maiestatis tribunal deducendo
Satis honorabiliter quia ipse dominus
Ihesus et tota milicie celestis
exercitus eidem obviam venit
Quid iocundius quis illud cogitet

[illegible] qui gloriose hodie regina mundi processit quanto devocionis effectu tota in eius occursu celestium legionum prodierit milicia, quam placido vultu quam serena facie quam divinis amplexibus a filio suscepta est et super omnem creaturam exaltata. Idem hodie eterna die credendum est miliciam celorum festive genitrici dei obviam venisse eamque ingenti lumine circumfulsisse et usque ad tronum cum laudibus et canticis spiritualibus perduxisse et iocunditate ineffabili caritate et omni gratulacione iubilasse. Quam festivitatis que nos hodie recolimus anima omnibus illis festa est continua credit quod ipse salvator Christus tota festivus ei occurrit et cum gaudio eam secum in throno collocavit. Aliter quomodo implesset quod in lege ipse mandavit: Honora patrem tuum et matrem tuam. Hec proinde certo [illegible] Hec dies est in qua usque ad [illegible] celsitudinem intemerata mater et virgo processit atque in regni solio sublimata post Christum gloriosa resedit. Qualiter autem inter celestia sublimata et honorata sit ostendit beatus Bernardus in suis omeliis dicens: Solus dominus Ihesus Christus potest hanc magnificare quemadmodum fecit ut ipsam maiestate laudetur et continue accipiat et honoretur magis. Angelicis stipata, stipata choris archangelicis, vallata thronis, choris hinc inde possessa iubilacionibus dominacionum, circumdata splendore principatuum, suscepta obsequiis virtutum, et girata honoribus, cherubin circumstanciata, vivificata seraphin undique possessa undique ineffabilibus cantionibus, ipsam quam ineffabilissima trinitas perhenni splendio sibi applaudit atque sua gracia [illegible] tota redundante fecit [illegible] splendidissimus ordo ineffabili laude extollit. Illam extollit maxime multitudo omnium [illegible] donum tante [illegible] innumerabilis continuum sibi personat canticum. Virginum candidissima concio [illegible] coream in eius sancta celebrant gloriam. Inferne etiam inferus sibi ululat et protervissimi demones conclamant.

Quidam clericus Marie devotus contra dolorem quem plures [illegible] eam cottidie per hoc et alia quasi consolari studebat dicens: Gaude dei genitrix virgo immaculata, gaude que gaudium ab angelo suscepisti, gaude que genuisti eterni luminis claritatem, gaude mater, gaude dei genitrix sancta virgo, tu sola mater innupta, te laudat omnis factura, o genitrix lucis sis pro nobis perpetua quesumus interventrix. Hic cum in nimio dolore corruptus ad extrema venisset pavore perterreri cepit. Cui virgo apparens dixit: Cur fili tanto timore trepidas qui totiens michi gaudium nunciasti? Gaude et tu ut eternaliter gaudeas mecum.

Erat quidam monachus valde lubricus sed in beatam virginem valde devotus quadam nocte ad scelus pergens, et coram altari transiens beatam virginem salutavit et sic de ecclesia transiens dum per quendam flumen vellet transire in aquis decidens expiravit. Cuius animam dum demones rapuissent affuerunt angeli ut eam liberarent. Quibus demones dixerunt: Ut quid huc advenistis? Nichil in hac anima habetis. Statim quod beata Maria affuit et cur animam eius rapere presumpsissent increpat [illegible] in [illegible] et illa [illegible] aliquis [illegible] me salvat et rediens similiter faciebat quasi diceret vobis bene fieri. Porro cum in sinum regis iudicio [illegible] de hac causa duo disceptarent placuit ei ut etiam ad corpus rediret et defunctis actibus penitenciam faceret. Matutinis igitur videntes deesse sacristam quesierunt et usque ad flumen pergentes submersum in aqua reperierunt. Cumque extracto corpore se quid factum esset mirarentur, ille repente ad vitam rediit et rem gestam referens vitam in bonis operibus consummavit.

Miles quidam potens et valde dives cum omnia bona indiscreta liberalitate dispergeret ad tantam devenit inopiam ut non conveniret magis. Cumque iam incepisset penuria indigere, habebat autem uxorem pudicissimam et beate Marie valde devotam. Appropinquante autem quadam sollempnitate in qua predictus miles multa donaria conveniebat largiri, cum iam non haberet quid tribueret nimia confusione et verecundia ductus quousque preterita fuisset sollempnitas desertum locum [illegible] [illegible] et ut forte sua incommoda plangeret et verecundiam celaret. Ecce subito equum valde terribilem habens sessorem ad eum accessit. Cumque sessor cum alloqueretur et causam tante tristicie sciscitaretur, cui cum omnia que sibi acciderant per ordinem enarrasset, ille ait: Si michi in modico obtemperare volueris magis quam prius gloria et divitiis abundabis.

Spopondit ille [illegible] [illegible] libenter [illegible] Demum ipse sibi [illegible] quod promiserit et ille credens [illegible] in illo loco requiras et ibidem tot auri et argenti pondera tot lapides preciosos invenies; michi autem hoc facias ut tu die statuta uxorem tuam adducas. Cuius promissionem miles credidit et in loco de quo sibi dixerat quesitis omnia reperit que predixit. Statim emit [illegible] palatia largitur dona redemit predia. Cumque dies appropinquaret die statuta uxori vocavit et dixit: Equum conscende quia aliquo longius te mecum ire oportet. Et illa tremens et pallens imperio viri complacere non presumens [illegible] se [illegible] cepit. Cum autem longius processissent et in via quadam ecclesiam invenissent, illa descendens ecclesiam intravit [illegible] devote beate Marie virgini se commendaret. Illa subito obdormivit et virgo gloriosa predicte matrone habitu et qualitate similis per omnia de altari processit et statim exiens equum ascendit, matrona illa in ecclesia remanente. Vir autem uxorem suam arbitrans profectus est. Cum autem ad locum statutum venisset, ecce princeps tenebrarum cum impetu nimio venisset et ad locum festinabat et cum appropinquasset statim ille infremuit et ad locum accedere non presumsit. Dixit militi [illegible] cur michi hoc illusisti et pro tantis beneficiis

filia genuisti ego enim tibi fi-
deliam ut ad me adduceres
coniugem tuam et tu addu-
xisti michi maciam ira tu uxor
tua multas iniurias in mini-
as potestatem dedisti recipe pre-
cium et tu adduxisti michi
istam ut me torqueat et in
finem mittas. Audiens hec
vir vehementer stupebat et
pre timore et admiracione nimia
loqui non poterat. Beata autem Maria
dixit quia temeritate nequam
pro te deprecare me non possum
sed non tibi sic impune cedet
et munt te ac sic plector-
sima ut in infernum descendas
et alicui me tu devotus in-
vocasti nonne decetur non possum
ab illa autem cum iusto vbula-
ta discessit et vir de equo des-
cendens se ad pedes eius pro-
stravit quid ergo marcamenta
ad suam uxorem que ad huc in
ecclesia dormiebat iubet redire
rediens igitur cum ad huc uxorem
suam vidisset dormientem eam excita-
vit et sibi que acciderant
enarravit. Cum autem domum re-
dissent et omnes divicias domo-
nibus abiecissent in laudibus
virginis devotissime permanse-
runt et postmodum multas divi-
cias ipsa largiente receperunt.
Ad medium quidam rapitur in
visionem qui peccatorum salute gra-
natar est ac sathan affuit qui di-
xit michil in homine isto iuris habetis
sed mei potius erit dominum habeas
eum publicum inficiando de ore
et pectus diaboli [illegible]
dixisti eum gravaveris eum [illegible]
medelas morte moriendi. Cum igitur
iste sit de progenie illorum qui albi
vestitu comederunt ideo iniuriam
publica in medico meo de mari
dixit autem dominus prohibet tibi homo
pro te loqui ille autem obmutuit di-
xit autem demon mea esse presertim
cum qui cum iam xxx annis posse-
di et in tanquam propriis servus obedivit

[illegible] corpus eius communicare de-
monem mea est adiungere pro-
pterea quia [illegible] bona
[illegible] inseparabilia mala
cum bona. Dominus autem valens
eum cito possessionem suam octo
dierum spacium concessit. Octa-
va die ut eum secum tempore et
de tempore eius racionem redderet. Cum
que faceret eius timens ac mo-
nens abiret quendam ei obviam venit
et tam tale sibi requisivit. Cui
dixit ille protinus quia viculissimus.
Ille dixit ne timeas neque formi-
des quia de primo te videt ad-
iuvabo. Cum autem ab eo inquireret
quo nomine vocaretur respondit Veritas
est nomen meum. Invenit et alium
qui promisit eum iuvare illum de-
fendere inquirens ab eo quo nomine
vocaretur respondit Iusticia vocor.
Die autem octava cum in iudicium
venisset et demon ei primum obiece-
rit illud quod Veritas ait duplici-
tem esse mortem nominis corporis
scilicet et gehenne illic quod inserit
quod pro te demon allegans non
loquitur de morte gehenne sed
corporis quod quidem ex hoc manifes-
tum est quia tu omnes in hac sen-
tencia concludat non tamen gehen-
enne igne omnes moriuntur set
tamen moriuntur corpore quantum enim ad
corporis mortem est privilegium spe-
cialiter quibus non ad mortem alia
est expressa sanguine inmaculato. Et
demon videns quod in primo succubu-
isset hominem sibi abiicere cepit sed
iusticia affuit et pro eo taliter indu-
xit cum multis annis suus possi-
desset tamen spiritus non contulit sed racionem
ammalat quod tamen velle dominus sine
bat et tamen neminem ipsum admi-
tterem dixit dominus afferat staterem
et bona et mala ponderentur. Veritas
tamen et iusticia peccatori dixerunt ad
matrem misericordie nunc mentem domini
tota mente recurre et eam in tuum
adiutorium invocare studeas. Quod dum
ille fecisset beata Maria in eius ad-
iutorium advenit et super stateram ex
una parte ubi pauca erant bona
manum apposuit demon alia autem
parte trahere conabatur sed mater misericordie
praevaluit et peccatorem liberavit. Ille
igitur ad se rediens vitam in melius
mutavit. Incipit Exempla. Contigit
in urbe [illegible] Ex urbe [illegible]
christiani more suo communicarent
cum pueris christianorum quidam presbiter

Exm de corpore
Cristi

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] reddit se [illegible]
in quibus quod [illegible]
misse et in eis complesse [illegible]
eius stare repletus pueri comprehendit
et calamus in fornace ardentis que
ibi erat proiecit statim ante dei geni-
trix in specie ymaginis quam super altare
prius viderat eidem astitit Et cum
illesus ab igne fuisset mater eius per
plateam iudeorum et christianorum pertran-
siens clamoribus concitauit cum in-
dolens puerum in fornace incolumem reperien-
tes habentes ipsum inde abstraxerunt
et quod ab igne non esset lesus in-
terrogauerunt qui videt quia illa reueren-
da domina que super altare stabat in
auxilium venit et omne incendium
a me prohibuit Tunc christiani in-
telligentes esse ymaginem beate virginis
patrem pueri acceperunt et ipsum in
fornacem proiecerunt qui continuo
consumptus et combustus est Quidam
monachi ante diem iuxta flumen
stabant et ibidem fabulis et ocio-
sis sermonibus resoluebant Et ecce au-
diunt remiges impetu nimio nau-
igantes quibus monachi dicunt
qui estis vos et illi demones sumus
qui animam Ebroini prepositi domus
regis francorum qui monasterium
sancti Galli infestabat in infernum de-
ferimus quod audientes monachi vehe-
mentissime timuerunt et fortiter accla-
mauerunt sancta maria ora pro nobis quibus
demones dixerunt bene mariam
inuocastis vos enim discerpere et sub-
mergere volebamus quia vos tam dis-
solute et ociose fabulantes inueni-
mus Tunc monachi recesserunt ad conuen-
tum et demones perrexerunt ad infernum
Quedam mulier demone sibi visibi-
liter infesta viri apparente multas mo-
lestias sustinebat multaque remedia
nunc aque benedicte aspersionem nunc
hoc nunc illud adhibebat sed ille
non cessabat tandem quidam vir sanctus
sibi consuluit ut cum demon adesset
elevatis manibus statim clamaret
domina me protege clamaret quod
statim ut illa fecisset demon velud
lapide percussus territus stetit et
modo dixit malus demon intret
in ventrem illius qui te illud docuit
et statim evanuit nec ad eam post-
modum accessit Modus vero salutandi
virginis gloriosissime tradit quidam
sermone de diuersis dictis sanctorum
compilato qui in festiuitatibus ecclesie
solempniter legitur ubi sic habet Gaude
in sceptrum patris [illegible] in ce-
lo [illegible] de veneranda virginitate

pro tempore quod vexat a demone

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
sine ex angelico consilio ei bre-
[illegible] domini tui glorificari ipsi
effecit obscuratus illa facie de-
fectum tuum adhuc mea consolatur
filium ne videat formam ymaginis mali
[illegible] promittit igitur ad eam angelus
[illegible] vi[illegible] peccatis clementer
est te assumendi ad me matrem
meam [illegible] qui tibi tantum gaudium
repleuit [illegible] fac ut celestia habitacula
patris mei mansiones iocundas
redde secretum meum sponsus consolacio
ne quidem desolata compassionem
ad finis [illegible] gaudere ad
capud celeste spiritalem nec te
[illegible] aduitam [illegible] spectabilem
[illegible] indeficiens [illegible] ad
[illegible] ad [illegible] re-
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad diem non [illegible]
[illegible] [illegible] mirabilem
ad meliorem tamen [illegible] et [illegible]
secretum ergo enim [illegible] mea eterna
[illegible] [illegible] habitacio [illegible]
[illegible] nescius [illegible]
inestimabilis [illegible] tenebras
[illegible] [illegible] quod [illegible] da sine
[illegible] [illegible] [illegible] non te
in [illegible] mea sit omnes [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] tuo [illegible] [illegible] quia
meam non [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] non [illegible] te mors
[illegible] [illegible] quia [illegible] te [illegible]
non [illegible] [illegible] te [illegible]
quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] qui [illegible] natalis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] lactis et esse in
[illegible] ad [illegible] filio non enim [illegible]
[illegible] [illegible] filii non [illegible]
qui te matrem [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] te [illegible]
[illegible] fontem [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ad celos
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ante ad te [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] filii quibus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] in tuo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

mus palme [illegible] expandisse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] presentie et reformantia [illegible]. Ac celum quo veneat recepit. [illegible] virgo convocans [illegible] et cognatas dicit notum vobis facio me hac tempore de hac vita esse transituram [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] [illegible] angelorum et [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] venimus. [illegible] Auditis omnes flere ceperunt ac dicere Cur times faciem domini que genetrix omnium effecta [illegible] quid ergo nos faciemus aut quomodo fugiemus. Adherat multitudo flentium et dicentium [illegible] ne filii orphanos relinquat. [illegible] ergo virgo has consolans ait Si vos [illegible] mei matrem [illegible] non tolleratis ab eis [illegible] [illegible] quomodo ergo ego mater et virgo [illegible] non [illegible] ad meum [illegible] filium dei patris [illegible] [illegible] si [illegible] [illegible] aliquis [illegible] filia consolabitur consolabitur [illegible] [illegible] Ego autem que [illegible] deo et incorrupta [illegible] quo ad [illegible] [illegible] [illegible] qui omnium esse [illegible] hec [illegible] [illegible] Johannes [illegible] [illegible] [illegible] habebat [illegible] [illegible] domini virgo sanctam [illegible] [illegible] [illegible] ille [illegible] [illegible] lacrimis clamabat Quid [illegible] qui [illegible] nos tantas [illegible] [illegible] ut quid me [illegible] [illegible] non [illegible] magis [illegible] Et [illegible] [illegible] quem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et reformantia ostendit. Et post hoc in terra [illegible] ad sepulturam [illegible] [illegible]. Et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gradu et ap[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] ad hac [illegible] [illegible] Johannes [illegible] [illegible] [illegible] que [illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] omnes [illegible] Johannes [illegible] consolatus est [illegible] igitur lacrimis [illegible] et [illegible] virginis devote salutavit ac adoravit. Et illa [illegible] [illegible] unigeniti filii mei et tui [illegible] manifesta. Cum [illegible] [illegible] [illegible] ego quasi [illegible] dominum et magistrum [illegible] [illegible] [illegible] hoc solum [illegible] habemus [illegible] te mediatricem [illegible] nos habere [illegible] [illegible] dominum paulum [illegible] salutasset ille ait [illegible] [illegible] [illegible] licet enim [illegible] [illegible] non videam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] diem [illegible] [illegible] gentibus predicatum [illegible] [illegible] esse [illegible] post hec [illegible] [illegible]

Adrianus sub Maximiano imperatore regnante martirium passus fuit. Ad cum predictus imperator sacrificia in media urbe idolis immolaret ut iussu eius cuncti christianos perquirentes adducerent, alii omnes promisso precio vicinos vicinos ad supplicium pertraherent, quos xxxiiii° christianis persequentibus comprehensi ante regem adducti sunt. Quibus rex ait: Non audistis qualis pena adversus christianos posita est? Cui illi: Audivimus et deridemus tue iussionis insaniam. Tunc rex iratus nervis crudis eos cedi iussit et lapidibus eorum ora contundi mandavit ac habita uniuscuiusque professione scripta vinctos in carcere recludi precepit. Tunc videns eorum constanciam Adrianus qui erat officii militaris presidens dixit eis: Adiuro vos per deum vestrum ut mihi dicatis que est remuneratio vestra quam expectatis per ista tormenta. Cui sancti dixerunt: Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Tunc Adrianus in medium prosiliens ait: Computate me cum istis quia et ego christianus sum. Quod cum imperator audisset nolentem sacrificare cum eis in carcerem recludi fecit. Natalia vero uxor eius audiens virum suum in carcere sedere vestimenta sua scindens flens et eiulans. Cum vero cognovisset quod pro fide christi incarceratus fuisset gaudio repleta ad carcerem currit et vincula [illegible] catenas cepit viri sui carnes et ipsius persecucionem se non prohibuerat et dixit ad virum suum: beatus es domine mi Adriane quia invenisti divitias quas non dimiserunt parentes tui quibus egent hii qui multa possident quando non fenerandi tempus nec mutuo accipiendi cum nullus alium de pena liberabit nec mater filiam nec servus dominum nec amicus amicum nec divicie nec bona temporalia incomparabilia possessorem. Cumque eum admonuisset ut omnem gloriam contempneret et amicos et parentes sperneret et semper ad celestia cor haberet dixit ad eam Adrianus: vade soror mea tempore passionis nostre accersiam te ut videas finem nostrum. Sic igitur virum suum aliis sanctis recommendans ut cum confessoribus redit ad domum suam. Post hec audiens Adrianus adesse diem sue passionis imminere datis custodibus et donis petens ut sibi essent fideiussores abiit in domum vocare Nataliam sicut sibi iuramento promiserat ut cum passioni eius esset. Quidam autem eum videns precucurrit et nunciavit Natalie dicens: absolutus est Adrianus et ecce venit. Quod illa audiens non credebat dicens: et quis potuit eum absolvere a vinculis? non mihi contingat ut solvatur a vinculis et separetur a sanctis. Dum hec loqueretur puer domesticus venit dicens: ecce dominus meus dimissus est. At illa putans quod martirium refugeret amarissime flebat et cum vidisset eum surgens velociter hostium domus contra eum clausit et dixit: elonge a me efficiatur qui a deo recessit non mihi contingat loqui

ore illius qui dominum suum [illegible] abnegavit et conversa ad eum: [illegible] infelix sine deo quis te coegit incipere quod non potuisti perficere? quis te separavit a sanctis aut quis te seduxit ut recederes a consilio pacis? dic mihi cur fugisti antequam pugna fieret antequam expugnatorem videres quomodo vulneratus es nec dum emissa sagitta et ego mirabar de gente que sine deo et de gente ipsorum impiorum aliquis offeretur deo. Heu me infelicem et miseram quid faciam que iuncta sum huic de genere impiorum non est concessum mihi vel unius hore spacium ut vocarer uxor martiris sed dicar uxor transgressoris. Ad modicum quidem exultacio mea fuit et nunc opprobrium meum erit. Ea autem sic Adrianus audiens vehementer gaudebat de femina iuvenem pulcherrima et ante tempus menses nupta cum talia loqui posse unde ex hoc ad martirium effectus ardentior. Illa eius libentissime audiebat. Sed dum eam nimis affligi videret dixit ei: aperi mi domina mea Natalia non enim ut putas martirium fugi sed te ut promiseram vocare veni. Que non credens ait: vide quomodo me seducit transgressor quomodo mentitur alter Judas. Effuge a me miser incipiam iam miseriam ne facies et dum moraretur ad aperiendum dixit ei: veni cicius ne vado et ultra non videbis me et post hoc lugebis quod me ante exitum meum non videris et fideiussores dedi sanctos martires et si invenerint me requirentes non invenerint tunc sustinebunt sancti tormenta sua et mea simul. Hec audiens Natalia aperuit et sibi invicem complexi ad carcerem simul abierunt. Natalia per septem dies sanctorum vulnera cum linteis preciosis extergebat. Statuta autem die imperator eos presentari iussit qui cum tormentis penis quod ambulare non poterant [illegible] presentari. Adri[illegible] [illegible] [illegible] Natalia vero amplexans [illegible] dicebat: Vide domine meus ne forte trepides cum tormenta videbis. Modicum nunc quidem pateris sed continuo cum angelis exultabis. Adrianus igitur sacrificare nolens crudelissime est percussus. Currens Natalia cum gaudio ad sanctos qui carcerati erant ait: Ecce dominus meus inchoavit martirium. Cum autem rex ne deos suos blasphemaret ipsum moneret, ille ait: Si ego torqueor quia eos qui non sunt dii blasphemo, qualiter ipse torqueberis qui deum verum blasphemas. Cui rex: Hec verba te illi seductores docuerunt. Ad quem Adrianus: Quare seductores eos dicis qui sunt doctores vite eterne. Ad hec verba Natalia viri sui alijs cum gaudio referebat. Tunc rex a quatuor validissimis viris fecit eum crudelissime cedi. Omnes autem penas et interrogaciones ac responsiones Natalia ~~ca~~ alijs martiribus qui erant in carcere continuo referebat. In tantum autem cesus est ut viscera eius effunderentur. Tunc sic vinctus ad alijs martiribus retruditur. Erat autem Adrianus iuvenis delicatus et decorus valde annorum xxviij°. Natalia vero virum suum supinum iacentem et totum laceratum considerans, imposita manu sub capite eius dicebat: Beatus es domine meus qui dignus effectus es esse de numero sanctorum. Beatus es lumen meum ut pateris pro eo qui passus est pro te. Perge nunc dulcis meus ut videas gloriam eius. Audiens autem imperator quod multe matrone sanctis in carcere ministrarent precepit ne [illegible] [illegible] Quod [illegible] Natalia [illegible] [illegible] et habitum virilem [illegible] sumens sanctis martiribus ministrabat aliasque exemplo suo ad hoc induxit. Rogavitque virum ut deum exoraret pro se ut se mundam mundam intactam in pace dicens ab hac seculo vocaret. Audiens autem rex que matrone fecissent iussit incudem afferri ut sanctis super eam crura sancti viri inciderent. Timens vero Natalia ne vir suus et aliorum supplicio terreretur, rogavit ministros ut ab eo inciperent. Abscissis igitur pedibus cruribusque constantius rogavit Natalia ut manum illius absciderent quatenus alijs sanctis qui plus ~~eum~~ palam passi fuerant compar esset. Quo facto Adrianus spiritum reddidit. Ceteri vero pedes pretendentes ad dominum migraverunt. Rex autem corpora comburi mandavit. Natalia vero manum Adriani in sinum suum abscondit. Cum autem corpora sanctorum in ignem proicerentur voluit et Natalia se in eos in ignem precipitare, sed subito vehementissimus imber irruit et ignem extinguens corpora sanctorum illesa servavit. Fideles vero consilio inito corpora Constantinopolim transferunt quousque pace ecclesie reddita cum honore referrent et conderent. Passi sunt circa annos domini CCLXXX.

Natalia vero domum remanens Adriani sibi retinuit quam in solamen vite sue ad caput lectuli sui tenebat. Post hec autem tribunus videns Nataliam tam pulchram tamque divitem et nobilem, de voluntate imperatoris honestas matronas ad eam misit ut in suum coniugium ipsa consentiret. Cui Natalia: Quis mihi prestare posset ut coniungerer tali viro? Sed peto ut mi [illegible] ne pateretur prece Hec autem rogabat ut inde fugere posset Cum autem domum redisset ut se intactam conservaret obdormivit Adrianus et ecce unus martirum sibi apparuit et eam dulciter consolans ut ad locum ubi sunt corpora sanctorum veniret precepit Que evigilans autem et mane dictam, filiam accipiens cum multis christianis navem ascendit quod tribunus audiens cum multis militibus per navigium insequitur Et surgens autem ventus contrarius submersit alios vero compulit media autem nocte dyabolus in specie nauclerii in navem fantasticam eis qui cum Natalia apparuit et quasi vere nauclerus ait unde venitis aut quo pergitis et illi Nicomedia venimus et Constantinopolim pergimus quibus ille ait erratis ad sinistram pergite et recte navigabitis Hec autem dicebat ut eos in pelagum mitteret et periret ad cum vela mutarent subito Adrianus in navicula sedens eisque apparuit et eos navigare sicud prius ceperant admonuit asserens malignum spiritum fuisse qui eis loquebatur precedens se ante eos precedebat eos et viam eis ostendebat Natalia vero Adrianum precedere videns immenso gaudio repleta est sicque priusquam lucesceret Constantinopolim advenerunt ubi et Natalia in domum ubi erant corpora sancta intrasset et manum Adriani ad corpus posuisset et orationi dormitasset Adrianus ei apparuit et salutans eam ut in eternam pacem secum veniret precepit que cum evigilasset et somnium astantibus retulisset valefaciens omnibus emisit spiritum fideles autem corpus eius cum corporibus martirum [illegible] posuerunt.

Gorgonius et Dorotheus apud Nicomediam primi in palatio Dyocleciani imperatoris militie renunciantes ut liberius regem suum sequerentur et christianos se libera voce esse confitebantur quod cesar audiens penitus animi abditus egressus perdocebat [illegible] quos mei palatii militis videro et generis nobilitas decorantur nec dominus nec minis nec blandiciis moveretur in eculeo suspendunt flagellis et ungulis toto corpore laceratis aceto et sale medullis facie eorum instillibus perfundunt et deinde craticule impositi assantur et quasi in lecto florum videbantur iacere nullius lesionis sentire Denique iussu Cesaris laqueo suffocantur et corpora eorum canibus et tamen exponuntur sed in a fidelibus intacta colliguntur passi sunt autem circa annos domini CC LXXX Post multos annos Gorgonii corpus Romam translatum est anno domini septingentesimo LX iii Cro ~~Metu~~ Metensis episcopus super in regis Pipini ad Gallias detulit et in Gorgoniensi monasterio collocavit

Prothus et Iacinctus fuerunt domestici et instructores proprie socii beate Eugenie filie Philippi nobilissimi Romanorum Qui quidem Philippus a senatu prefectus Alexandrie [illegible] et illuc Claudiam uxorem suam et filios Sergium et Avitum filiamque Eugeniam secum duxit Eugenia [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] praeceptis [illegible] [illegible] secum studuerant et ad perfectionem studium omnium devenerant. Eugenia quoque xvi° anno aetatis suae cum ab Aquilino consulis filio peteretur dixit illa: Maritus non natalibus sed moribus est eligendus. Pervenit igitur ad manus eius doctrina beati Pauli et coepit animo fieri christiana. Permissum quippe erat christianis tunc iuxta Alexandriam habitare. Ipsa illa quasi spatiando progrediens ad villam transiens audivit christianos cantantes: Omnes dii gentium daemonia, dominus autem caelos fecit. Tunc dixit ad pueros Prothum et Jacinctum qui secum studuerant: philosophorum syllogismos [illegible] [illegible] argumenta et Platonis ideas et Socratis monita et breviter quidquid cecinit poeta, quidquid orator et quidquid philosophus excogitavit per hanc sententiam excluditur. Dominationem meam vobis usurpata potestas dedit, sed sapientia fecit. Simus ergo iam fratres et Christum sequamur. Placet consilium et assumpto habitu viri ad monasterium cui vir Dei praeerat venit, qui nullam ad se feminam venire sinebat. Qui etiam quadam vice cum haeretico disputans cum vim argumentorum ferre non posset magnum ignem accendi fecit ut ille qui non combureretur veram fidem habere probaretur. Quod cum factum esset prior ignem intravit et illaesus exivit. Haereticus autem cum intrare nollet ab omnibus confugatus est. Ad hunc cum accessisset Eugenia se virum dicit. Ille ait: recte vir diceris quia cum sis femina viriliter agis. [illegible] [illegible] [illegible] fuit eo [illegible] habitum ad Protho et Jacincto monasterium [illegible] suscepit et fratrem Eugenium ab omnibus appellari fecit. Pater autem et mater eius videntes currum Eugeniae domum vacuum redisse filiam undique inquiri fecerunt, sed minime invenire potuerunt. Magos igitur parentes quid de filia sua factum sit interrogant, qui responderunt eam a diis inter astra sublatam. Cuius ergo pater filiae imaginem fieri fecit et ab omnibus ipsam adorari mandavit. Ipsa vero in Dei timore permansit et mortuo abbate ipsa praelatur. Erat autem Alexandriae matrona quaedam dives et nobilis Melancia nomine quam sancta Eugenia oleo perungens a quartana liberaverat in nomine Jesu Christi. Unde sibi multa misit munera sed non recepit. Credidit igitur mulier fratrem Eugenium virum esse, [illegible] frequenter ipsum visitabat. Videns quod elegantiae iuventutis et pulchritudinem corporis in eius amore exarsit, pertractans et quomodo eo commisceri posset cogitare coepit. Simulans igitur languorem petiit ut ad eam veniret et se visitare dignaretur. Cum autem venisset aperuit sibi qualiter eius amore capta esset et qualiter in eius concupiscentia aestuaret, rogavitque ut secum commisceretur. Statim quoque eum apprehendens amplecti osculari voluit et ad crimen hortatur. Quod sanctus Eugenius abhorruit dicens: Et vere Melancia nomine haec cognosceris; nigredinis enim perfidia nigra diceris et obscura filia tenebrarum et amica diaboli, dux perditionis, fomes libidinis [illegible] [illegible] ferre et mortis filia sempiterne. Ista vero se deceptam considerans et timens ne forte scelus publicaret voluit ipsa prior detegere clamans coepit quod Eugenius voluisset ipsam violare. Abiit ergo ad praefectum et conquesta est dicens: Iuvenis quidam perfidus christianus ad me medendi causa ingressus in me irruens impudenter voluit me violare et nisi unius ancillae quae mecum in cubiculo erat fuissem liberata suffragio quae me illesam servasset. Audiens hoc praefectus ira accenditur et apparitorum multitudine Eugeniam ceteris fratribus Christi suis vinctos adduci fecit. Diem quoque statuit in quo omnes tradi debuissent morsibus bestiarum. Accersitis ergo eis coram se dixit ad Eugeniam: Dic nobis sceleratissime, si hoc vos Christus vester docuit ut operam corruptele daretis et matronas impudentia vesana polluatis. Tunc Eugenia demissa facie ne cognosceretur respondit: Dominus noster castitatem et integritatem servantibus vitam aeternam promisit. Hanc Melanciam falsam testem monstrare possemus, sed melius est ut nos patiamur quam ut illa convicta fuerit puniatur et fructus patientie nostre depereat. Veruntamen adducatur ancilla quam dicit mei sceleris esse testem ut ex ore eius possint probari mendacia. Cumque adducta fuisset illa a domina sua docta constanter sibi imputabat quod dominam suam violare voluisset. Ceteri quoque omnes de familia dampnati sic esse testantur. Tunc Eugenia: Tempus tacendi transivit et tempus loquendi advenit. Nolo ut impudica sponso Christi tunc imponat ne fallacia glorietur. Ut autem mendacium superetur et malitiam sapientia vincat, veritatem ostendam non spe iactantie sed Christi gloria. Et hec dicens a capite usque ad cingulum scidit vestem et apparuit. Dixit quoque praefecto: Tu mihi pater et Claudia mater, fratres hi duo qui tecum sedent Avitus et Sergius. Ego Eugenia filia tua Philippe, et famulis Christi mei. Pater audiens et filiam cognoscens incipiens in amplexus eius ruit et lacrimis infusus cecidit. Eugenia autem vestibus aureis induitur et in sublime attollitur. Ignis vero de caelo venit et Melanciam cum suis consumpsit. Sic ergo Eugenia patrem et matrem ac fratres et totam familiam ad fidem Christi convertit. Itaque pater eius officio depositus a Christianis in episcopum ordinatur et in oratione persistens ab infidelibus occiditur. Claudia vero cum filiis suis Romam rediit et ibi multas ad Christum convertebat. Eugenia vero iussu imperatoris ligato sibi maximo saxo ad collum in Tiberim proicitur, sed rupto saxo super undas incolumis conducitur. Tunc in fornacem ardentem proicitur, sed extincta fornace refrigerio fovebatur. Includitur in tenebroso carcere, sed lumen splendidissimum radiabat ibi. Cumque per decem dies sine cibo fuisset Salvator sibi apparuit et panem candidissimum porrigens dixit: Accipe cibum de manu mea; ego sum Salvator tuus quem tota mentis intentione iugiter amasti. Ea die qua ad terras descendi ipse te recipiam. In die igitur natalis Domini spiculator mittitur et caput eius abscidit. Quae postmodum matri apparuit et quod die dominica sequenti se sequeretur praedixit. Veniente igitur die dominica Claudia in oratione posita reddidit spiritum. Prothus autem et Iacinctus ducti ad simulacrum ducti oratione simulacrum comminuerunt. Et cum sacrificare nollent capitis detruncatione martirium per [illegible] impleverunt. Passi sunt autem sub Valeriano et Galieno circa annos domini CCLVI.

Exaltatio sancte crucis dicitur quia tali die fides et sancta crux plurimum exaltata fuit. Notandum ergo quod ante Christi passionem lignum capitalis interemptionis fuit lignum vilitatis quia cruces de vilibus lignis fiebant. Infructuositatis quia quamvis in monte Calvarie plantaretur fructum nullum gerebat. Ignobilitatis quia supplicium latronum. Tenebrositatis quia tenebrosum et sine omni decore fuit. Mortis quia ibi homines morti tradebantur. Fetoris quia in medio cadaverum plantabatur. Post passionem vero fuit multipliciter exaltatum quia vilitas transivit in preciositatem, unde dicit Andreas: Salve crux preciosa. Infructuositas in fructuositatem. Cant. [illegible]: ascendam in palmam et apprehendam fructum eius. Ignobilitas in sublimitatem. Augustinus: Crux que erat supplicium latronum transit ad frontes imperatorum. Tenebrositas in claritatem. Chrysostomus: Crux et cicatrices radiis solis in iudicio erunt lucidiores. Mors in perpetuitatem vite, unde cantatur: ut unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Fetor in odorem suavitatis. Cant. I: Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum.

Exaltatio sancte crucis solemniter in ecclesia celebratur quia in ea fides plurimum exaltata fuit. Anno enim domini sexcentesimo XV permittente domino flagellari populum suum per seviciam paganorum Cosdroe rex Persarum omnia regna terrarum suo imperio subiugavit. Jerusalem autem veniens a sepulchro domini territus rediit sed partem ligni sancte crucis quam sancta Helena ibi reliquerat asportavit. Volens autem ab omnibus coli ut deus turrim ex auro et ar[illegible] gemmis fecit et ibi solis et lune et stellarum imagines collocavit et per subtiles latentes meatus quasi deus aquam desuper infundebat et in subterraneo specu equi quadrigas trahentes circumeundo ibant ut turrim moverent et tonitruum simularent. Filio suo igitur regnum tradidit et in tali prophano prophanus residebat et crucem iuxta se ponens omnibus se deum vocari iubebat. Sicut legitur in libro de officio Cosdroe rex in throno residens tanquam pater lignum crucis sibi a dextris posuit loco filii et gallum a sinistris loco spiritus sancti et se patrem nominari iussit. Tunc Heraclius copiosum exercitum collegit et contra filium Cosdroe iuxta Danubium fluvium in dimicationis advenit. Tandem utrisque principibus placuit ut ipsi duo soli super pontem confligerent et qui victor existeret ipse sine damno utriusque exercitus imperium occuparet. Decretum etiam extitit ut quicumque principem suum iuvare presumeret cruribus et brachiis abscisis confestim in flumen mergeretur. At Heraclius totum se deo commisit et sancte cruci se devotione qua potuit commendavit. Dimicantibus itaque ipsis diutius Heraclio dominus victoriam contulit et contrarium exercitum suo imperio subiugavit adeo quod universus populus Cosdroe fidei christiane se subdidit et sacrum baptisma suscepit. Cosdroe autem ignorabat exitum belli quia cum ab omnibus odiretur nullus sibi intimavit. Heraclius autem ad eum pervenit et in throno aureo eum sedentem reperiens dixit: Quia lignum sancte crucis secundum tuum modum honorasti, si fidem et baptisma Christi susceperis, ad hunc vitam et regnum paucis a te obsidibus obtinebis. Si autem hoc implere despexeris, gladio te feriam et caput tuum amputabo.

Cum igitur ille Cosdroe nollet, extracto gladio eum protinus decollavit. Et quia rex fuerat, sepeliri eum precepit. Filium quoque suum decem annorum, quem secum repperit, baptisari fecit et de sacro fonte eum suscipiens regnum patris eidem dimisit. Turrim vero illam destruens, argentum in predam suo exercitui tribuit et gemmas preciosas ad reparandas ecclesias quas tyrannus destruxerat reservavit. Crucem igitur suscipiens Ierusalem reportavit. Cum autem de monte Oliveti descendens per portam per quam dominus ad passionem descenderat in equo regio et ornamentis imperialibus insignitus ingredi vellet, repente lapides porte descendentes et invicem quasi unus paries se clauserunt. Super quo cunctis stupentibus signum crucis in manibus tenens angelus domini super portam apparuit dicens: Cum rex celorum ad passionem per hanc portam intraret, non cultu regio, sed humili asino insidens humilitatis exemplum suis cultoribus reliquit. Et hoc dicto angelus abscessit. Tunc imperator lacrimis infusus seipsum discalciavit et vestimenta sua usque ad camisiam exuit, crucemque domini humiliter usque ad portam domini baiulavit. Mox duricia lapidis celeste persensit imperium. Statimque porta se erigens [illegible] et alia subingressis liberum intrantibus patefecit ingressum. Odor autem suavissimus qui eadem die et eo momento quo de turri Cosdroe sancta crux fuit ablata Ierosolimis dispersus per tam longa spacia provincie [illegible], tunc rediit omnes quos mirabili suavitate respersit. Rex ac devotissimus in has crucis laudes prorupit: O crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multum amabilis, sanctior universis, que sola fuisti digna portare talentum mundi,

[illegible] mundi. Dulces clavos dulce ferens pondera, salva presentem catervam in tuis laudibus hodie congregatam, tuis vexillis signatam. Sic preciosa crux in suo loco restituitur et antiqua miracula renovantur. Mortuus quidam vite restituitur, paralitici quatuor curantur, leprosi decem mundantur, ceci quindecim illuminantur, demones effugantur et a variis languoribus plurimi liberantur. Et sic super ecclesias reparatis et regis muneribus Egyptum remeavit. Invenimus autem aliter gesta fuisse. Narrat enim quod cum Cosdroes dimissa civitate Ierusalem cum Zacharia patriarcha et ligno crucis accepto, et Eraclius ad eum pacis mitteret, iuravit ille se pacem non facturum nisi Christum abnegarent et solem adorarent. Tunc Eraclius zelo armatus contra eum exercitum movit et Persas multis bellis devastat, et Cosdroem usque ad Tesiphontem fugere compulit. Tandem Cosdroes dissenteriam incurrens in regem coronare voluit Medosan filium eius. Primogenitus quod Siroes audiens cum Eraclio fedus iniit et cum nobilibus persequens patrem vinculis astrinxit et pane tribulationis et aqua angustie sustentavit. Tandem sagittis interfecit. Post modum omnes Eraclio restituit (?) et patriarcham ac lignum preciosum. Lignum crucis Ierusalem et prius Constantinopolim reportatum fecit. Hec in multis cronicis leguntur. De hoc autem ligno crucis fabula apud paganos dicitur.

In historia tripartita dicitur [illegible] lignum fuisse [illegible] Deus [illegible] est apud Constantinopolim. Iudeus quidam ecclesiam sancte Sophie ingressus quandam ymaginem aspexit Christi, quam ibi videns gladium arripuit et ymaginem in gutture percussit. Sanguis mox erumpens caput et faciem aspersit. Qui territus ymaginem rapuit et in puteum proiecit statim [illegible] christianus dixit unde venis Iudee? Tu aliquem hominem occidisti. Et ille: Falsum est. Et iterum ille homo dixit: Vere homicidium perpetrasti et ideo sanguine aspersus es. Tunc Iudeus exclamavit: Vere Deus christianorum magnus est et fides sua per omnia comprobatur. Nequaquam enim percussi hominem sed Christi ymaginem et subito sanguis de eius gutture emanavit. Et duxit illum hominem ad illud puteum et inde sanctam ymaginem extraxerunt, plagam autem in gutture ut fertur adhuc habuit. Et Iudeus continuo fidelis effectus. Apud Syriam in civitate Beriti Christianus quidam sub annua pensione hospicium habens ymaginem crucifixi ante lectum suum in pariete affixerat et ibi orationes suas iugiter faciebat. Post annum vero aliam domum locavit et illic ex oblivione ymaginem dereliquit. Quidam autem Iudeus predictam domum conduxit et die quadam unum de suis contribulibus ad convivium vocavit. Inter epulas autem is qui invitatus fuerat circumspiciens ymaginem affixam parieti cognovit et in illum qui se invitaverat ira fremens cur ymaginem Iesu Nazareni tenere auderet comminatur. Ille autem qui prius ymaginem non vidisset iuramentis quibus poterat affirmabat illam de qua dicebat ymaginem ignorabat. Tunc ille placatum se simulans silebat et ad principem sue gentis abiens Iudeum illum de hoc quod viderat accusavit. Iudei igitur congregati ad domum venientes et visa ymagine Iudeum illum contumeliis diversis afficiunt et tamquam a synagoga proiciunt. Ymaginem vero pedibus conculcantes cuncta in ea dominice passionis insignia renovabant. Cum autem lancea latus eius perforassent, protinus sanguis et aqua ubertim exivit et

[illegible] vas suppositum [illegible] repleverit. Iudei sanguinem illum ad synagogas detulerunt et omnes infirmi quos perunxerunt sanabantur. Tunc Iudei episcopo civitatis per ordinem narraverunt et fidem Christi ac baptismum susceperunt unanimiter. Episcopus autem sanguinem illum in ampullis cristallinis conservavit et Christianum illum accersivit et quis tam pulchram composuisset ymaginem inquisivit. Et ille dixit: Nicodemus eam composuit quam moriens dedit Gamalieli, Gamaliel Zacheo, Zacheus Iacobo, Iacobus Symeoni dereliquit. Sicque in Ierusalem usque ad excidium urbis fuit, deinde a fidelibus in regnum Agrippe delata et deinde ad patriam meam devenit a parentibus meis hereditario devenit. Factum est hoc anno domini septingentesimo L. Tunc omnes Iudei synagogas in ecclesias consecraverunt et exhinc mos inolevit ut ecclesie consecrentur, cum ante tantum altaria consecrabantur. Propter istud miraculum ordinavit ecclesia quinto Kalendas Decembris memoriam fieri dominice passionis vel ut alibi legitur quinto Idus Novembris VI. Et Rome consecrata est ecclesia in honorem sancti Salvatoris ubi ampulla cum illo sanguine reponitur et solempne ibi festum agitur. Item ut Gregorius dicit in suo libro Dyalogorum tercio narrat: Andreas Fundane civitatis episcopus cum quandam feminam sanctimonialem secum ad habitandum permitteret, antiquus hostis cepit speciem eius oculis mentis eius imprimere ut in nefandis cogitaret. Quadam die Iudeus quidam Romam veniens cum iam dies declinaret et ubi manere posset minime repperisset, in quodam templo

Ipse [illegible] continuit qui ipsum [illegible] sacrilegium per domesticos [illegible] tamen nunc habebat signo crucis se munire. Intrans nocte vero media evigilans vidit malignorum spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam prelatis procedere eumque qui ceteris preerat in eorum medio consedere, qui cepit singulorum sibi obsequentium causas actusque discutere, quantum quisque peregisset nequitie. Cuius modum autem huius disputationis causa brevitatis pertranseo, sed consimili quod legitur in vitis patrum notescat. Nam cum quidam in templo idolorum iacuisset, vidit Sathanam sedentem et omnem militiam sibi astantem. Et ecce unus de malignis spiritibus adoravit eum. Cui ille: Unde venis? In illa provincia fui et in illa plura multa et preliationes multas suscitavi, sanguinem copiosum effudi et nuntiare tibi veni. Quanto tempore hoc fecisti? Et dixit: In triginta diebus. Ait Sathan: Quare hoc fecisti in tanto tempore tam modicum? Et iussit astantibus eum flagellis cedi. Et duce ecce alter veniens adoravit eum dicens: In quadam civitate fui et in quibusdam nuptiis commovi contentiones et multas effusiones sanguinis feci et sponsum ipsum occidi et veni nuntiare tibi. Cui ille dixit: Quanto tempore hoc fecisti? Et dixit: In decem diebus. Et ait ille: Nonne plura in tot diebus agere potuisses? Et iussit eum astantibus verberari. Et unus veniens ait: In heremo mansi et per quadraginta annos quendam monachum laboravi et tandem ipsum ad lapsum carnis deieci. Quod Sathan audiens de solio suo surrexit et eum [illegible] suo tulit et capiti eius imposuit ac ipsum secum sedere fecit dicens: Magnam rem fortiter fecisti, plus omnibus laborasti, egisti et plus et aliis modis illius. Sic igitur ut esse quod que illorum disputationes. Cum ergo singulos spiritus inquireret quid egissent, spiritus quidam in medium prosiliit et nequitiam temptationis de sanctimoniali animum Andree episcopi commovisset, adiciens quod heri hora vespertina adhuc processit ut eius tergo blandiens alapam daret. Tunc malignus spiritus eum hortatus est ut perficeret quod cepisset, ut illius ruine singularem inter ceteros palmam teneret. Precepit quoque ut quereret cuiusnam esset qui in templo eorum iacere presumpsisset. Ad quod ille vehementius palpitavit. Et missi spiritus eum crucis misterio signatum videntes territi clamaverunt: Ve, ve, ve, vas vacuum sed signatum. Ad hanc vocem malignorum illorum spirituum disparuit turba. Iudeus igitur ille confestim ad episcopum venit et ei omnia per ordinem enarravit. Quod cum audiens vehementer ingemuit et omnes mulieres de domo sua et ancillas protinus removit et iudeum baptizavit. Refert quoque Gregorius in dialogorum quod quedam monialis ortum ingrediens et lactucam inveniens concupivit eam, que signo crucis oblita benedicere avide momordit et arrepta a demone protinus cecidit. Cum autem beatus Equitius ad eam venisset, diabolus clamare cepit ac dicere: Ego quid feci? Sedebam super lactucam, illa venit et momordit me. Ad imperium autem predicti viri dei de ea exivit. Historiam beati Johannis Crisostomi require post conversionem sancti pauli. Sequitur de sancto

Cornelius interpretatur intelligens circumcisionem, id est intellector et intelligendo fugavit circumcisionem superfluitatis, vel Cornelius dicitur quasi cornu, et leos, quod est populus, quasi cornu, id est fortitudo populi.

Ciprianus dicitur a cipro, quod est mixtura, et ana, quod est sursum, vel dicitur a cipro, quod est mestitia, et nomos, hereditas. Ipse enim habuit supernam mixturam gratie et virtutis, mestitiam de peccatore et hereditatem superiore gaudiorum.

Cornelius papa successor sancti Fabiani cum sociis suis a Decio cesare exilio relegatus est ubi a sancto Cypriano Carthaginensi episcopo litteras confortacionis accepit. Tandem de exilio reductus Decio presentatur et cum immobilis permaneret iussit eum Decius plumbatis cedi precepit quod ut ad templum Martis duceretur et ibi aut sacrificaret aut capitalem subiret sententiam. Cum eum quo illuc duceret quidam eum rogavit ut ad domum suam diverteret et pro uxore sua Salustia que per quinque annos paralitica iacebat oraret. Que dum ad eius oracionem sanata esset xxi militum cum ipsa et viro suo domino crediderunt quos omnes iubente Decio ad templum Martis ducti et in illud expuentes martirizati sunt. Passi sunt autem circa annos domini cc lvi. Cyprianus autem Carthaginensis episcopus in eadem tempore a Paterno proconsule presentatur qui cum eum a fide nullatenus divertere posset in exilium mittitur. Inde autem revocatus ab Albino proconsule qui Paterno successit sententiam capitalem suscepit qua sententia data dixit Cyprianus deo gratias. Cum autem ad locum speculatoris venisset precepit suis ut eidem speculatori pro mercede xxv aureos darent et accipiens linteum manu oculos suos texit et coronam suscepit [illegible]

Eufemie vita

Eufemia dicitur ab eu quod est bonum et femina quasi bona femina honesta et delectabilis. Triplex enim modo dicitur bonum. Fuit enim utilis aliis per conversacionem, honesta sibi per morum composicionem, delectabilis deo per celestem contemplacionem. Vel Eufemia dicitur quasi eufonia quod est suavis sonoritas. Suavis autem sonus fit tribus modis scilicet in voce et in cantu et organo scilicet pulsu. Eufemia fecit deo dulcem sonum in predicacionis voce ad pulsu bone operacionis et in cantu devocionis.

Vita ipsius sequitur

Eufemia filia senatoris videns christianos tempore Dyocleciani tam crudeliter laniari ac diversis suppliciis torqueri ad iudicem perrexit et se publice confitens exemplo sue constancie virorum animos confortabat. Cum igitur iudex christianos successive occideret deos pro vobis offerre iubebat ut saltem sic immolarent. Dum constantes tam crudeliter laniari viderent ad quod coram Eufemia sanctos crudeliter detruncaret ipsa coram constancia amplius provocata iniurias iudici clamabat [illegible] et gavisus [illegible] putans velle convertere unde [illegible] cum sibi faceret nimiam iniustissime ait cum sim generis nobilis cur ignotos et advenas michi preponis et priores facis ad christum pervenire et ad promissam gloriam prevenire. Cui iudex: putabam te ad mentem redisse et gaudebam te tue nobilitatis et sexus memorem esse. Inclusa enim in carcerem et sequenti die ad iudicem adducta iterum graviter est conquesta cur contra leges imperatoris sibi soli vinculis precepit. Alapis diutissime ceditur et in carcerem includitur quam iudex secutus ex libidine comprimere voluit et illa viriliter reluctante manus eius virtute divina contrite sunt. Postmodum domus sue ad eam direxit multa promittens si eam faceret consentire sed cum carcerem clausum nec clavibus aperire potuit nec securibus frangere demonem arreptus clamans et se ipsum dilanians vix evasit. Inde educta posita est super rotam cuius vertex plenus carbonibus erat et artifex iuxta rotam tale signum tenentibus dederat ut cum sonum faceret simul tenentes et currentes igne vertices corpus virginis dispergerent. Sed nutu divino ferramentum cum quo rota tenebatur de manu eius decidens sonum dedit et continuo illi tenentibus rota artificem contrivit et Eufemiam sic eam illesam servat. Parentes autem artificis clamantes supposito igne ipsam cum rota comburere voluerunt sed rota combusta Eufemia vero ab angelo soluta in excelso loco stare conspicitur. Apellianus vero iudici ait virtus christianorum non nisi ferro vincitur unde consulo tibi ut eam facias decollari. Erectis igitur scalis cum quidam ad eam capiendam manum mittere vellet mox totus paralisi dissolutus inde semivivus eductus est. Alius ad eam ascendens nomine Sosthenes continue mutatus est ab ea et veniam petiit et evaginato gladio ad iudicem exclamavit se potius libenter occidere quam eam quam angeli defendebant contingere. Demum educta est et iudex cancellario suo iussit ut ad eam omnes petulantes iuvenes induceret qui tam diu sibi illuderent donec fatigata expiraret. Sed cum ad eam ingrederetur et multas virgines splendidissimas cum ea orantes videns moribus eius christianus effectus est. Iudex vero eam per capillos suspendit sed immobilem permanentem negato cibo in carcerem recludi precepit ut octavo die in quattuor magnos lapides sicut oliva confringeretur. Ipsa vero cotidie ab angelo saciata [illegible] die inter [illegible] dimissiones posita est ad cuius orationem ipsi lapides in cinerem minutissimum redacti sunt. Unde preses a puella se victum erubescens eam in foveam precipitari iussit ubi tres tam immanissime bestie erant que mox homines deglutissent. Que tam blandiendo statim ad virginem concurrentes nexis ad invicem caudis ei quasi kathedram ad sedendum prebentes iudicem hec videntem vehementissime confuderunt. Unde preses pre angustia fere moreretur. Ingressus carnifex ut domini sui iniuriam vindicaret gladium in latus eius fixit et Christo martirem consecravit. Quem iudex pro mercede veste serica induit et torque aurea decoravit, sed egrediens a leone capitur et ab eo penitus devoratur. Unde servi eius diu inquirentes vix parva eius ossa cum veste scissa et torque aurea reperiunt. Corpus autem Euphemie in Calcedonia sepultum est, ob cuius honorem meritis eius omnes iudei et gentiles Calcedonie in Christum crediderunt. Passa autem circa annos domini CC LXXX. Ambrosius de hac virgine in prefatione sic dicit: Virgo alma triumphalis Eufemia virginitatis retinens mitram passionis meruit vestiri corona. Cuius precibus hostis vincitur, persecutus adversarius superatur, a fornace regia virgo sospes eripitur et lapides in pulverem rediguntur, fere mansuescunt colla submittunt atque omne penale supplicium eius oratione superant. Novissime gladii mucrone confossa terrena relinquens castris celestibus choris iungitur leta. Hec virgo tibi domine ecclesiam tuam commendat, hec pro nobis peccatoribus interpellat, hec ecclesie vota nostra ut virgo vernula illibata tibi prestat. Sequitur.

Lamptus nobilis genere sed nobilior sanctitate vite a primevo sue etatis litteris eruditus adeo propter sui sanctitatem ab omnibus carus habebatur ut post Theodardum eius magistrum in episcopum Traiectensem ecclesie meruit promoveri. Quem Childericus rex plurimum diligebat et pre omnibus episcopis semper eum habebat carum. Sed crescente invidorum malitia sine causa eum impii expellentes honore debito privaverunt et Feramundum in eius cathedra statuerunt. Lamptus monasterium ingressus per octo annos ibidem optime conversatus est. Quadam vero nocte ad orationem surgens per ignorantiam in pavimento [illegible] quod audiens abbas dixit quicumque fuit sonum sonum fecit statim vadat ad crucem. Tunc Lamptus illico nudis pedibus in cilicio ad crucem currit ubique tamen diu in nive et glacie fixus stetit donec fratribus post matutinas se calefacientibus abbas eum deesse cognovit et audiens a quodam fratre quod ad crucem iussisset eum introduci fecit et abbas veniam cum monachis postulavit. Ille vero non solum clementer indulsit sed etiam de bono patientie sublimiter predicavit. Post VII annos Feramundus expulsus est et sanctus Lamptus iubente Pippino ad sedem propriam est reductus. Qui autem sicut prius verbo et exemplo polleret, insurgentes in eum duo maligni eum graviter infestari ceperunt, quos amici episcopi sicut merebantur occiderunt. Eodem tempore Lamptus Pippinum de quadam meretrice quam tenebat plurimum increpavit. Dodo autem cuius consanguinei eorum qui occisi fuerant, domesticus aule regie, congregato exercitu domum episcopi circumquaque obsedit volens occisorum necem vindicare in sanctum Lamptum. Hic cum puer Lampto in oratione posito intimasset, ille confisus in domino ut eos expugnaret mucronem eripuit, sed ad se rediens gladium de manu proiecit, melius iudicans persistendo et moriendo vincere quam ut sacras manus de impiorum sanguine maculasset. Tunc vir dei suos admonuit ut peccata sua confiterentur et mortem patienter sustinerent. Statimque impii irruentes in sanctum Lamptum in oratione prostratum interemerunt circa annos domini CC LXXX. Quo discedentibus quidam ex eius famulis evadentes corpus eius occulte ad kathedralem ecclesiam perduxerunt et multa civitatis mesticia sepulture dederunt.

Matheus binomius extitit scilicet Matheus et Levi. Matheus interpretatur festinationis donum vel donator consilii, vel dicitur Matheus a magnus et theos quod est deus quasi magnus dei, vel a manus et theos quod est deus quasi manus dei. Fuit enim donum festinationis per festinam conversionem, donator consilii per salubrem predicationem, magnus deo per vite perfectionem, manus dei per evangelii conscriptionem. Levi interpretatur assumptus vel applicatus sive additus aut appositus. Fuit enim assumptus ab exactione vectigalium, applicatus numero apostolorum, additus consortio evangelistarum, appositus theologo studio et kathalogo martirum.

Matheus apostolus in Ethiopia predicans in urbe que dicitur Nadavar duos magos scilicet Zaroen et Arphaxat reperit qui homines suis artibus dementabant ut quoscumque [illegible] pravae malitiae qui nimia superbia proruperunt ut se quasi deos ab omnibus facerent adorari. Matheus autem apostolus praedictam civitatem ingressus et eunuchum Candacis reginae quem Philippus baptizaverat hospitatus illorum magorum praestigia detegebat ut quicquid ipsi facerent hominibus in perniciem hoc ipse converteret in salutem. Eunucho autem interrogante Matheum quomodo tot linguas loqueretur et intelligeret, exposuit ei Matheus quod spiritu sancto descendente omnium linguarum scientiam recepissent ut sicut illi qui per superbiam turrim usque ad coelum construere volebant per confusionem linguarum ab opere cessaverunt, sic apostoli per omnium linguarum scientiam turrim non de lapidibus sed de virtutibus construunt per quam omnes qui crederent et baptizati fuerint in coelum possent ascendere. Tunc venit qui diceret magos illos cum duobus draconibus advenisse qui ignem sulphureum ore et naribus evomentes cunctos homines necabant. Apostolus autem signo crucis se muniens ad eos securus exivit, quem mox ut dracones viderunt ante eius pedes obdormierunt protinus. Dixit quoque magis: Ubi est ars vestra? excitate eos si potestis. Ego autem nisi dominum rogassem quod in me cogitaveratis in vos protinus retorsissem. Cum autem populus convenisset, in nomine Iesu Christi draconibus ut abirent praecepit et nullum laedentes protinus abierunt. Coepit quoque populo de gloria paradisi terrestris magnum sermonem facere asserens omnibus montibus eminere et propinquum coelo esse, spinas et tribulos ibi non esse, rosas ibi non marcescere, senectutem ibi non evenire sed homines semper iuvenes ibi manere, angelorum ibi organa sonare, aves vocatas statim obedire. De hoc autem paradiso terrestri dixit hominem eiectum esse sed per Christi nativitatem in paradisum revocatum esse. Et cum haec apostolus

[illegible] filius regis [illegible] praeoccupatus quem cum magi suscitare non possent suadebant regi quod in deorum consortium raptus est. Et ideo simulacrum et templum sibi erigi oporteret. Dictus autem eunuchus magos custodiri faciens apostolum advocavit qui orans statim eum suscitavit. Quapropter rex nomine Egippus hoc viso per universas suas provincias misit dicens: Venite et videte deum in effigie hominis latentem. Venerunt igitur cum coronis aureis et diversis sacrificiis volentes sibi sacrificare, quos Matheus compescuit dicens: Viri, quid facitis? Ego deus non sum sed servus domini Iesu Christi. Illi igitur de auro et argento quod secum detulerant ipso iubente magnam ecclesiam fabricaverunt quam infra triginta dies consummaverunt, in qua apostolus triginta annis residens totam Ethiopiam ad fidem Christi convertit. Rex autem Egippus cum uxore sua et toto populo suo baptizatus est. Ephigeniam quoque filiam regis apostolus deo dedicatam pluribus virginibus praefecit. Post hoc autem Hirciacus regi successit et virginem Ephigeniam concupiscens dimidium regni sui apostolo promisit si eam ad suum coniugium faceret consentire. Cui apostolus ait ut iuxta morem praedecessoris sui die dominica ad ecclesiam veniret et praesente Ephigenia cum ceteris virginibus quam bona sint iusta coniugia audiret. Quod rex audiens cum gaudio festinavit putans quod Ephigeniam vellet ad votum suadere. Matheus igitur virginibus et omni populo congregatis de bono matrimonii diu locutus a rege autem multum est laudatus credens quod hoc faceret ut virginem animaret ad consensum matrimonii. Ve [illegible] tuo sermone [illegible] sit matrimonium si salvis fide [illegible]. Unde satis astantes quod si regis sponsam alicuius servorum usurpare presumeret non solum regis offensam sed mortem insuper mereretur non quia uxorem duxisse probatur sed quia sponsam domini sui accipiens eius matrimonium violasse dicitur. Ita et tu rex sciens Epigeniam regis eterni sponsam fuisse effectam et sacro velamine consecratam quo poteris sponsam potentioris te tollere et tuo matrimonio copulare. Quo audito rex pre ira insaniens furibundus abscessit. Apostolus autem intrepidus et constans exhortatus omnes ad constantiam confortat et Epigeniam totam se timore prostratam cum ceteris virginibus benedixit. Post missarum autem sollempnia rex spiculatorem misit qui iuxta altare Matheum stantem et expansis in celum manibus orantem misso a tergo gladio interfecit et martirem consecravit. Quod populus audiens ad palatium regis incendendum cum impetu properavit sed a presbiteris et dyaconibus vix detenti apostoli martirium cum gaudio celebraverunt. Rex ergo cum nec per matronas ad eam inductas nec per magos Epigeniam non posset aliquatenus inmutare totam domum eius igne copioso vallavit ut ipsam cum ceteris virginibus cremaret. Apostolus autem eisdem apparens omnem ignem ab eius domo excussit qui erumpens regis palatium invasit et solo rege vix cum unico filio evadente cuncta consumpsit. Statimque filius eius a demone arreptus patris crimina confessus ad sepulcrum apostoli properavit. Pater vero turpissima lepra percussus cum curari non posset manu propria se gladio interemit. Populus autem fratrem Epigenie ab apostolo baptizatum regem constituit qui per annos sep-

[illegible] ampliavit et totam provinciam Ethiopie fide Christi implevit. Zaroes vero et Arphaxat ab eo die quo apostolus regis filium suscitavit in Persidem fugierunt sed Symon et Iudas ibidem eos vicerunt. Notandum quod in beato Matheo quatuor principaliter considerantur. Primum est obediencie velocitas quia ut eum Christus mox vocavit statim theoloneum reliquit nec dominos suos rationes vectigalium imperfectas timens et Christo per fidem reliquit adhesit. Hac velocitate obediencie pro occasionem erroris quidam sibi assumpserunt sicut recitat Ieronimus super originali predicto loco dicit. Arguit in hoc loco Porphirius et Iulianus Augustus vel imperitiam hystorici vel stulticiam eorum qui statim secuti sunt Salvatorem quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem sint secuti. Cum tante virtutes tantaque signa precesserunt que apostolus antequam crederent vidisse dubium non est. Certe fulgor ipse et maiestas divinitatis occulte que etiam in humana facie relucebat ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide hec esse vires creditur ut anulos et festucas sibi copulet quanto magis dominus omnium creaturarum trahere ad se poterat quos volebat. Secundum eius largitas sive ~~liberalitas~~ liberalitas quia statim ei fecit convivium in domo sua quod quidem convivium magnum tamen non fuit ratione lautie apparatus sed etiam fuit magnum ratione [illegible]. Primo quia cum magno affectu et desiderio ipsum suscepit. Secundo ratione misterii quia illud convivium fuit indicativum misterii quod exponit glossa super Lucam dicens qui domicilio Christum suscipit intrinsecus maximis exuberationum [illegible] precepta in / Tunc venit dominus qui ille magna gaudet dominica. Venit misericordiam volo et non sacrificium et non egent medico qui sani sunt / Sed qui male habebant Tercia vere humilitatem quia in agim dispensantes pietatem fuerunt salutis Christus. Tertio eius humilitas que apparuit in duobus primo in hoc quod se publicanum manifestavit / Ceteri Evangeliste ut dicit glosa verecundie causa et Ewangeliste / honore nomen vulgatum non ponunt / Ipse autem secundum quod scriptum est iustus in principio accusator est sui Matheum se et publicanum nominat ut ostendat nullum conversum debere de salute desperare / Eum apostolus et Ewangelista de publicano repente factus sit / Secundo ad hoc quod ad suas primicias parcus fuit quando eum farisei murmurabant quod Christus ad hominem peccatorem descendisset potuisset eis Matheus videlicet ac dicere Vos potius misera ac peccatores estis qui vos arbitrantes iustos medicum refugitis / Ego autem peccator non volo dici quia ad medicum salutis confugi et ei vulnus meum non abscondi / Tercio certum est eciam ipsius in ecclesia magna solempnitas eius cum eius precellit Evangelistis magis in ecclesia Evangelista sicut et Petrum David et populo / Paulus in ecclesia recitatur Cuius est hoc quod teste Iacobo tria sunt genera peccatorum scilicet peccatum luxurie / superbie et avaricie / peccato superbie peccavit Saulus a Paulo rege superbo dictus quia ecclesiam dei supra modum persecutus est / peccato luxurie peccavit David rex qui adulterium commisit et preter ipsam adulteram fidelissimum suum militem occidit / peccato avaricie peccavit Matheus qui per avaricia lucris per temporalibus inhiabat

[illegible] abdita fuit [illegible] ad atque esset amore quem in quo frequentissime et devotissime beate virgini serviuit. Cum vita sua in ordine triginta annis ieiuniis et orationibus et aliis bonis operibus consummasset, dyaboli calliditate corrupta carnis adhesit clerico tam diu quousque tumor latere non potuit, quia secundum evangelium nichil occultum quod non revelet. Sorores eam senserunt per multa signa impregnatam. Unde pariter apud suum abbatem accusarunt. Cum autem tempus pariendi eius instaret et abbas claustrum visitare intendebat, ecce sentiens abbatissa assumpta sibi una domina que omnia secreta eius sciuit et accessit ad altare virginis gloriose lacrimando et dicendo: O mater mee adsis consolatrix omnium in tribulatione positorum, famulam tuam protege, incipiam tibi committo. Et circa oratione finita peperit filium speciosissimum et dum peperisset dixit collaterali sue: Domina filia quid faciemus de puero isto, quia si incipiet vagire omnis ero confusa. Unde potius volo ut puer occidatur quam perveniret meo honore. Ad quam illa domina: Puer ille vester est, faciatis de eo quicquid volueritis. Illa videns me quod puer meus sit et peccatum et apprehendit puerum volens eum occidere. Statim puer incipiens ridendo dixit: Mater desine et si non vis propter vite mee quam a te recepi, parce saltem anime mee quam mihi deus contulit et suo sanguine redemit. Ad cuius vocem mater mirum facta fuit quod puer de manibus eius in sinum suum cecidit. Statim apparuit quedam domina pulcherrima et eis ignota que recepit puerum et dixit: Nemo tanta caligine est pollutus cui sit venia deneganda. Tu peccasti, quiesce nec abicias item, quia cor contritum et humiliatum deus non despicit. Et assumpto sibi puero recessit dicens: Mater omnium gratie genitrix tua respondit et non vult quod servicium tuum quod ei impendisti a iuventute tua pereat que scilicet

puerorum vir [illegible]
devote nutriendum commisit. Cum
visitacionis claustri venisset et abbatis-
sam cum aliis duabus examinasset inventa
est que non peperisset. Abbas abbatissam
cum aliis sororibus revocavit et ab-
batissa confessa est rei veritatem et eventum fle-
do cum contricione magna. Cui abbas
penitentiam iniunxit quam ipsa diligentissime
complevit et ulterius peccare cavit. Puer
autem de iussu heremite baptisatus est Bur-
chardus denominatus est qui crevit et mul-
tum obediens erat et ipsi heremite quem
semper pro patre habuit. Tandem quod iussu
heremite beate virgini omni die genicu-
lando quinquaginta Ave Maria ad laudem
beate Marie dixit. Tandem positus est
ad scolas qui in sciencia et virtutibus multum
profecit et ita delicatus erat facie et fa-
cundus lingwa quod omnes cives et ammisse
eum pre aliis scolaribus pauperibus di-
lexerunt et nulli tantum quantum sibi de ele-
mosina dabant. Unde consuetudinem tenuerunt
~~dne~~ due quod semper cum elemosinas da-
bant interrogabant si ibi Burcardus
esset. Eciam omnes torte que propter deum
prestabant sibi dabantur. Unde a suis
contubernalibus nuncupatus fuit Burchardus
scolaris tortarum. Iste puer intantum profecit
in duodecim annis quod similis sibi non
inveniebatur et iam incepit legere
propter deum pauperibus lectiones. Cumque una
dierum coram ymagine beate virginis ora-
ret allocuta eum fuit ymago beate
virginis dicens: In magnis magnum ca-
piunt flumine minimi. Audito verbo sta-
tim ivit ad heremitam quem semper pro
patre habebat et visionem sibi expli-
cavit. Cui dixit per hoc verbum te
intellige ad scolas meliores ire.
Puer statim obtenta licencia ad sco-
las arripuit iter et ibique quindecim
annis continuavit et in septem artibus
liberalibus profecit. Tandem propter suam
scienciam et bonos mores electus fuit

[illegible]
postea in episcopum electus. Cum vero septem annis
illo officio fideliter prefuisset visitavit he-
remitam patrem suum et cum ibi pluribus diebus mo-
ratus fuisset decumbere cepit tam acriter
quod omnis medicina in eo desperabat et eum in
eadem infirmitate moriturum indicabat. Cum
episcopus intelligens sepulturam in claustro
in quo adhuc mater vivit elegit. Precedenti
die cum mater eius coram ymaginem beate virginis
geniculando oraret allocuta fuit eam
vox sic quod ymagine dicens: Dispone de
salute anime tue quia cum filio tuo quem iugu-
lare voluisti itura es cras ad celum. Per
hanc vocem ammonita prius confessa fuit. Eo
tempore fama ventilabat episcopum esse mortuum
et dum ad claustrum deferretur et sorores
super eum vigilias decantarent quibus com-
pletis adhuc omnibus astantibus sororibus
elevavit episcopus manum dexteram in altum
et inventa fuit una carta in manu eius
litteris aureis scripta de origine nativitatis
sue quomodo mater eum concepisset peperisset et iu-
gulare voluisset et quomodo virgo beata puerum
salvasset et heremite nutriendum commisisset.
Quo audito mater super puerum cecidit dicens
iste est puer meus et statim mortua corruit
et non est dubium quin ipsa cum filio suo episco-
po ducta fuit ad celestia gaudia. Unde invo-
cate virginem gloriosam que omnes sperantes
in se non dereliquit.

f

ranciscus prius dictus est
Johannes sed postmodum mu-
tato nomine Franciscus vocatus
est. Cuius commutacionis multi-
plex causa fuisse dicitur. Primo racione
miraculi commutandi lingwam cum gallicam
miraculose a deo accepisse cognoscitur.
Unde legitur in legenda sua quod semper cum ardore
spiritus sancti repleretur ardencia verba foris
eructuat gallice loquebatur. Secundo racione
officii divulgandi. Unde in legenda dicitur
quod divina providencia sibi vocabulum in-
didit ut ex quo singulari et inconsueto
nomine opinio ministerii eius eo cicius innotesceret

[illegible] vite est [illegible] hoc docet intelligi quod ipse per se et per filios suos multos servos peccati et dyaboli debeat francos et liberos facere. Secundo ratione magnanimitatis in corde. Nam franci a feritate sunt dicti quia eis inest naturalis feritas et magnanimitas animorum. ~~Sex~~ Tercio ratione virtuositatis in sermone quia eius sermo ad instar securis vicia incidebat. Quarto ratione honestatis in conversatione. Dicuntur enim francisce signa quedam ad instar securium que Rome ante consules ferebantur que erant in terrore et honore.

f

ranciscus servus Jesu Christi in civitate Assisi ortus et negociator factus fere usque ad xx sue etatis annum tempus suum vane vivendo consumpsit. Quem dominus infirmitatis flagello corripuit ac in virum alterum mutavit ita quod iam spiritu prophetico pollere cepit. Nam ad quandam vicem ipse cum pluribus captus a Perusinis diro fuisset ~~carce~~ carceri mancipatus, dolentibus aliis hic solus exultat. Redargutus super hoc a concaptivis respondit: Scitote me exultare, quia adhuc sanctus per totum seculum adorabor. Quadam vice Romam causa devotionis proficiscens vestimenta sua deposuit et pauperis cuiusdam vestimenta induit, ante ecclesiam sancti Petri inter pauperes sedit et cum eis velut unus ex illis avide manducavit, et sepius simile fecisset nisi notorum verecundia impedisset. Antiquus hostis eum a salubri consilio conabatur avertere et feminam quandam sue civitatis monstruose gibbosatam cordi eius immittit ut resipiscat a ceptis, similem se factum iri monstrans. Sed a domino confortatus audivit: Francisce, amara pro dulcibus sume et teipsum contempne si me cupis agnoscere. Quendam igitur leprosum obvium habens, cum huiusmodi homines naturaliter abhorreret, verbi divini tamen memor oraculi accurrens in oscula eius ruit, et post se ille statim disparuit. Quapropter ad leprosorum habitacula et eorum manus devote osculans pecuniam donavit. Ecclesiam sancti sancti Damiani ecclesiam orationis causa ingreditur,

[illegible] alloquitur: [illegible] vade repara domum meam que ut cernis tota destruitur. Ab ea igitur hora anima eius liquefacta est et crucifixi passio eius cordi mirabiliter est infixa. Insistit sollicite ecclesie reparande et venditis que habebat, cum pecuniam cuidam presbitero traderet et ille timore parentum recipere recusaret, eam coram ipso Franciscus tamquam pulverem vilipendit. Quapropter a patre ligatus et captus pecuniam eidem restituit ac vestem patri resignavit. Advocat igitur famulus dei quendam simplicem virum quem loco patris suscipiens rogat ut cum pater eius maledicta congeminat, ipse contrario benedicat. Frater eius carnalis hyemali tempore Franciscum vilibus panniculis tectum orationi vacantem et tremebundum videns ait cuidam: Dic Francisco ut de sudore saltem unam guttam nummi sibi vendat. Quod ille audiens alacriter inquit: Revera hanc ego domino meo vendam. Quadam vero die cum audiret ea que dominus discipulis suis ad predicandum mittens locutus est, statim ad universa servanda tota virtute consurgit. Solvit calciamenta de pedibus, tunica una vili induitur et pro corrigia mutavit funiculum. Tempore nivis frigido per silvas ambulans a latronibus capitur, et ab eis quis sit requisitus preconem dei se esse asseruit, quem illi arripientes in nivem proiciunt dicentes: Iace hic in nive rustice preco dei. Multi nobiles clerici et ignobiles layci spreta seculi pompa eius vestigiis adheserunt, quos pater sanctus docet evangelicam perfectionem implere, paupertatem apprehendere et per viam sancte simplicitatis incedere. Scripsit preterea evangelicam regulam sibi et suis fratribus habitis et habendis, quam dominus papa Innocencius confirmavit. Cepit ocius ferventius verbi sancti semina spargere et civitates et castella fervore mirabili circuire. Frater quidam erat qui tum a foris videbatur eximie sanctitatis sed tamen ad mod[illegible] ymaginar[illegible] qui in districtione silencium tenebat quod nec verbum nec nutibus confitebatur. Cumque ab omnibus laudaretur, vir dei illuc adveniens dixit: Dimitte fratres ne michi in eo dyabolica figmenta laudate. Moneatur bis vel semel in ebdomada confiteri. Quod si non fecerit, dyabolica temptacio est et decepcio fraudulenta. Monentibus illis fratribus digitum ori suo apposuit et caput concuciens [illegible] se confessorum [illegible] non post multum tempus ad vomitum rediit et facinorosis actibus vitam finivit. Confatigatus quodam itinere famulus dei dum asinum equitaret, dum socius eius scilicet frater Leonardus de Assisio similiter fatigatus cogitare cepit ac intra se dicere: non de pari ludebant parentes huius et mei. Et continuo vir dei descendens de asina dixit: Frater, non convenit me equitare et te peditem venire, quia nobilior me fuisti. Stupefactus frater ad pedes fratris procidit et veniam postulavit. Transeunte eo aliquando mulier quedam nobilis grato gradu sibi occurrit cum lassitudine et inter clausos anhelitus [illegible] quid eam requireret inquisivit. Et illa: Ora pro me pater, quia salubre propositum quod concepi viro meo impediente non consequor, sed in servicio Christi michi plurimum adversatur. Cui ille: Vade filia, cito de eo consolacionem accipies, et ex parte dei omnipotentis et mea sibi denuncia quod nunc tempus salutis post modum [illegible] equitatis ~~quadam~~ quam denunciate vir subito mutatur et continenciam pollicetur. Pro quodam rustico in quadam solitudine siti deficiente oracione impetravit continuacionem sitis. Quidam frater confamiliaris sibi secretum hoc sancto eius instigante retulit dicens: Hodie est aliquis servus dei super terram quo adhuc vivente non permittet dominus famem super homines descendere. Sic procul dubio fuisse narratur; sed illo sublato in contrarium condicio permutatur. Nam post felicem eius transitum predicto fratri apparuit dicens: Ecce iam venit fames quam donec vivere ego super terram dominus

[illegible] pauperi in festo pasche dum fratres mensam solito accuracius albis et vitris preparassent ut vir dei hoc est conspexisset, protinus gressum retrahens capellum cuiusdam pauperis qui tunc aderat capiti suo imposuit et baculum manu gestans foras aggreditur et ad hostium expectat ut amore dei peregrino pauperi et infirmo elemosinam suam largiantur. Vocatus pauper ingreditur et in terra solus [illegible] retro eius discum posuit in cinere. Quod videntes fratres stupore maximo sunt repleti, quibus ille: mensam vidi paratam et ornatam et pauperem hospitantem eundem adesse cognovi. Paupertatem in se et in aliis adeo diligebat ut paupertatem dominam suam vocabat. Sed qui pauperiorem ipse videt protinus invidebat et se ab ipso vinci timebat. Nam et dum die quadam pauperculum quendam obvium habuisset, ait socio: magnam verecundiam nobis intulit huius inopia et multum paupertatem reprehendit plurimum nostram. Pro meis diviciis pro una domina paupertate elegi et ecce amplius relucet in isto. Dum quidam pauper coram eo transiret et vir dei nimia fuisset compassione commotus, dixit ei socius: Et si hic pauper est, forsitan in tota provincia non est eo dicior voluntate. Cui vir dei dixit: Cito tunicam tuam depone et pauperi tribue et ad eius pedes prostratus culpabilem te proclama. Cui ille protinus obedivit. [illegible] vite tres mulieres specie et habitu per omnia similes obvias habuit que eum taliter salutaverunt: Bene veniat domina paupertas. Et continuo disparuerunt et ultra vise non sunt. Cum ad civitatem Aretii devenissent et ibi bellum intestinum motum fuisset, vidit vir dei de burgo super terram illam demones exultantes, vocansque fratrem suum nomine Silvestrum dixit ei: Vade ad portam civitatis et dic demonibus ut portam exeant ex parte dei omnipotentis. Pape, Aretini festinans ad portam valenter clamavit: Ex parte dei et iussu patris nostri Francisci discedite demones universi. Sic ergo omnes cives post modum ad concordiam reducuntur. Predictus autem Silvester dum adhuc sacerdos secularis esset vidit in sompniis crucem auream quo ore Francisci procedentem, cuius summitas celos tangebat, cuius brachia in tanta pecunia vivens [illegible] paucis cingebat. Compunctus sacerdos penitus mundum deseruit et viri dei perfectus imitator ~~deseruit~~ effectus est. Existente viro dei in oratione dyabolus eum ter proprio nomine vocat. Cui sanctus cum respondisset adiecit: Nullus est adeo in hoc mundo peccator cui si conversus fuerit non indulgeat dominus, sed quicumque se ipsum penitentia dura necaverit misericordiam in perpetuum non inveniat. Continuo sanctus Christi per revelationem cognovit insidias inimici qui nisus fuerat eum ad teporem inducere. Cernens autem hostis antiquus quia sic non prevaluit gravem carnis temptationem ei immittit. Quod vir dei sentiens veste deposita cordula durissime se verberabat dicens: Eya eya frater asine sic te manere opportet, sic subire flagellum. Et cum temptatio ~~nequa~~ nequaquam discederet, foras egressus in magnam nivem se dimisit nudum, accipiensque nivem in modum pile septem composuit glebas quas sibi proponens cepit alloqui corpus: Ecce magis est maior uxor tua, iste quatuor sunt duo filii et due ancille, reliqui duo servus sunt et ancilla. Festina igitur omnes induere quia frigore moriuntur. Si autem eorum est multiplex sollicitudo et molestat te, uni domino servi. Illico dyabolus confusus abscessit et vir dei domum glorificans in cellam rediit. Cum autem ad dominum cardinalem sancte crucis ab eo rogatus apud eum aliquamdiu moraretur, nocte quadam demones ad eum venientes eum gravissime verberaverunt. Vocans igitur socios et rem ipsis manifestans dixit: Demones sunt castellides domini mei quos destinat ipse ad puniendos excessus. Ego vero offensam non recolo quam per misericordiam dei satisfactione per me non laverim. Sed forte ideo me castellides suos in me misit irruere quia maneo in curiis magnatum, quod forsitan fratribus meis bonam suspicionem non generat, qui forte ~~non~~ estimant me deliciis abundare. Et surgens summo mane inde recessit. Existente eo aliquando in oratione vidit ~~sup~~ super tectum domus catervam demonum cum strepitu discurrentem, qui totis foras [illegible] et crucis signum sibi imprimens ait: Ex parte dei omnipotentis vobis dico, demones, ut quicquid vobis permissum est in meo corpore faciatis, libenter enim sustinebo, cum maiorem inimicum corpore vindicabitis me de adversario meo dum in ipso me vivente ultionem percipietis. Confusi igitur demones recesserunt. Frater quidam viri dei socius in extasi factus inter ceteras celi sedes unam dignissimam et mirabili gloria prefulgentem, quam cum miraretur cui tam pulchra sedes servaretur, audivit: Sedes ista unius de ruentibus principibus fuit et nunc humili Francisco servatur. Et egressus ab oratione virum dei interrogavit dicens: Quid de te estimas, pater? Et ille: Videor michi maximus peccator. Statimque in corde suo spiritus dixit: Cognosce que fuit visio quam vidisti, quia ab sedem per superbiam perditam humilitas levabit. In visione hominis dei super se ~~seraphim~~ seraphim crucifixum conspexit, qui sibi crucifixionis sue signa sic evidenter impressit ut crucifixus videretur, et ipse consignatur super manus et pedes et latus crucis caractere. Sed diligenti studio ab omnium oculis ipsa stigmata abscondebat. Quidam sic hoc in vita viderunt, sed in morte plurimi conspexerunt. Quod autem stigmata hec per omnia vera extiterant multis miraculis clarum est, quorum duo que post eius obitum contigerunt inserere sufficiat. In Apulia quidam vir nomine Rogerius cum imaginem sancti Francisci staret, cogitare cepit dicens: Est ne hoc verum quod tali claruisset miraculo, an quod pia fuisset illusio sive suorum fratrum simulata inventio? Quod dum mente revolveret, subito sentiens sonum quasi spiculum proiicientis de balistica, sensit quod in sinistra manu se graviter vulneratum, sed cum in cyrotheca nulla illius lesionis appareret, cirotecam de manu extraxit et grave vulnus quasi sagitte ~~co~~ conspexit, ex quo tanta vis procedebat ardoris ut totus ardore et dolore deficevideretur. Cumque penitus [illegible] casa videat stigmata omnibus testatur post duos dies quod dictum sanctum Dei per sua stigmata comprobasset, fuit continuo liberatus. In regno quoque Castellae cum quidam vir sancto Francisco devotus ad completorium pergeret ab insidiis ad mortem alterius ibi positis errore impetitur et letaliter vulneratus semivivus relinquitur. Demum gladium in gutture crudelis luctator infixit et extrahere non praevalens recessit. Fit undique concursus et clamor et ab omnibus mortuus plangitur. Cum autem media nocte campana fratrum pulsaretur ad matutinas, vox clamare coepit: Ehi domine, surge et vade ad matutinas quia campana vocat te. Statim ille manum elevans innuere alicui coepit ut gladium extraheret, et ecce videntibus omnibus gladius validissimi tractus pugilis manibus eminus prosilit. Statimque ille perfecte sanatus se erexit dicens: Sanctus Franciscus adveniens sua stigmata vulneribus meis apponens eorum suavitate cuncta vulnera delinivit et contactu mirifice solidavit. Cumque vellet discedere, sibi innuebam ut gladium abstraheret, quia aliter loqui non valebam, qui statim apprehendens valde projecit ac stigmatibus sacris vulneratum guttur demulcens perfecte sanavit. In urbe Roma clara illa duo luminaria scilicet beatus Dominicus et Franciscus coram domino Hostiensi qui postea fuit papa adessent, dixit eis Hostiensis: Cur non facimus de fratribus vestris episcopos et praelatos qui documento et exemplo ceteris praevalent? Fit inter sanctos de responsione longa contentio. Vicit tandem humilitas sancti Francisci ut se non praeponeret, vicit et Dominicum qui prius respondendo humiliter obediret. Dixit ergo beatus Dominicus: Domine, bene si cognoscunt sublimati sunt fratres mei, nec pro meo posse permittam ut aliud assequantur speciem dignitatis. Post quem sanctus Franciscus dixit: Domine, ideo minores dicti sunt fratres mei ut maiores fieri non praesumant. Columbina simplicitate plenus omnes creaturas ad creatoris hortatur amorem, praedicat avibus, auditur ab eis, tangitur ab eo et non nisi licentiate recedunt. Hirundines dum eo praedicante garrirent, ipso imperante protinus conticescunt. Apud Portiunculam iuxta cellam eius cicada in ficu residebat et frequenter canebat, quam vir Dei manum protendens vocavit dicens: Soror mea cicada, veni ad me. Quae statim obediens super eius manum ascendit. Cui ille: Canta soror mea cicada et dominum tuum lauda. Quae protinus canens non nisi licentia recessit. Parcit laternis, lampadibus et candelis, nolens sua manu deturpare fulgorem. Super petras reverenter ambulat eius intuitu qui dicitur petra. Legit de via vermiculos ne transeuntium pedibus conculcentur, et apibus in cella ne pereant glacie hiemali mel et optima vina iubet apponi. Fratris nomine omnia animalia vocabat, miro et ineffabili replebatur gaudio. Amore vocabat coronam sibi magnam fieri prohibebat dicens: Nolo ut fratres mei simplices partem habeant in capite meo. Vir quidam adhuc saecularis vidit servum Dei Franciscum cum duobus transversis ensibus valde fulgentibus in modum crucis signatum, quorum unus a capite usque ad pedes, alius a manu per pectus transversaliter protendebatur. Crucem licet numquam vidisset, tali indicio compunctus ordinem intravit et vita feliciter consummavit. Cum infirmitatem oculorum ex fletu nimio incurrisset, suadentibus quod abstineret a lacrimis sic innuit: Non est ob amorem luminis quod habemus cum muscis commune lucis visitatio repellenda. Cum autem a fratribus urgeretur ut pateretur infirmitati visus remedium adhiberi, et medicus instrumentum ferreum igne candens in manu teneret, vir Dei ait: Frater ignis, esto mihi in hac hora propitius et curialis. Precor dominum qui te creavit ut tuum mihi calorem temperet. Et haec dicens signum crucis contra illud edidit, profundato quod illo in tenera carne ab aure usque ad supercilium nullum ut retulit dolorem sensit. Apud heremum sancti Urbani servo Dei validissima infirmitate laborans et [illegible] sentiens pro aliud postulasset sed vinum nichil adesset aut latam sibi aquam signo crucis edito benedixit aquam que in optimum vinum conversa quod defectu loci paupertas non potuit viri sancti puritas impetravit ad cuius gustum subito convaluit. Malebat ad se vituperium audire quam laudem et ideo cum populus in eo multam sanctitatem extolleret precipiebat alicui fratri ut verba ipsius vilificantia suis auribus inculcando proferret. Cum frater ille licet invitus ipsum rusticum et mercenarium imperitum et inutilem diceret exhilaratus dicebat Benedicat tibi deus quia verissima loqueris et talia me decet audire. Non tam famulus dei preesse voluit quam subesse nec tam precipere ~~quam~~ sed obedire. Ideo generali cedens officio guardianum petiit cuius voluntati per omnia subiaceret. Fratri quoque cum quo solitus erat ire semper promittebat obedientiam et servabat. Cum autem frater quidam contra legem obedientie aliquid fecisset et signa penitentie haberet vir autem dei ad aliorum terrorem eius capucium in ignem proici iussit. Cumque per horam capucium in medio ignis fuisset precepit cum ei et fratri restitui. Contraxit igitur capucium de medio flammarum nullum signum adustionis vestigium. Quodam tempore per paludes Venetiarum transiens invenit maximam multitudinem avium cantantem in palude. Dixitque ad socium suum Sorores aves laudant creatorem suum eamus et in medio earum horas canonicas domino decantemus. Quibus intrantibus aves mote non sunt sed cum ob nimium garritum ad invicem se audire non poterant dixit Sorores aves a cantu cessate donec laudes debitas domino persolvamus. Quibus tacentibus finitis laudibus licentiam cantandi dedit et statim cantum suum more solito resumpserunt. Invitatus in mensa a quodam milite dixit ei Frater hospes meis monitis acquiesce peccata tua confitere quia cito alibi manducabis. Qui statim acquiescens domui sue disposuit et penitentiam salutarem accepit cumque ad mensam intraret subito hospes expiravit. Cum quandam multitudinem avium repperisset et eas velud racionis participes salutasset [illegible] laudare creatorem vestrum qui plumis vos induit et pennas ad volandum tribuit aeris puritatem concessit et sine vestra sollicitudine vos gubernat. Aves iam ceperunt versus eum contendere colla protendere alas aperire rostra et illum attente respicere. Ipse vero per medium earum transiens tunica contingebat easdem nec tamen aliqua de loco est mota donec licentia data omnes simul evolaverunt. Cum castrum aliquod ingrediens predicaret pre garritu hirundinum ibidem nidificantium audiri non poterat quibus ille Sorores hirundines iam tempus est ut loquar ego quia satis dixistis tenete silentium donec verbum dei compleatur. Cui continuo obedientes conticuerunt. Transeunte aliquando viro dei per Apuliam in via bursam magnam repperit denariis tumescentem quam socius videns voluit accipere ut pauperibus erogaret sed ille nullatenus permisit dicens Non licet fili aliena auferri. Sed cum ille vehementer instaret Franciscus paululum orans iubet ut bursam tollat que iam colubrum continebat. Quod videns frater timere cepit sed obedientie volens implere mandatum bursam manibus cepit et inde magnus serpens protinus prosiliit et ait sanctus Pecunia servis dei nichil aliud est quam dyabolus et coluber venenosus. Cum frater quidam temptacionem cogitare cepit quod si aliquod scriptum de manu patris habere potuisset ipsa protinus temptacio fugaretur sed cum sibi rem nullatenus aperire auderet quadam vice dei famulus vocavit eum dicens Porta michi fili cartam et atramentum quia laudes quasdam scribere volo. Quas cum scripsisset ait Accipe hanc cartulam et usque ad diem tuam et die mortis custodias diligenter. Statimque omnis temptacio ab eo recessit. Item quod frater cum [illegible]

iacet cogitare cepit Ecce mors ap-
propinquat et quam plurimum contristaretur
si post mortem careret tunica patris post
modicum tempus vocavit eum sanctus dicens
tibi trado tunicam istam ut post mortem
ipsam pleno iure habeas Cum autem
Alexandrie Longobardie in quodam
viro honesto hospitatus fuisset ab eo
rogatus ut pro evangelii observantia
~~de~~ de appositis de omni manducaret qui
eius devotioni assentiret Ille at-
tendens caponem preparat ad mandu-
candum Manducantibus illis infidelis
quidam amore dei elemosinam petiit
Mox quod vir dei nomen audiens bene-
dictum sibi membrum transmisit caponis
reservat infidelis datum et crastino
dum sanctus predicaret ostendit dicens
Ecce quales carnes comedit iste frater
quem ut sanctum honoratis nam michi hoc heri
tribuit sero Sed cum membrum caponis
piscis omnibus videretur velut insanus
ab omnibus increpatur quod ut ille vidi-
disset erubuit et veniam postulavit re-
deunte quod carnes ad suam speciem post-
quam rediit praviator ad mentem Quo
quadam vice ad mensam sedet et de pau-
pertate beate virginis et filii eius mentio
fieret protinus vir dei a mensa surgens
singultus ingeminat dolorosos et per-
fusus lacrimis super nudam humum
reliquum panem manducavit Sacerdota-
libus manibus quibus conficiendum corporis
domini sacramentum est collata potestas
magnam volebat reverentiam exhibere
unde et sepe dicebat si sancto cuique
de celo venienti et pauperculo cuique
sacerdoti venienti me contingeret
obviare ad sacerdotis manus deoscu-
landas citius me conferre et sancto dicere
Expecta sancte Laurenti manus enim
verbum dei contrectat et ultra humanum ali-
quod possidet Miraculis multis in vita
sua effulsit nam et panes sibi ad be-
nedictionem oblati multis infirmis attu-
lere salutem aquam in vinum convertit

[illegible] sanctitatem
tunicam recepit et multa alia miracula fe-
cit Cum vero ad dies iam appropinquaret
extremos longa infirmitate affectus super
humum nudam se poni fecit et fecit fratres
omnes ad se ibidem vocari et manus singulis
imponens omnes in presentia benedixit et
instar cene domini singulis panis buccellam
divisit Invitabat autem ut moris sibi erat
omnes creaturas ad laudem creatoris nam
et mortem ipsam cunctis terribilem et odiosam
hortabatur Et ei letus occurrens ad suum
obitum invitabat dicens Bene veniat soror
mea mors Ad extrema igitur horam
veniens obdormivit in domino Cuius animam
quidam frater vidit in modum stelle simi-
lem lune quantitate solis splendore Minister
fratrum nomine Augustinus in hora iam ultima po-
situs cum diu iam ~~enim~~ amisisset loquelam su-
bito clamans dixit Expecta me pater expecta
ecce iam venio tecum Querentibus fratribus quid
ait non videtis patrem meum Franciscum qui vadit
ad celum Et statim in pace obdormiens
patrem secutus est Cum quedam domina que beato
Francisco devota extiterat viam universe
carnis fuisset ingressa et clerici et presbiteri
feretro exequias celebrando assisterent subi-
to se erigit mox super lectum et unum de
astantibus sacerdotibus vocavit dicens volo
pater confiteri Ego cum mortua fueram
et diro carceri eram mancipanda
peccatum tibi pandam quod nondum confessa fueram sed
orante sancto Francisco pro me ad corpus
michi redire indultum est ut illo reve-
lato peccato veniam merear Statim quod ut illud
~~manifestavit~~ manifestavero in pace cunctis
videntibus requiescam Confessa itaque
et absolutione accepta mox in domino ob-
dormivit Fratres de Vicaria plau-
strum quoddam a quodam viro petierunt mu-
tuo ille indignatus dixit Ego potius
duos cum vobis excoriarem cum Francisco
quam plaustrum accommodarem Sed in se re-
versus semetipsum redarguit et blasphemie
~~per~~ penituit iram dei formidans mox
quod filius eius infirmatur et ad extrema
deducatur Cum filium defunctum videns

in terra volutabat et flens sanctum Franciscum invocans dixit: Ego sum quae peccavi, me flagellare debuisti. Redde, sancte, iam devotae poenitenti quem abstulisti impie blasphemanti. Mox filius eius revixit et surrexit et planctum prohibens ait: Cum mortuus essem, sanctus Franciscus per quandam viam longam et obscuram me ducens in quodam me viridario pulcherrimo collocavit ac deinde dixit mihi: Revertere ad patrem tuum, nolo te ultius hic detinere. Pauper quidam cuidam diviti debens quantitatem pecuniae rogavit ut amore sancti Francisci sibi terminum prorogaret. Cui ille superbe respondit: Tali inquit loco te includam ut nec Franciscus nec aliquis possit te adiuvare. Moxque illum ~~adiuvi~~ vinculatum in obscurum carcerem misit. Paulo post sanctus Franciscus affuit et fracto carcere ruptisque vinculis hominem incolumem ad propria remisit. Quidam miles sancti Francisci operibus et miraculis detrahens quadam vice cum luderet taxillos vesania et incredulitate plenus circumstantibus ait: Si Franciscus est sanctus, decem et octo in taxillis veniant. Mox in eis senarius apparuit et usque ad octo vices quolibet suo ictu tesseres accepit. Sed insaniam addens insaniae ait: Si verum est quod Franciscus iste sanctus sit, cadat corpus meum hodie gladio; si vero sanctus non est, evadam incolumis. Et ludo finito ut eius oratio fieret in periculum, cum nepoti suo intulerit iniuriam, ille gladium arripiens in viscera patrui infixit et eum protinus interfecit. Vir quidam tibiae sic perdito ut nullatenus in femore posset ire, sanctum Franciscum talibus vocibus acclamavit: Adiuva me, sancte Francisce, memento quod in asino meo te portavi, sanctos pedes tuos osculatus fui, et ecce morior doloris longo et durissimo cruciatu. Mox ille sibi apparens cum parvo baculo qui thau in se signum habebat locum doloris tetigit et fracto apostemate sanitatem recepit, sed signum thau super locum remansit. Hoc signo sanctus Franciscus litteras suas consueverat consignare. Cum in castro Pomereto in montanis Apuliae puella quaedam patri et matri unica mortua fuisset defuncta et mater sancto Francisco devota nimia tristitia fuisset absorpta, apparuit ei sanctus Franciscus dicens: Noli flere, quia lucernae tuae lumen quod deploras continuo mea tibi est intercessione reddendum. Mater igitur suscepta fiducia corpus continuo non permisit efferri, sed sancti Francisci nomen invocans et mortuam filiam apprehendens eam incolumem elevavit. In urbe Romana cum puer parvulus per fenestram cecidisset et penitus oppressisset, beatus Franciscus invocatur et vitae protinus restituitur. In civitate Syssa domus corruens quendam iuvenem oppressit et cadaver iam in lecto ad sepeliendum posuissent, mater sanctum Franciscum tota devotione qua poterat invocabat et ecce circa mediam noctem puer oscitavit et sanus surrexit atque in laudes verba prorupit. Frater Iacobus Reatinus cum in navicula parva flumen quoddam cum fratribus transisset et sociis iam super ripam positis postremo se ad navis exitum praeparat, revoluta navi ipse in profundum navis est demersus. Fratribus igitur pro liberatione submersi sanctum Franciscum invocantibus, ipse etiam toto corde ut poterat beati Francisci auxilium implorabat. Et ecce ipse frater super profundum sicut per aridam ambulabat et demersam naviculam capiens cum ea pervenit ad litus. Vestimenta autem eius madefacta non sunt, nec aqua gutta pertingerat ad ipsius tunicam aquae.

yonisius interpretatur vehementer fugiens. Vel dicitur Dyonisius vel Dyonisius a dyi quod est duo et nisus quod est elevatio, quasi secundum duo elevatus, scilicet secundum animam et corpus. Vel dicitur a dyone quod est dei pulchritudo et syos quod est deus, quasi pulcher domino. Vel ut quidam dicunt dicitur a dyonisia quae ut dicit Dyonisius est gemma valens contra ebrietatem. Fuit enim vehementer fugiens de mundo per perfectam abstractionem, elevatus per internorum contemplationem. Distinxit autem ipse in libro de divinis nominibus triplicem gradum contemplationis: primus est per simplicem manuductionem, secundus est per intellectualem operationem, tertius est per moderata vivicationem. Confuit etiam pulcher deo per decorem virtutis et valens precibus contra ebrietatem vitiorum. Hic autem cognomine variorum cuncta habuit. Vocatus est enim Ariopagita a vico in quo habitabat. Item dictus fuit theosophus id est divinus sapiens. Item a Grecorum sapientibus usque hodie dicitur pterigio tyrovani quod latine dicitur ala celi, quia in celum ala spiritualis intelligentie mirabiliter evolavit. Item dictus est macharius id est beatus. Item a patria dictus est Ionicus. Ionica autem ut ait Papias est una de linguis Grecorum. Vel Ionicus fuit quedam columbarum columnatio. Vel ionicus ut ipse dicit est pes qui habet duas correptas et duas productas, per quod ostenditur quod ipse fuit divinus sapiens per occultorum investigationem, ala celi per celestium contemplationem, beatus propter eternorum possessionem. Per alia ostendit quod ipse fuit mirabilis rector per eloquentiam, eius sustentator per doctrinam, brevis sibi per humilitatem, longus aliis per caritatem. Augustinus autem in libro viii de civitate dei inquit: Ionicum est genus philosophorum ytalicum, sed quod est ex parte Grecie Ionica. Quia ergo Dyonisius summus erat philosophus, ideo anthonomastice dicitur Ionicus. Eius vitam et passionem dictavit grece Methodius Constantinopolitanus, latine vero Anastasius apostolice sedis bibliotecarius, ut dicit Hincmarus episcopus.

Dyonisius Ariopagita a beato Paulo apostolo ad fidem conversus fuit. Qui Ariopagita a vico civitatis in quo habitabat fuisse dicitur. Ariopagus enim erat vicus Martis in quo templum eius erat. Athenienses enim singulos locos denominabant a diis quos colebant, et vicum in quo colebatur Mars vocabant Ariopagum, quia Arios dicitur Mars; vicum in quo colebatur Pan vocabant Panopagum, et ita a singulis diis singulos denominabant. Ariopagus autem erat vicus excellentie, quia ibi erat curia nobilium et scola liberalium artium. In hoc enim vico morabatur Dyonisius magnus philosophus, qui ob plenitudinem divinorum et sapientiam theosophus id est divinus sapiens dicebatur. Erat etiam secum Appollophanus eius conphilozophus. Ubi etiam erant Epycurei qui ponebant felicitatem in sola corporis voluptate, et Stoyci qui in sola animi virtute. In die igitur dominice passionis cum tenebre facte fuissent super universam terram, philosophi qui erant Athenis non potuerunt huiusmodi causam in causis naturalibus invenire. Non enim fuit eclipsis naturalis solis, tum quia erat luna a regione ad solem; eclipsis vero solet fieri tantum in synodo solis et lune. Luna autem tunc ~~erat~~ erat quindecima et ita in perfecta distantia a sole. Tum quia eclipsis non aufert lumen universis partibus terre. Tum quia per tres horas durare non potest. Quod autem illa eclipsis universis partibus terre lumen abstulerat, patet ex eo quod Lucas ewangelista dicit, et ex eo quod dominus universitatis patiebatur, quod apud Elyopolim Egipti fuit eo tempore quo fuit Rome et in Grecia sive in Asia minori. Quod autem fuit Rome testatur Orosius dicens: Cum dominus patibulo affixus est, maximo terre motu per orbem facto saxa in montibus scissa maximarumque urbium plurime partes plus solita concussione ceciderunt. Eodem quoque die ab hora diei sexta sol in toto obscuratus est, tetra nox subito terris obducta adeo ut stellas tunc diurnis horis vel potius horrenda nocte toto celo visas fuisse referatur. Hec Orosius. Confuit etiam apud Egiptum, et huius meminit Dyonisius in epistola ad Appollophanum dicens: Obfusi [illegible] universi tenebrare caligine tabescente, ubi puritatem reddidit solis dyametrum, regulam philosophandi accedencia assumpsimus. Tunc reperimus quod erat novissima solem pati molestiam non debere cernebat nescimus tantum in misterium quod in speculum doctrine Apollophani huic secreto ascribis ad quod tu michi ore divino et nothiam assensus sermone o bone Dyonisi divinarum permutationes rerum. Denique notatum scribe diem et annum annunciacionis que Paulus nostris auribus suspensum intonuit acclamatibus recordari corporis dedi veritatis manus et felicitatis solutus sum erroribus. Hec Dyonisius. Hunc eandem meminit in epistola ad Policarpum loquens de se et Apollophano dicens: Ambo apud Eliopolim tunc presentes et coastantes inopinabiliter soli lunam incidentem videbamus non enim erat congressionis tempus et rursus ipsam et nona hora usque ad vesperam ad solis diametrum supernaturaliter restitutam. Eclipsim autem vidimus in oriente inchoatam et usque ad solarem terminum pervenientem et postea regredientem et rursus non ex eodem et defectum et repurgacionem sed ex e contrario secundum diametrum factam. Hec Dyonisius. Tunc enim Dyonisius cum Apollophano vero astronomice disciplinae apud Eliopolim Egypti preerat et postea inde reversus est. Quod autem fuit in Asia testatur Eusebius in Cronica asserens se in dictis ethnicorum legisse quod in Bythinia que est in provincia Asie minoris fuit magnus terre motus et maior plus solito obscuratio solis quam umquam ante fuerat et quod die hora sexta ita in tenebrosam noctem conversus fuerat ut stelle in celo vise sint et quod in Nycena que est urbs Bythinie multas edes terre motus subvertit. Tandem ut in hystoria scolastica legitur philosophi ad hoc adducti sunt ut dicerent quia deus nature patitur. Alibi tamen legitur quod dixerunt aut ordo nature pervertitur aut elementa mentiuntur aut deus nature patitur et elementa sibi compatiuntur. Alibi vero dicitur quod Dyonisius dixit: Hec nox quam novam admiramur totius mundi veram lucem adventuram signat. Tunc Athenienses illi deo aram construxerunt et suppositum est ignoto deo. Singulis enim diis aliis titulis inscripcionem cuius esset dedicatum et cum vellet offerre holocausta et victimas dixerunt philosophi: Bonorum nostrorum non eget sed facientes genuflexiones ante aram eius supplicabitis ei quia non querit oblaciones ~~pecorum~~ pecorum sed salutem animarum. Cum ergo venisset Paulus Athenas Epicurei et Stoyci philosophi cum eo disputabant. Quidam dicebat quid vult seminator verborum hic dicere. Alii dicebant ~~hic dicere~~ novorum demoniorum videtur annunciator esse. Adducentes ergo eum ad vicum philosophorum ut nova doctrina ibi examinaretur dixerunt: Nova quedam infers auribus nostris volumus autem scire quid nam velint hec esse. Athenienses autem ad aliud nichil vacabant nisi aut dicere aut audire aliquid novi. Cum ergo Paulus singula deorum altaria perlustrasset et inter cetera altare dei ignoti vidisset dixit illis philosophis: Quem ignorantes colitis hunc ego annuncio vobis verum deum qui fecit celum et terram. Deinde dixit Dyonisio quem ceteris in divinis magis doctum videbat: Quis est Dyonisi ille deus ignotus? Cum Dyonisius: Ipse verus deus est qui inter deos non est demonstratus et nobis ignotus sed seculo futuro venturus et in perpetuum regnaturus. Et Paulus: Homo an tantum spiritus est? Et Dyonisius: Deus homo est et ideo incognitus est quia eius conversacio in celis est. Cum Paulus: Ille ipse est quem predico qui de celis descendit carnem assumpsit mortem sustinuit et die tercia resurrexit. Cum autem Dyonisius adhuc cum Paulo disputaret forte transiit cecus per viam coram eis statim quod dixit Dyonisius Paulo: Si dixeris huic ceco in nomine dei tui vide et viderit statim credam sed ne utaris verbis magicis quia forte nosti verba que hanc vim habent ego formam verborum tibi prescribam. In hac ergo forma verborum dices ei: In nomine Jesu Christi nati de virgine crucifixi mortui qui surrexit et ad celos ascendit vide[illegible] cio collectam. Paulus dixit Dyonisio ut ipse hec verba proferret. Quod ergo in eadem forma Dyonisius ceco ut videret dixit protinus visum recepit. Statim quoque Dyonisius cum Damari uxore sua et tota familia baptisatus est et fidelis effectus. Sic quod a paulo per triennium instructus Athenis episcopus ordinatus est ubi ille predicacioni insistens ipsam civitatem et maximam partem regionis illius ad fidem cristi adduxit. Huic paulus ea que in tercio celo raptus vidit revelasse dicitur sicut et ipse Dyonisius in pluribus locis insinuare videtur. Unde et de ierarchiis angelorum et ipsorum ordinibus dispositionibus et officiis tam luculenter et clare disseruit ut non putares ipsum hec ab alio didicisse sed ipsum potius eciam in tercium celum raptum fuisse et ibi hec omnia conspexisse. Prophecie spiritu claruit sicut patet in epistola qua misit ad Johannem ewangelistam in Pathmos insulam in exilio relegatum ubi prophetavit quod inde rediturus esset dicens. Gaude vere dilecte vere amabilis et desiderabilis et diligibilis valde dilecte cito de custodia que est in Pathmos dimitteris et ad terram Asie reverteris et facies ibi boni dei imitaciones et hiis qui erunt post te trades. Dormicioni interfuit beate Marie sicut in libro de divinis nominibus insinuare videtur. Cum autem audisset petrum et paulum Rome a nerone in carceribus detineri episcopum sibi substituit et ad eos visitandos accessit. Verum cum illi ad dominum migrassent et post mortem eorum per aliquod temporis spacium clemens resideret ab ipso Clemente in Franciam destinatur et sibi Rusticus et Eleutherius sociantur. Parisius igitur venit et ibi multos ad fidem convertit et eos diversis ordinibus collocavit. Tanta autem gracia celestis in eo emicuit quod sepius pontifices ydolorum populi contra eum [illegible] et populus ad eum ferociter sepe cum armis concurreret hoc illo viso aut omni feritate deposita se eius pedibus prosternebat aut nimio timore solutus fugiebat ab eius presencia. Sed dyabolus videns quod cottidie [illegible]

Domicianum imperatorem in tantam commovit demenciam ut preceptum daret ut quicumque christianum caperet aut ipsum sacrificare cogeret aut diversis suppliciis cruciaret. Prefectus igitur Fescenninus contra christianos Parisius a Roma directus beatum Dyonisium ipsis predicantem invenit. Statim quoque captum colaphisatum conspuitum derisum et loris durissimis ligatum cum sanctis Rustico et Eleutherio sibi presentari precepit. Cum igitur sancti coram illo in conspectu domini constantes astarent ecce quedam matrona nobilis venit et virum suum ~~Lu~~ Liberium tempore ab hiis magis deceptum asseruit. Pro eius itaque viro nuncius mittitur et in domini confessione perseverans iniuste necatur. Sancti vero a decem et septem militibus flagellantur. Deinde magno pondere cathenarum constricti carceri mancipantur. Sequenti die Dyonisius super cratem ferream suppositis flammis nudus extenditur ubi Dyonisius cantabat domino Ignitum eloquium tuum vehementer et servus tuus dilexit illud. Inde eripitur et ad bestias ferocissimas multo ieiunio provocatas proicitur. Sed cum in eum impetuose currerent signum crucis ~~eis~~ opposuit et mansuetissimas fecit. Deinde in clibanum iactatur sed extincto igne nil leditur. Cruci affigitur et diutissime ibidem torquetur. Inde depositus cum sociis suis et multis aliis fidelibus carceri mancipatur et cum ipsis communicaret dominus Jesus ei apparuit accipiens quoque panem dixit ei Accipe hec est caro mea quia mecum est maxima merces tua. Post hec iudici presentati iterum novis suppliciis mactantur et tria ipsorum capita cum securibus in confessione trinitatis percuciuntur. Statim quoque corpus sancti Dyonisii se erexit et caput suum inter brachia angelo duce et celesti lumine precedente per duo miliaria deportavit a loco scilicet qui dicitur mons martirum usque ad lo-

[illegible] sumentes [illegible] sepultione requiescit. Cantica autem ibidem angelorum melodia insonuit ut multi multos audierunt et crediderunt. Etiam Larcia prefati Lubrii uxor christianam se esse clamavit et mox ab impiis decollata in suo sanguine baptizata occubuit. Filius autem eius nomine Virbius Rome sub tribus imperatoribus militavit. Deinde Parisius rediens baptizatur et religiosorum uno sociatur. Dixerunt autem infideles ~~metuerunt~~ metuentes ne sanctorum Rustici et Eleutherii corpora christiani sepelirent, iusserunt ut in Sequana iacerentur et mergerentur. Matrona vero quedam nobilis ad prandium vectores invitavit et illis epulantibus sanctorum corpora furtive surripuit et in agro suo occulte sepeliri fecit. Que postea persecutione iam desistente et corpori beati Dionysii honorifice sociavit. Passi sunt autem anno domini XC vi° sub Domiciano etatis vero Dionysii cum cristus circa annos CCC xv. Tempore Lodowici legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani inter cetera munera detulerunt Lodowico filio Caroli magni libros de ierarchia de greco in latinum translatos qui cum gaudio sunt recepti decem et novem infirmi in ipsa nocte in ecclesia sunt curati. ~~Cum~~ Cum autem sanctus Regulus episcopus missarum solemnia celebraret apostolorum nominibus in canone recitatis adiunxit et beatis martiribus tuis Dionysio Rustico et Eleutherio. Quo dicto cum adhuc sanctos dei vivere crederet plurimum mirari cepit cum eorum nomina in canone sic nesciens protulisset. Et eidem miranti tres columbe apparuerunt super crucem altaris residentes quarum sanctorum martirum nomina habebant sub pectoribus suis sanguine inscripta. Quas diligenter intuens sanctos a corpore migrasse intellexit. Circa annum domini CC xl iii. Dagobertus rex francorum ut in quadam cronica habetur qui longe ante Pipinum regnaverat de sua pueritia diu cepit beatum Dionysium in magna reverentia et devotione cepit habere et quando iram patris metuerat ad ecclesiam sancti Dionysii fugiebat. Cum ergo iam prefatus rex mortuus fuisset cuidam sancto viro in visione monstratum est quod anima eius ad iudicium rapta fuit et multi sancti ecclesiarum suarum spoliatorem eum obiciebant. Cumque mali angeli eam rapere vellent ad penas affuit beatus Dionysius et eius interventu liberata est et penam evasit. Forte cum eius anima ad corpus rediit et penitentiam egit. Bladonius vero corpus sancti Dionysii irreligiose discooperuit et os brachii eius fregit atque cupide rapuit. Qui mox in amentiam raptus est. Notandum quod sanctus Hincmarus Remensis episcopus dicit in epistola quam misit ad Karolum quod iste Dionysius missus fuit ad Galliam Dionysius Ariopagita ut supra dictum est ipse testatur. Sed contra in epistola ad Carolum nec forte ratio pro computo temporis contradicit sicut aliqui dicere volunt.

Hedwigis beata de natione qui sceptra testate regnorum tamen in pago generosa processit magnifica namque Meranie duas filias huius fratres venerabiles patriarcham videlicet Aquileiensem Bambergensem episcopum et Moravie ducem. Habuit adhuc tres sorores venerabiles unam videlicet reginam Francie quondam incliti regis Philippi. Alteram reginam Hungarie matrem sancte Elizabeth. Tertiam in sancti Benedicti ordine Abbatissam. Et non solum nobilitate generis sed et claritate animi et honestate fulsit. Nam a pueritia sua usque ad iubilem etatem innocentis vite et mentis fuit sicut confessor eius

fideli testimonio [illegible]
christianissimo principi Henrico Slesie
Cracovie et maioris Polonie duci
fuit copulata postquam licet studuit semper
honeste conversari ita quod nec sinistrum
de ipsa vel de eius familia fuit au-
ditum nec in familia sua retinuit nisi
viros feminas clare fame et vita lau-
dabiles linguam detrahentem nunquam
audire voluit et de ore ipsius non pro-
dibat nisi clemencie et sanctitatis verba
ab omnibus tam spiritualibus quam secularibus
et religiosis audiebat. Et predica-
batur fama eius celebris et honesta
que dum gloriosa pro vite eterne in-
cede tamen recipienda in libertate mari-
talem complexum elegit sanctimoniam sancti-
moniam sanctitatis et illustrissimum virum
suum et ad observandum continenciam semper
induxit postquam se sensit concepisse suis
eciam hoc exhortacionibus efficacibus
quod maritus suus atque per menses atque
per octo pariter in thoro commanebant
continenciam observando. de quo genuit
filium prime hereditatis sue et gracie
successorem videlicet ducem Henricum
qui vir devotissimus deo electus ta-
quam machabeus actibus arma bellica
castra dei virtute protegebat et fortis
propugnator fidei christiani contra
thartaros martirii palmam feliciter me-
ruit et coronam. Et tandem ex pari
voto et consensu unanimi beata Hed-
wigi principaliter inducente per xxxta et
vo annorum curriculos thorum habuerunt
sequestratum ut secundum apostolum divinis
oracioni vacarent et devocioni secundum con-
fessionem beate Hedwigis et viri eius me-
no et cubiculariorum relacione cum re-
perta nurus sua duas eciam ad
continenciam hortabat servare sibi po-
nens in exemplum sic dicens Nobis filia
quod duobus annorum curriculis quod fui viro
tradita et tricesima ebdomada [illegible]

[illegible] postquam uno anno me
sensi concepisse a thoro viri usque ad partum
puerperium abstinui. Similiter fecit per totum adventum
annis singulis et per totam quadragesimam et
omnibus diebus dominicis et solempnitatibus et quatuor
temporum et sextis feriis et omnibus vigiliis viro
suo ad hoc inducto non consenciendo ne
vero indicando alii peccaret. Illustri ma-
rito suo in consessu absque duorum ad minus
testimonio loquebatur et hoc in certa hora die-
bus ut in prima et post vesperas et hoc
nisi vestibus honestis preditus. Sollicita eciam
fuit pro dampnatis usque ad mortem vel
ad penam impetrare ad virum suum. Unde
comitem quendam cum [illegible] mittebat
ad eum vocans ut eam post missam vel post
vesperas duceret. Et tunc flexis genibus
tenendo eum per vestem rogabat ut absolveret
afflictos ad mortem vel ad penitenciam
vitandam vero suum ad misericordiam et pietatis opera
quantum poterat inducebat. Nam suo consilio
et inductu fundavit claustrum Trebnicz
ducatus ordinis Cisterciensis cum structura
in costas multa milia marcarum. dans
eidem claustro multa predia et possessio-
nes que possent mille personis inibi
sufficere. Fuit pietate valde pia et
misericors super omnes defectus miserorum pa-
ciens et minus larga pauperibus. Fuit
insuper magne devocionis humilitatis
paciencie vitam arciorem omnibus religiosis
ducens multis vigiliis et ieiuniis se affli-
gens spiritu eciam prophecie et mira-
culis multis tam in vita claruit quam
mortem que secuta monstrabunt. Mater erat
viduarum et orphanorum agens eorum
causas apud ducem. Ancillas puellas in
sua curia suscipiebat et quasdam in clau-
stro quasdam vero maritis tradebat. Tribu-
ta sibi debentibus maximam remissionem
faciebat ita ut quidam capellanus eius
coram ea proclamavit dicens vos domina
tantum vestris rusticis dimittitis quod nos fami-
culi vobis non habemus unde sustentari
ipsa vero blande respondit Deus provide-
bit nos elemosinis multum et frequenter
insistebat Nam eciam in sua camera cum tribus

consorcia
fugiebat

237

[illegible] ante quam dabat pauperi nummos osculabatur. Accipere eius elemosinam clamabat: Hodie domina abscondita est a nobis quia hucusque elemosinam non accepimus. Quedam sanctimonialis Alheidis nomine sibi familiaris intrans ad eam cum sibi verba pauperum referret, illa dixit: Accipe pixidem que solebat plena denariis stare iuxta eam pro pauperibus et da singulis prout dominus tibi inspiraverit. Et hoc faciebat cum quandoque non poterat devotione occupata. Cum autem poterat, manu ipsa elemosinam distribuebat. Et plane tante misericordie et pietatis erat quod quicquid habere poterat totum cum pauperibus dividebat. Etiam unum pomum si ante se in mensa habebat illud eis dabat. Et quosque scabiosos habebat pauperes manu ipsa flexis genibus ipsa prebebat eis alimenta. Ad mensam etiam suam eos locare et alimenta ipsa manu ministrare delectabatur, intantum quod cum iam viribus destituta esset et vix posset sustinere, adhuc tamen eis manu ipsa ministrabat. Pedes etiam pauperum et manus postquam lavaret osculabatur. Unde pauperes ipsam tamquam matrem quocumque transibat sequebantur. Circumquaque pauperes et peregrini ad eam confluebant, quos ipsa reficiebat et vestiebat. Sic quoque congregacioni religiosorum leprosorum singulis annis vite necessaria providebat. Item infirmos sollicite visitabat et per viam transiens ubicumque quem poterat pauperem infirmum perveniens quod presencia sua verbis et muneribus suis consolaretur. Nec aliquis ab ea petens elemosinam recedebat vacuus. Omnes autem redditus suos qui magni erant in claustralibus et aliis personis miserabilibus expendebat, excepto victu vestitu et amictu. Ipsa cibos carnium et piscium delicate faciebat preparari quos non gustans pauperibus tribuebat, et nullus ex famulis audebat contradicere. Ipsa quanto quis miserabilior erat tanto amplioribus beneficiis

Magne pietatis et misericordie fuit

icū -abit

[illegible] dentibus in notam suis oculis lacrimis rogabat ut pauperibus suis pius esset. Tempore famis magnas elemosinas faciebat. Habebat enim in quadam villa quatuor aratra per que plurima annona habebatur; illam totam pauperibus distribuebat. Unde proclamatum fuerat per fora ut omnes indigentes illuc accederent et acciperent singuli secundum suam indigenciam. Cum vero annona defecisset, fecerat omnes vaccas que ibi erant distribui. Deficientibus autem vaccis omnes capras et hiis deficientibus carnibus ad comedendum alecia frustratim eis dividebat. Totum sal quod ibi erat largiebatur eis. Multe etiam compassionis erat super incarceratos et oppressos, unde pro ipsis speciales cognatos et nuncios habebat et candelas ne in tenebris sederent mittebat, vestes insuper ne morerentur frigore. Clericum quendam deprehensum in sacrilegio ad mortem damnatum de sua intercessione liberavit. Arctiore vita omnibus religiosis durans post in hoc quod in omnibus diebus ieiunabat, exceptis paucis solemnitatibus in quibus per episcopum et confessores suos cogebatur cibis refici. Et licet quottidie ad mensam suam carnes ministrarentur, numquam tamen eas ipsa comedebat, sed pisciculis parvulis contenta erat, cibis quoque dulcioribus utebatur ubi pulmenta cum cerima tamen aceto factis. Potus eius erat aqua cocta cervisia ~~vini~~ quam nichilominus bibebat in magnis solemnitatibus tamen, et hoc coacta per dominas que secum morabantur. Vigilias non solum apostolorum sed etiam aliorum quorum veneracionem in terra suis habebatur in pane et aqua ieiunabat. Et cum eam de hoc argueret quedam soror nomine Adelheidis, dicebat: Numquid nobis sunt sancti ut in mortis hora nos adiuvent. Idem faciebat omnibus diebus quatuor temporum et in adventu et quadragesima pluribus diebus, ita quod multi mirabantur et movebantur

quod famem [illegible]
concedebat panem, vel ad mensam [illegible]
sedebat vel plus pauperibus ipsa magis
ministraret carnibus numquam utebatur
excepto quod in quadam infirmitate do-
minus Wilhelmus Mutinensis apostolice se-
dis tunc legatus ipsam coegit tunc car-
nes comedere ipsa vero flens dicebat se
plus contristari pro actione esus carni-
um quam ipsa infirmitate Et non solum
ieiuniis sed etiam multis afflictionibus diversis
corpus suum macerabat Cilicio acuto
de pilis caudis equorum longo tempore usa
fuit adhuc marito vivente et zo-
nam etiam de pilis equorum contextam
super lumbos continue deferebat cuius
pre asperitate ita conulceraverat corpus
eius quod sanies propter hoc de eius cor-
pore profluebat Item faciebat se per suam
pedissequam continue verberari Cum autem
ex passione fleret quando se faceret
verberari et eam quesitum esset ab ea cur
fleret Respondit non debeo flere quia oportet
me hominem pati usque ad sanguinem
eo in ea nichil aliud sit nisi ossa
et cutis Cum quidam religiosus zo-
nam ex pilis sibi contextam in sacco por-
rexisset ipsam de more cum sue fa-
miliaritate concessa eam saculum sol-
vendam commisit et eo saculo soluto
eam asperam vidisset indignata est re-
ligioso fuit sed ipsa quidem esset attendens
sibi dixit sive filia sive si deus voluisset
habent me zonam hanc michi eam non
misisset et iam sicut super lumbos
suos corpus circumcinxerat Infra matu-
tinas intrabat capitolium et tam
continue se verberabat quod aqua sicut
sanguis ibidem remanebat Continue
nudis pedibus in estate et hyeme in-
cedebat quantumcumque esset aspera hyemis
nisi eo oporteat eam exire eam
corpus vel viri religiosi qui eam confu-
ere solebat vix in vestigiis sepe
sanguis apparebat Cum quidam abbas
Dunkherg nomine confessor eius precepisset
ei ut calceamenta portaret dans ei no-
vos calceos ipsa obediens non in pedibus

[illegible] et [illegible] eo re-
ponito animo attulerit cur calceos non por-
taret protulit de subascellis ita novos
sicut acceperat dicens Domine obedivi vobis
numquam usa est pellicio vel pellibus sed sola
tunica vel clamide quantumcumque asperum frigus
esset corpori suo post tantos labores nullum co-
modum faciebat licet eum sibi lectus nobilis
ad quiescendum pararetur ipsa tamen super nudas
tabulas quiescebat Numquam ita infirma
fuit quod voluisset super culcitram iacere nimium
aut se contemnebat et personas religiosas
sibi preferebat ut loca ubi eos vidisset
sedisse deosculabatur prostrato corpore ita
quod diabolus sanctitate et humilitate eius
nolens eam arguebat Cum enim quandam
cameram intrasset et pedissequa eius
nomine Katherina eam sequeretur vidit tres
demones magno strepitu in fumicaria
qui aggredientes eam et flagellantes
dicebant quare ita facta es quare tremens
se sine intermissione signo crucis signabat
Cyphum de quo bibebat illi persone que
despectior erat primo offerebat post ea
ipsa sumebat humilis et abiecta erat et
in vestibus vix nisi attrita fuissent per aquam
pedissequam non potabat missas quod au-
dire poterat audiebat numquam in cathedra se-
debat sed aut stantibus aut genibus incum-
bebat numquam divinum officium in camera
habebat nec nive vel luto vel aqua fri-
goris asperitate poterat detineri quin ad ecclesiam
nudis pedibus die nocteque iret pro di-
vinis officiis audiendis Adeo autem erat
devotionis quod dum divina audiebat non
valens se continere rugitus et suspiria
emittebat magna que etiam procul audie-
bantur Circa sacramentum altaris tantum affi-
ciebatur quod quando accedebat ad sacram communionem
tota infundebatur lacrimis vel numquam ab
oratione recedere visa est nisi lacrimis
infusa vel cessabat ab oratione nisi aliquid
de deo narrabat vel aliquo occuparetur
negocio in ecclesia orat orando qui semper
esse volebat et maiori tempore eum alii

in camera
continue

[illegible] ponebat ut posset [illegible] sine strepitu intendere ad cantum. Cum tantis lacrimis orabat quod quedam domina comitissa [illegible] sua parte in ecclesia ab ea reciperet oculos eius cruentatos pre lacrimis et facies infusa videbat. Conspexit eciam vidit eadem domina eam in oracione vultu roseo vel igneo propter iubilo in quo tunc erat. Omnium eciam curie sui mariti habebat plures oraciones ipsum docendo ad iustam vitam et iusticiam invitabat. De aliorum eciam animabus habebat curam specialem, itaque ministralem ad hoc deputaverat qui homines ad confessionem invitabat. Quandam eciam feminam iam antiquam oracionis dominice nesciam portavit ad lectum suum per decem ebdomadas cum magna diligencia instruxit. Vigilabat eciam quod super humanas vires pene omnes noctes in oracione insompnes ducebat. Ille enim domine que circa eam erant quacunque hora surgebant quod semper eam ad lectum inveniebant ~~ante~~ ante matutinas vigilantem. Ad matutinas quantumcunque mane pulsabatur surgebat et numquam post ea sompnum capiebat sed oracionibus et genuflexionibus in pedibus ~~callos~~ callos magnos contraxerat. Et post meridiem tunc cibum sumebat. Multe paciencie fuit in adversis, itaque numquam turbabatur nec umquam visa est irasci. Contumeliamque ei aliquis fecisset iniuriamve, dum ei verbum non dicebat quam: Hoc tibi deus parcat fili. Cum quidam eius capellanus missus ab ea ut quereret sacerdotes qui missas dicerent, cum adduxisset unum conversum talium, ipsa eum rogare cepit ut missam diceret. Cui cum dixisset se non esse sacerdotem erubuit nec tamen pro illusione sibi facta fuit irata. Audita morte sui filii nullas emisit lacrimas nec aliqua signa doloris ostendit, ymo filiam suam et nurum qui mortuos pre dolore consolabatur dicens: Dei voluntas vobis placere debet quod deus placet.

[illegible] fuit mortuus et omnes sanctimoniales plangerent et lacrimis pro amissione talis fundatoris et prope essent quasi premortue, ipsa siccis oculis increpabat eas dicens: Numquid vos vultis deo esse contrarie qui de sua creatura facit quod vult. Habebat enim valde firmum cor in deo. Habebat etiam spiritum prophetie, nam ante mortem filii sui tribus annis locuta fuit cuidam moniali de Trebnitza nomine Atleyde: Eris memor mei filii quia morte naturali non morietur. Cui illa: Unde est vobis? Et quia eum diligitis talia timetis. At illa: Non propterea, sed certissime scio quia occidetur, sed a quibus noluit indicare et in priore propter hoc non expressit eos Thartharos ne homines terrerent. Presciuit eciam infirmitatem suam et mortem. Cum adhuc ambularet et videbatur esse sana, petivit enim sacramentum potius unctionis. Cumque omnes moniales propter hoc essent turbate, illa que sibi erat familiarior accedens ad eam dixit: Domina quare conturbatis corda nostra hoc facto ad sitis sana? Illa dixit: Ego graviter infirmabor et timeo quod non cum tanta devocione hoc sacramentum potero accipere infirmitate me gravante. Et post paucos dies incidit infirmitatem sicut predixerat in qua et mortua est. Cum quadam die monialis in Trebnitza ad chorum festinaret, pertransiret quoque locum ubi nunc est altare sancti Stanislai, vocavit eam beata Hedwigis ad se dicens: Filia mea istum locum in reverencia habeas, [illegible] magno est deputatus, cum adhuc nusquam esset mencio de beato Stanislao, quo canonizato in eodem loco altare est sibi constructum. Cum quedam monialis nomine Gaudencia in Trebnitza staret ante cameram in qua beata Hedwigis infirmabatur, providens eam in spiritu foris esse dixit cuidam: Vade et tu videas quia ante cameram stat Gaudencia. Dicas ei quia fecit talia que non dum est confessa ut confiteatur. In veritate ita fuit. Item tempore cladis Thartarice erat ipsa domina

Hedwigis ad filiam suam abbatissam et ad neptem suam in quodam castro quod dicitur Crossinna. Una vero noctium dixit ancille secretarie sue scilicet Dimudis: Scias quod iam amisi filium meum unicum, qui sicut avis evolavit a me quasi parva avicula, iam eum in hac vita non videbo. Cum domina dixisset, inquit: Domina, non credatis illud. Cum super hoc venit nuncius, illa cepit replicare: Unicus meus quasi avis evolavit, iam eum non videbo in hac vita. Sed precipio tibi ne hec dicas filie mee vel nepti. Post tres autem dies venit nuncius significans mortem eius ~~[illegible]~~ occisi per Thatharos, ipsa qua mors eius dixit. Cum in principio egritudinis sue mors eius esset in Bohemia apud regem fratrem suum, dixit illis que eam custodiebant: Nolite turbari, ego non moriar donec veniat Anna nurus mea et veniat de Bohemia. Antequam domum intrasset in spiritu ipsam adesse cognovit et pro nomine ad ipsam antequam accederet vocavit dicens custodibus: Nonne dixi vobis ego non moriar donec veniat Anna nurus mea? Predixit etiam de Boleslao filio suo quod esset destructurus terram suam et ita factum est ut toti Polonie notum est. Domino Dypoldo capellano et patrino suo dicebat: Compacior tibi, domine Dypolde, quia Boleslaus nepos meus multa tibi mala inferet et te ac tuos bonis omnibus spoliabit. Cum domina hoc esset sibi predixit, quasi indignans ~~vidit~~: Utinam domina vos haberetis pacem, nos ad deum semper pacem haberemus. Illa elevatis oculis dixit: Ego quidem ante deo habebo semper bonam pacem, sed tu et omnes ad te pertinentes numquam cum Boleslao habebitis pacem, quod et factum est. Hortabatur eciam dominam Katherinam dicens: Disce filia currere et operari, quia tribus viabus erit tibi valde necessarium, quod et factum est: per tres enim vices omnia bona sua perdidit et per hoc artificium recuperavit. Item domine Dymudi dicebat: Tu magna cum passione odiosa morte finies vitam,

quod et factum est. Nam aliquot annis post mortem domine dicta Dymudis subitanea morte mortua est. Cum quedam famula eius pro vasis intrasset cameram beate Hedwigis in qua orabat, tanta luce vidit eam circumfusam quod perterrita recessit. Quedam domina Katherina Pruthena in eius infirmitate in qua vitam finivit vidit quasdam ymagines lucidas et quasi humanas et iuxta vesperas beate virginis ad ipsam intrantes, ipsam quoque dominam audivit dicere: Bene veniat sancta Maria Magdalena, sancta Katherina, sancta Cecilia, sancta Ursula, addiciens quasdam alias quarum nomina non recordabatur, cum qualibus ipsam colloqui audivit in latino, et quantum intelligere poterat conferebat de ~~[illegible]~~ hora transitus sui. Finitis vero vesperis abscessit visio cum magna luce. Beata Hedwigis in morte candida apparuit quasi pulcra ymago, eius labia rubra et facies eius rosei coloris, unde supervenientes pre nimio candore faciem eius non cognoscebant. Et corpus eius quod dum viveret crocei coloris nigrum et asperum fuit, quia cilicio asperrimo tegebatur, in morte quasi nix resplenduit et speciem habebat corporis glorificati. Pedes eciam eius qui semper fuerant sordidi et squalidi erant intuentes sicut nix post mortem tamen cum abluta fuisset. Apparuit super ~~femori~~ genua ~~[illegible]~~ calli grandes ad quantitatem duorum pugnorum, et corpus eius candidum ad modum lactis. De ore eciam ipsius odor suavissimus exalabat. Item in anniversario eius ad sepulcrum eius sanctimoniales psalterium legerent, subito quidam odor mansuetus erupit de sepulcro eius, que una ex senioribus dixit: Sentitis vos odorem quam tam suavem, que ego sentio? Que ~~[illegible]~~ ceteri: Sentimus et dudum sensimus sed non audebamus loqui. Et pro certo odor de sepulcro exalabat, quia nullam rem odoriferam ita se habebat. Quedam monialis nomine Elysabet custos ecclesie quadam nocte surrexit longe ante matutinas [illegible] pro [illegible] vidit lucem magnam circa sepulcrum eius quam videns stupefacta fugit de ecclesia. Mulier quedam in villa que Mozacino vocatur fuit mortua per integrum diem et postea reviviscens narravit multis quomodo fuit deducta ad tormenta et vidit beatam Hedwigim se potenter de flammis eripientem et vite restituentem cum tamen ipsam non novisset nec aliquam de eius sanctitate famam vel miracula audivisset. Quedam honesta matrona nomine Kathrina pedissequa eius cum Hed. beatam requisivisset in ecclesia orantem et hora prandii rediisset et dominam ad hospicium reduxisset invenit quandam cecam ab ipsa domina in ipso intervallo quo defuerat illuminatam quam postea Kathrina audivit gratias ipsi domine pro sua illuminacione referentem sed ipsa domina increpabat eam ut taceret. (Candela) dato pro contigit quadam nocte beate Hedwigis cum fatigata vigiliis et orationibus somno fuisset oppressa tenens candelam in manu super librum que concremata fuit ad longitudinem libri et tamen liber illesus ab igne remansit.

De miraculis post mortem. Soror Jutha ordinis Cysterciensis habuit manum periculose inflatam cum inunctione et lividam quam cum corpori beate Hedwigis iacenti in feretro ante sepulcrum eius imposuisset subito plenam recepit sanitatem. Soror Martha eiusdem ordinis habuit quandam infirmitatem desiccantem super pectoris et oris cum qua siti continua duobus annis et ultra passa fuit ita ut multociens eam compellerent in matutine eam bibere oporteret. Anna vero abbatissa eam frequenter in capitulo de hoc arguebat dicens efforte tibi quod consuetudine est. Cum ergo corpus beate Hedwigis ad ecclesiam deferretur ipsa veniens ad locum ablucionis eius invenit partem pelvim aque dicte ablucionis et confidens de sanctitate eius aqua eadem abluit os et collum et guttur et subito sensit se melioratam ita quod postea nullam

[illegible] sanctimonialis quod fecit albuginem in medio oculorum que ab aliquibus multis remediis evadere non poterat. Denique confidens de sanctitate beate Hed. ab orone rogavit flexis genibus ut manu signaret oculos eius. Ipsa vero stupefacta quod talia rogaret ab ea recusabat facere sed ipsa ad immani per eam confidens non dimisit eam donec ipsam signavit dicens Deus benedicat te. Et subito habuit oculos claros. Radzislawa monialis quadam die sedens in mensa beate Hedwigis piscis os adhesit ei in gutture quod ut sustinere non posset recessit a mensa et multum vexata provocavit se ad vomitum ut saltem sic evaderet. Sed cum sibi nec hec profuisset rediit ad beatam Hedwigim indicans sibi dolorem quem sustinebat. Quam ipsa signo crucis benedixit et statim proposuit os piscis cruentatum. Eadem Radzislawa flendo fletum suum quo motus fuerat albuginem in oculis suis contraxit. Et cum de hoc conquesta fuisset beate Hedwigi dixit ei accipias psalterium meum et signa oculos et sanaberis. Quod ut fecisset macula omnis de oculis eius disparuit. Uxor Martini de Swijcze nomine Helka vadens ad forum rogavit vicinam suam nomine Boguslawam ut filiam suam a nativitate sua habebat septimanas ut eam custodiret que non attendens puellam esse in camera in qua puella iacebat ivit ad domum vicini pro milio purgando et ibi intendens operi mansit usque ad meridiem oblita sui commissi. Rediens ergo mater de foro invenit puellam cobsam et portatam ad culaitum super quod iacuerat.

Maximus estus erat et tamen ab estu quam a vestibus erat suffocata. Quam accipiens mater eam cum amotaret tamquam pro mortua questa pro timore viri. Vir igitur eius veniens et [illegible] ad locum pueros ad sepeliendum [illegible] parare rediens ad se dixit uxori: Crede quod beata Hedwigis sancta est ut restituat nobis filiam nostram. Et postquam oraverit, et reversi puellam vivam invenerunt. Waltherus filius domini episcopi Wratislaviensis de Protschow sedens in curia sua ad horam sero et quodam socio suo in solario vidit rotam molendini subito teneri. Quod factum esse credens vidit mulierem de molendino exilientem ac clamantem: O filius meus submersus est. Ad cuius clamorem accurrens dictus Waltherus cum socio suo ad rotam molendini invenit puerum aqua impellente rote molendini subvolutum et ita vehementer compressum inter alveum de ligno subiacentem rote quod dorsum eius et ventri vix habebat grossitudinem unius palme, et erat capite in aqua sub rota, pedibus vero sursum de quibus pars eminebat contra ~~[illegible]~~ aquam et fuit in aqua quasi una hora diei quia propter impetum aque eum extrahere non poterant et magnitudinem rote quam levare non poterant nisi securibus incidentes. Et cum extraxissent ~~mortuus~~ mortuus apparuit nec ulla spes vite erat in eo, totus enim erat frigidus et inflexibilis sed liquidum coagulatum aut aqua de puero et apposito eo ad ignem predictus Waltherus cepit continue eum pro illo invocare beate Hedwigis dicens: Beata Hedwigis si eum suscitaveris nudis pedibus tuum ipso sepulcrum tuum visitabo. Puer respiravit et de mane surrexit totus sanus. Ad domum Walthcrum venit quidam honestus homo nomine Gothfridus incidit acutam febrem qua cum nimium continuaret vovit visitare beate Hedwigis sepulcrum et statim dimissus a febre distulit quod promiserat qui statim percussus ita contractus paralisi est quod officium

[illegible] erat dolor quod moncupies venientibus ad se equum offerebat quicumque diceret et cum nullus vellet tantum sceleris perpetrare cepit sanctum Stanislaum invocare et cum nichil proficeret sed magis aggravaretur reversus ad sanctam Hedwigim promisit eius sepulcrum visitare rogans fratrem suum ut ad dictum locum cum eo accederet. Et cum simul processissent et quatuor miliaria iam iuissent sederunt ad prandium et frater ei incideret morsellos ut eum pasceret. Ipse aspiciens dixit: O frater carissime sentio quod in manibus meis quod per meritum dei et beate Hedwigis quoniam melius ~~habeo~~ habeo et continuo manum extendens manum accepit et ori applicavit et statim elevatis oculis dixit alta voce: Gratias tibi ago domine et beate Hedwigi quia iam officium manuum mearum resumo. Et procedens inde gratificato ad sepulcrum beate Hedwigis pervenit rogans pro recuperatione plena corporis et subito sensit se quasi calida aqua perfusum et plenam sanitatem accepit. O filio Bogdani de Domasilsi [illegible] a nativitate sua quinque [illegible] annos pulcros [illegible] oculos [illegible] vero propter dolorem oculorum prorsus amisit visum. Tunc impletis septem diebus ieiunii quos ad honorem sancte Hedwigis pro recuperanda sanitate filii sui ieiunavit venit in die sancti Bartholomei in Thrzebniza et posuit eum super sepulcrum beate Hedwigis petens ut ipsum sanaret sub melius et subito sanus factus est et tam sanos oculos accepit ac si essent due stelle. Quedam mulier a deo contracta fuit in pedibus quod nusquam incedere poterat semper enim portabatur et utrumque femur eius computruit ut omnibus stabiliret propterea ducta fuit in curru ad sepulcrum beate Hedwigis per virum suum et ibi perfectam sanitatem accepit. Domicule [illegible] uxoris Wenczeslai apparuit in sompno [illegible] medici et cum cepisset se [illegible] audivit eundem hostem dicentem sibi quedam [illegible] manum quia eam manum arripiens ita eam vehementer compressit quod omnes digitos suos compressit et optime manus sua clauit et multas afflictiones ab ea passa est quod visu rationis priuata fuit que demoniata postmodum adducta fuit ad sepulturam beate Hedwigis et ibi a demone liberata visui rationis restituta fuit. Manu adhuc arida permanente per duos annos sed in tercio anno venisset ad locum vbi beata Hed. quiescit plus quam septem diebus frequentauit sepulturam eius inuocans eam pro restitutione manus ita recuperata est quod nulla debilitas in ea remansit. Filia Gebluti de Prusscz Beatrix nomine grauem epilenciam passa fuit ita quod tempore passionis sue membra sua siue pedem siue manum siue quicquid rapere poterat dentibus mordebat et nullis remediis adhibitis nichil profuit. Mater quod quodam tempore inter noctem et diem tota confracta vires prostrauit eam. Mater vero eius confidens de meritis beate Hedwigis filiam sibi deuouit et positam in terra eam pedester processit portatam super sepulturam dixit: Sancta Hed. sicut tu potestatem habes apud deum et te credo adiuua filiam meam. Subito quidem cessauit infirmitas et vlterius numquam fuit ea passa. Wrotslaus miles de Zfforcz cum filius infirmabatur grauiter et mori inciperet et oculi eius iam claudi non poterant et pedes et manus erant emortue et ipse erat in castro domo infirmus. Eam audiret vxore dicente iam non habemus filium nostrum. Dominam eleuatis in celum manibus clamauit o domina mea sancta Hed. ego tibi seruiui et tu me eam vinces dilexisti redde mihi filium meum et eam compleuisset verba hec subito puer vtrum se ad patrem cepit respicere et tercia die sanus surrexit. Clemens Ho michael nomine grauem dolorem capitis compassus per spacium vnius anni recumbit inuocabat [illegible] in magna deuocione cum apparuit per sompnium dicens vade ad sepulturam meam et liberaberis. Ipse vero quamquam defessus statim perrexit et ibidem veniens perfecte sanatus est. Adiecit etiam hoc dum apud sepulturam apparuit sibi quidam vir reuerendus albis indutus dicens ei nunc debes orare ad sanctam Hed. Da nobis quesumus omnipotens deus ut qui in te semper sperant et concede propicius ut qui sancte Hedwigis merita deuote recolimus ipsius auxilio adiuti graciam sentiamus. Swechslava vxor dicti de Noninis cum nuces auellanas in silua colligeret subito palisi est percussa sed eam per mensem per suam et aliam septimanam sepulturam beate Hed. visitasset subito curata est. Cum soror Iuliana in Trzebnicza quadam nocte super fornacem se calefaceret de ~~filii~~ sinu ceciderunt ei velamen eius et corona in foramine fornacis quod nimium erat relictis potius ministeriis venit ad sepulturam beate Hedwigis ut sibi ea illesa conseruaret deuote orauit. Post longum vero tempus rediit ita quod infra illud tempus vii quasi miliaria satis bene poterat equitare. Fornax vero tanto calore estuabat quod si quis in foramine intra quod insignia inciderant eius et incante statim flama per foramine exiens eius calatica et vestes combussisset. Non valens pre calore manum inde mittere ligno incuruato eam infra collegit. Predicta insignia in nullo penitus molestata per omnia. Benedictus deus qui in sanctis suis est mirabilis.

l

Vrias interpretatur consurgens uel eleuans vel dicitur illuminans a luce. Ipse enim fuit consurgens ab amore mundi eleuans se [illegible] estis lux mundi. Lux autem mundi est proprie sol. Quinque sol habet in situ sublimitate. Ecclesiastici xxvi° Sol oriens in mundo altissimus dei in aspectu delectabilitate. Ecclesiastici xi° Dulce lumen et delectabile est in oculis videre solem in motu velocitate. Esdre iii° Magna est terra et excelsum est celum et velox cursus solis in effectu utilitate quia sol et homo generat hominem et sol. Sic Lucas habuit sublimitate per celestium contemplationem, delectabilitate per dulcem conversationem, velocitate per ferventem predicationem, utilitate per doctrine sue conscriptionem.

Lucas Syrus natione Antiochenus arte medicus fuit unus de lxxii quosdam unus de lxxii discipulis. Sane tamen Jeronimus dicat eum fuisse discipulum domini vel apostolorum. Et glosa super actus v° Ex eo notatur quod domino predicanti adhesit. Sed post resurrectionem eius ad fidem venit. Magis tenendum quod non fuit unus de lxxii discipulis. Dicitur aliqui fuerunt opinati qui tante fuit perfectionis et vite optime. Iste fuit ordinatus quantum ad deum et quantum ad proximum et quantum ad semetipsum et quantum ad suum officium et in figuram huius quadruplicis ordinationis quatuor facies hic describit scilicet faciem hominis aquile leonis bovis et aquile animalibus de qualibus habebat quatuor facies et quatuor pennas ut dicitur Ezechielis x°. Ut hoc melius intelligatur ymaginemur aliquod animal quod habeat caput quadratum ut lignum et in qualibet superficie ymaginemur unam faciem a parte anteriori faciem hominis a dextris faciem leonis a sinistris faciem vituli a parte posteriori faciem aquile. Communiter vero facies aquile super alias eminebat propter colli productionem quod in ea longius. Ideo dicitur quod erat desuper [illegible] istorum quatuor pennas [illegible] angulis. Ecclesiastica in quolibet angulo erat una pena. Per ista quatuor animalia secundum sanctos quatuor evangeliste figurantur quorum quilibet habuit quatuor facies distribuendo scilicet de humanitate passione resurrectione et divinitate. Conveniens tamen in singulis per quandam appropriationem attribuuntur. Primo Matheus in homine significatur qui principaliter circa Christi humanitatem immoratur. Lucas in vitulo agens de Christi sacerdotio. Marcus in leone conveniens agens de resurrectione, catuli enim leonum ut dicunt naturales usque ad diem tertium quasi mortui iacent sed rugitu leonis tertia die suscitantur. Iste quia incipit a rugitu Johannis in deserto. In aquila vero que ceteris altius volat scribens de Christi divinitate. Christus etiam de quo scribunt omnes quatuor fuit scilicet homo natus de virgine, vitulus in passione, leo in resurrectione, aquila in ascensione. Per has igitur quatuor facies in quibus designatus est Lucas sic quibus [illegible] ostenditur quatuor istis modis fuit ordinatus. Nam per faciem hominis ostenditur quod recte fuit ordinatus quantum ad proximum quem debet bone ostendere mansuetudine attractive et liberalitate fovere. Homo enim est animal [illegible] mansuetum et liberale. Per faciem aquile ostenditur quod recte fuit ordinatus quantum ad deum quia in eo oculis intellectus deum intuetur per contemplationem, rostrum affectus ad Christum comparatur per meditationem, senectutis habitus abicitur per novam conversationem. Aquila enim acuti visus est quod radium solis irreverberaliter aspiciat et in altum mirabiliter elevata pisciculos in medio maris mirabiliter videat. Rostrum eius nimis excrescens ita ut impediatur ab [illegible] lapide petre allidit et sic ipsum cibando abilem efficit. Combusta insuper ardore solis oculos caligine [illegible]

[illegible]dinatus quantum ad scripturam quia fuit gra[illegible]sitate per honestam morum in conversacione sagacitatem per invidiam hostilium vitacionem et passibilitatem per afflictorum compassionem. Leo enim est animal generosum quia ipse animal est ~~[illegible]~~ sagax quia cauda vestigia delet cum fugit ne inveniatur, passibile quia quartanam patitur. Per faciem ~~bovis~~ bovis ordinatur quod fuit recte ordinatus quantum ad officium quod fuit sacerdotum. Ibi enim morose processit quia incepit a nativitate precursoris quo nativitate et infancia Christi et sic paulatim processit usque ad ultimam consummacionem. Discrete incepit quia post alios duos ewangelistas ut quod illi obmisissent iste suppleret et quod sufficienter dixissent obmitteret. Circa templum et sacrificium immoratus fuit quod patet in principio in medio et in fine. Bos enim ~~[illegible]~~ animal est morosum in ungula scissum per quod intelligitur discrecio et ymolacioni [illegible]. Verum qualiter beatus Lucas in pluribus modis ordinatus fuit melius audiuntur si vite eius sciens melius intelligetur. Primo enim fuit ~~[illegible]~~ ordinatus quantum ad deum. Triplicatur enim homo ordinatur quantum ad deum secundum Bernhardum scilicet affectu cogitacione et intencione. Affectio debet esse sancta cogitacio munda et intencio recta. Affectionem igitur sanctam habuit quia spiritu sancto plenus fuit secundum Jeronimum in prologo super Lucam. Obiit igitur in Bethania plenus spiritu sancto. Secundo habuit cogitacionem mundam in mente in quo notatur mundicia ipsius cogitacionis. Tercio habuit intencionem rectam quia in omnibus que faciebat honorem dei querebat. De hiis duobus ultimis dicit in prologo super actus apostolorum: Sine crimine in virginitate permanens. Hoc quantum ad mundiciam cogitacionis. Secundo fuit ordinatus quantum ad proximum. Ad proximum

[illegible] tenemus scilicet nostrum posse et nostrum velle et nostrum agere. Nostrum posse in subsidiis, nostrum nosse in consiliis, nostrum velle in desideriis, nostrum agere in obsequiis. Quantum ad hec quatuor ordinatus fuit beatus Lucas. Dedit enim proximo suum posse in subsidiis quod patet ex hoc quia Paulo semper in omnibus tribulacionibus adhesit et ab eo numquam discedens eum in predicacionibus subsidium fuit. Ad Thimotheum iiii° Lucas est solus mecum. In hoc quod dicit mecum scilicet adiutor et defensor qualiter sibi subsidium prestitit notatur, et in hoc quod dicitur solus notatur quam constanter sibi ab[illegible] adhesit. 2a ad Chor. viii°. Dicitur et Lucas non solum suum nosse in consiliis tuis. Cum suum nosse proximo tribuit cum doctrinam ewangelicam et apostolicam quam ipse noverat ad utilitatem proximorum conscripsit. De hac ipse sibi testimonium perhibet in prologo suo dicens: Visum est michi assecuto a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile ut agnoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem. Qualiter suum nosse in consiliis patet ex illo verbo quod dicit Jeronimus in prologo: Omnia eius verba anime languentis sunt medicina. Tercio eius velle in desideriis patet ex illo quod ei salutem eternam desiderabit. Ad Colocenses iiii° Salutat vos Lucas medicus. Salutat id est salutem eternam optat. Quarto eius agere in obsequiis quod patet ex hoc quod dominum quem quasi peregrinum estimabat hospicio suscepit et ei omne obsequium caritatis exhibuit. Ipse enim fuit socius Cleophe dum irent in Emaus sicut quidam dixerunt licet ambo aliud fuisse dicant cuius et nomen non posuit. Tercio fuit bene ordinatus quantum ad se ipsum [illegible] me et mat thomus a ad scipm ipm sitim faciat scz sobrius virtuosus actus iustus consensus pius et cõtibz horum hij vbilibet in ka diuiditur vita sobria e si cõtinet specialiter humilis virtuosus Actus iustus erit si fuit secretus discretus et fructuosus secretus p bonam intentionem discretus p cõsultationem fructuosus p edificationem. sensus pius erit et si circa fidem sentit deum sume potentem sapientem bonum ut p eius potentiam miram creatricem cõtinuari infinitate. per eius sapientiam creatricem cognitioni illuminatam per eius bonitatem miram creatricem filii iniquitate hec vbilibet In omnibus hiis beatus Lucas optime ordinatus primo enim habuit vitam sobriam et hoc tripliciter quia primo continet ita ut testatur de ipso Jeronimus in prologo super Lucam sine uxore virgo habuit nec filios secundo specialiter hoc notatur in hoc eius dicitur de ipso et theophilo eius ultimo duo ex discipulis ibant ipso die socialitas enim notatur in hoc quod dicitur discipuli qui disciplinati et quasi mortificati tercio humilis cuius humilitas insinuatur in hoc quod nomen suum socii apposuit scz Cleophe et suum tacuit iuxta hanc opinionem quorundam Lucas ex humilitate nomen suum tunc tacuit Secundo habuit actum iustum qui quidem actus est iustus et hoc notatur in oratione eius dicitur Tunc mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit discretum p mortificationem vbi in forma bonus monstratus a vigilan scribit p quod virtus discretionis exprimitur et fructuosus p edificationem adeo quippe fuit hominibus fructuosus quod ab omnibus carissimus habebatur vnde apostolus vocat eum carissimum ad Coll iiij° Salutat vos inquit Lucas carissimus medicus

[illegible] et ipso cuius professus est deum esse summe potentem summe sapientem summe [illegible] De duobus primis Lc iiij° Stupebant in doctrina eius quia in potestate erat sermo eius De tercio patet Lc xviij° capitulo Nemo bonus nisi solus deus Secundo et ultimo fuit bene ordinatus quoad suum officium quod fuit scribere euangelium in hoc patet qualiter ibi fuit ordinatus quia ipsum suum euangelium fulcit multa veritate replet multa utilitate decorat multa honestate autenticat multorum auctoritate Primo namque fulcitur multa veritate est autem triplex veritas scz vite iusticie et doctrine. veritas vite est adequatio mentis ad linguam iusticie est adequatio sententie ad causam veritas doctrine est adequatio rei ad intellectum hoc triplici veritate ipsum euangelium fulcitur quia in ipso euangelio hec triplex veritas docetur. Ostenditur enim Lucas ad christum veritatem habuisse in se p testimonium adversariorum Sicut patet Luce xx° Magister scimus quia verax es ecce veritas vite et viam dei in veritate doces ecce veritas doctrine et accipis personam ecce veritas iusticie. Bona enim vita dicitur via dei Secundo in ipso euangelio [illegible] hec triplicem doctrinam docuisse primo enim docetur ibi veritas vite que consistit in observatione mandatorum dei vnde x° capitulo Diliges dominum deum tuum. hoc fac et vives Item xviij° interrogat eum quid faciendo vitam eternam possidebo et sequitur precepta nosti Non occidas Secundo veritas doctrine [illegible] dicebat xi° capitulo Ve vobis ypocrite et pharisei qui decimatis id est decimam offertis ~~mentam~~ anet rutam anetum et omne olus et preteritis iudicium et veritatem dei Item ibidem Ve vobis legisperitis qui tulistis clavem scientie Tercio veritas iusticie vnde dicitur xx° capitulo Reddite que sunt ~~cezaris~~ cezaris cezari et que sunt dei deo Item xix° Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare [illegible] me[illegible] xxi° vbi aug. de medicina [illegible] est [illegible] distribute a medicis operari iniquitatis sermo eius erit repletus multa vtilitate. Vnde et ille qui scripsit medicus fuit ad designandum quod ille nos vltima passione curauit. Est autem triplex medicina scilicet curatiua melioratiua preseruatiua. Hanc triplicem medicinam nobis lucas in suo ewangelio celestem medicum ostendit propinasse. Medicina autem curatiua est que curat a morbo et hec est penitentia que omnes spirituales curat morbos. Hanc medicinam dicit medicum celestem nobis exhibuisse cum ait iiii° capitulo Sanare contritos corde predicare captiuis remissionem. Item quinto capitulo Non veni vocare iustos sed peccatores. Medicina melioratiua est que sanitatem auget et hec est obseruacio consiliorum. Consilia enim homines meliores et perfectiores efficiunt homines. Hanc medicinam ostendit nobis dominus celestem medicum propinasse xviii° capitulo Omnia quecumque habes vende et da pauperibus. Item sexto capitulo Ab eo qui aufert tibi vestimentum. Medicina preseruatiua est que preseruat a casu et euitacio occasionum peccati et malarum societatum. Hanc medicinam ostendit medicum tradidisse cum ait xii° Attendite a fermento phariseorum. Ibi enim docet malorum consortia euitare. Vel potest dici quod ipsum ewangelium multa vtilitate repletur quia in ipso omnium virtutum sapientia continetur. De hoc sic dicit Ambrosius. Lucas omnis sapientie virtutes ewangelii sui complectitur hystoria. Docuit enim naturalia cum de spiritu sancto scripsit. Deinde causam de incarnacione conditisse reseruauit. Vnde et daniel naturales doctos sapientiam ait. Item cum docuit tenebras in passione christi factas terram tremuisse solem radios abstraxisse. Docuit moralia cum in ipsis beatitudinibus mores docuit. Docet racionalia cum ait qui fidelis est [illegible] et in magno fidelis est sine de triplici sapientia ipsa fides ipsum instituit similiter esse non potest hoc siue naturali et morali. Hec Ambrosius. Tercio eius ewangelium decoratur multa venustate. Lucas enim stilo et modo loquendi valde venustus et decorus est. Quod autem aliquis in dictis suis venustatem et decorem teneat tria sunt necessaria que tradit augustinus scilicet vt placeat vt pateat et moueat. Nam vt placeat debet loqui ornate vt pateat debet loqui aperte ut moueat debet loqui cum feruore. Hunc triplicem modum tenuit lucas in scribendo et in predicando. De primis duobus in Cor. viii° Misimus cum illo fratrem. Glosa Barnabam vel lucam cuius laus est in ewangelio per omnes ecclesias. In hoc quod dicitur Cuius laus notatur quod locutus est ornate. Quod autem cum feruore locutus sit patet xxiiii° quod cor ardens dicens Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Jesu dum nobis loqueretur. Quarto eius ewangelium autenticatur auctoritate multorum quorum auctoritate autenticatum est quia apte fuit ordinatum. Jeremie xxxi. Ecce dies veniunt dicit dominus et feriam domui israel et domui iuda fedus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israel post illos dies dicit dominus. Legem meam dabo in visceribus eorum. Ad literam loquitur de doctrina ewangelica. Secundo a filio corroboratum. Vnde dicitur in eodem eius xxi° capitulo Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt. Tercio in spiritu sancto inspiratum. Vnde dicit Beda in prologo suo super lucam Beato inspirante spiritu in hiis partibus hoc scripsit. Quarto est ab angelis prefiguratum. Extitit enim prefiguratum ab illo angelo de quo dicitur Apocalipsis viii° Vidi angelum volantem per medium celi habentem ewangelium eternum. Istud autem dicitur eternum quod ab eterno efficitur a christo qui est eorum ad eternum naturaliter ad etiam finaliter in eternum perpetualiter a Christo a prophetis prenunciatum est nam Ezechiel propheta istud ewangelium prenunciavit tam in visione de animalibus facie vituli sicut dixit per quod ewangelium Luce significatum est ut supra dictum est. Item quod dicit Ezechielis 2° se vidisse librum qui erat scriptus intus et foris et in quo erant scripte lamentaciones carmen et ve per hunc librum intelligitur ewangelium Luce quod est scriptum intus per occulti misterii occultationem et foris per historie apertionem in quo etiam continentur lamentaciones passionis et carmen resurrectionis et ve eterne dampnationis. Sicut patet 21° capitulo ubi multa ve ponuntur. Secundo a virgine Maria reseratum: virgo enim beata omnia in corde suo signabat et diligenter conferebat ut dicitur Luce 2° ut per eum modum scriptoribus reseraret. Unde dicit glossa: Omnia que a domino facta vel dicta cognovit in memoria recondidit ut cum tempus predicationis vel scribende incarnationis adveniret sufficienter universa prout erant gesta posset querentibus explicare. Sermo et Bernardus assignans rationem quare angelus indicat beate virgini conceptum Elizabeth ait: Ideo conceptus Elizabeth indicatur Marie ut dum nunc salvatoris nunc precursoris occurrit adventus, utriusque tempus et ordinem tenens ipsam postmodum melius scriptoribus ac predicatoribus ewangelii reseraret veritatem que plene ab omnibus in principio celestis fuit instructa misteriis. Creditur etiam quod ewangeliste tam de multis eam requirebant et ipsa eos visitabat et specialiter creditur de beato Luca quod ad eam tamquam ad archam recurrit et ab ea certificatus fuit proprie de hiis que sibi soli constabant, sicut de ewangeliste annunciatione et Christi nativitate et huiusmodi de quibus solus Lucas agit. Septimo ab apostolis [illegible] Unde etiam Lucas non fuit cum Christo in omnibus et miraculis Christi ipse suum ewangelium ideo conscripsit secundum quod apostoli qui presentes fuerunt sibi intimaverunt sicut ipse in prologo suo insinuat dicens: Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis. Quoniam enim duplex consuevit fieri testimonium scilicet de visis et de auditis, ideo deus ut ait Augustinus duos testes voluit esse de visis scilicet Matheum et Johannem et de auditis Marcum et Lucam et quia testimonium quod est de visis certius et firmius est quam illud quod est de auditis, ideo ut dicit Augustinus duo ewangelia que sunt de visis ponuntur extrema et alia ~~que~~ duo que sunt de auditis ponuntur media tamquam infirmiora ut ab illis extremis que sunt certiora hinc inde fulciantur et roborentur. Octavo a Paulo invisibiliter approbatum nam eius ewangelium invisibiliter approbavit quia ad confirmationem dictorum suorum Luce ewangelium adducebat. Unde dicit Ieronimus in libro de viris illustribus: quidam suspicantur quociescumque Paulus in epistolis suis dicit secundum ewangelium meum de Luce significat volumine. Nono eius etiam ewangelium invisibiliter approbavit tam de eo scripsit. Decimo laus est in ewangelio per [illegible]. Legitur in historia Anthiochena quod cum christiani ~~ce~~ qui erant in Anthiochia multis flagitiis dediti essent obsessi a multitudine turcorum fame ac miseria multiplici flagellabantur. Sed cum plene ad deum per penitentiam fuissent conversi apparuit cuidam in ecclesia beate Marie de Tripoli vigilanti vir quidam lucidus et candidis vestimentis indutus et cum quereret quis esset dixit se Lucam fore qui de Anthiochia veniat ut beata miliciam celi apostolos et martires congregaret ut pro suis peregrinis pugnaret. Christiani igitur animati turcorum exercitum confregerunt.

Symon interpretatur obediens vel ponens tristiciam sic habuit duplex cognomen. Dictus est enim zelotes et Symon chananeus a Chana vico Galilee ubi dominus aquam in vinum convertit et idem zelotes est quod chananeus. Chana enim zelus interpretatur. Habuit enim preceptorum obedienciam per compassionem et zelum animarum per constantem fervorem. Judas interpretatur confitens vel gloriosus vel Judas quasi iubilum dans. Ipse enim habuit confessionem fidei, gloriam regni et iubilum eterni gaudii. Sic habuit multiplex cognomen. Dictus est Judas Jacobi frater. Fuit enim frater Jacobi minoris. Secundo dictus est Thadeus quod interpretatur apprehendens principem vel dicitur Thadeus a thares et deus. Thares namque dicitur vestis regia. Dei per ornamentum virtutum per quam apprehendit principem Christum. Vel Thadeus quasi tam deus id est magnus deus per adopcionem. Tercio dictus est in ecclesia Lebeus quod sonat quasi corculus, quasi cordis cultor. Vel Lebeus quasi lebes cor per magnanimitatem cordis per puritatem. Lebeus per hoc plenitudinem quasi olla et vas virtutum et gracie ec pervenit. Corum legendam et passionem scripsit ebrayce Abdias episcopus Babilonie ab ipsis apostolis episcopus ordinatus quam tropus Abdie discipulus transtulit in grecam, Affricanus vero in latinum.

Symon chananeus et Judas Thadeus qui et fratres fuerunt Jacobi minoris et filii Marie Cleophe que Alpheo nupta fuit. Judas vero ~~ab~~ Abagarum //ad regem Edissa missus fuit post domini ascensionem. Legitur enim in ecclesiastica hystoria quod predictus rex Abagarus domino Jesu Christo in hunc modum ~~epistolam~~ epistolam destinat. Abagarus Eucumie filius Jesu salvatori bono qui apparuit in loco Jerosolimorum salutem. Audita sunt michi de te et sanitatibus quas facis quod sine medicamentis aut herbis facis ista verbo et quod verbo tuo cecos facis videre, claudos ambulare, leprosos mundari et mortuos revivescere. Quibus omnibus auditis destinavi in animo meo esse unum de duobus: aut quia tu sis deus et descendens de celo ut hec facias, aut quia filius dei sis quod hec facias. Propterea ergo rogavi te scribens ut digneris fatigari usque ad me et egritudinem meam quam diu curare. Et eciam et illud comperi quod iudei murmurant adversum te et volunt insidiari tibi. Veni igitur ad me quia parva est michi civitas sed commixta que utrisque sufficiat. Dominus autem Jesus Christus in hec verba rescripsit: Beatus es qui in me credidisti cum ipse non videris me. Scriptum quippe est de me quia hii qui me non vident credent et hii qui vident me non credent. De eo autem quod scripsisti ad me ut veniam ad te, oportet me omnia hec complere propter que missus sum et postea recipi me ad eum a quo missus sum. Cum ergo assumptus fuero aliquem ex discipulis meis mittam ad te ut curet te et vivificet te. Hec in hystoria ecclesiastica. Videns autem Abagarus quod corporaliter Christum non videre non posset, secundum quod in antiqua quadam hystoria invenitur, sicut Johannes Damascenus in libro quarto testatur, pictorem quendam ad Jesum misit ut domini ymaginem figuraret et sic ipsum saltem per ymaginem conspiceret quem in facie videre non poterat. Sed cum pictor ad eum venisset propter nimium fulgorem qui ab eius facie procedebat in eius faciem clare nequibat intendere nec ipsam ut visum fuerat figurare. Quod cernens dominus vestimentum lineum ipsius pictoris accipiens et sue faciei superimponens suam ipsius ymaginem sibi impressit ac desideranti regi Abagaro transmisit. Cuiusmodi autem domini ymaginis fuit in eadem [illegible] sicut ibi dicit [illegible] ut cum ut ibidem dicatur bene oculatus longum vultum habuit et arduum quod signum maturitatis fuit. Illa autem epistola domini nostri Jesu Christi tante virtutis esse dicitur ut in illa civitate nullus hereticus vel paganus vivere valeat nec tyrannus aliquis eis nocere presumit. Nam si aliqua gens aliqua armata contra illam civitatem surrexerit, infans aliquis super portam stans epistolam illam legit et ea die fugiunt aut pacificati cum eis pacem componunt, sicut fertur olim fuisse adimpletum. Sed postmodum civitas illa a Saracenis capta fuit et prophanata et sublato beneficio propter abundanciam peccatorum in oriente usque patet factum. Postea vero postquam dominus assumptus est, ut in historia ecclesiastica legitur, misit Thomas apostolus Thadeum qui et Judas dictus est ad Abagarum regem secundum dei promissionem. Qui dum ad eum venisset et se discipulum Jesu Christi promissum diceret, vidit Abagarus in vultu Thadei quendam mirum et divinum splendorem. Quo facto stupefactus et timens dominum adoravit dicens: Vere discipulus es Jesu filii dei qui mihi dixerat: Mittam ad te aliquem de discipulis meis qui te curet et vitam prestat. Cui Thadeus: Si in filium dei credideris, omnia desideria cordis tui obtinebis. Cui Abagarus: Credo vere et Judeos qui eum crucifixerunt libenter trucidarem si mihi possibilitas adesset et Romanorum auctoritas impediret. ~~Solus~~ Cum igitur Abagarus in aliquibus libris ut ~~lect~~ legitur leprosus esset, Thadeus epistolam salvatoris accipiens et eam eius faciem consignavit et statim plenam sanitatem recepit. Judas autem primo in Mesopotamia et ponto predicavit, Simon vero in Egipto; deinde ambo in Persidem venerunt et ibi duos magos Zaroen et Arfaxat invenerunt quos Matheus de Ethiopia fugaverat. Tunc Varadach dux regis Babilonie contra Indeos ad prelium profecturus a diis nullum potuit habere responsum. Ideo quod propter apostolos qui venerant dii sibi respondere non possent. Tunc dux fecit eos inquiri et inventos qui nam essent vel quare venissent inquisivit. Cui responderunt: Si genus queris, Hebrei sumus; si condicionem, servos Christi fatemur; si causam, causa vestre salutis venimus. Cui dux: Cum feliciter reversus fuero audiam vos. Cui apostoli: Magis modo te convenit cognoscere illum cuius ope inimicos posses vincere vel certe rebelles pacatissimos invenire. Cui dux ait: Diis nostris potenciores vos video. Sine bellis vos rogo predicate. Cui apostolus: Ut deos tuos mendaces esse cognoscas, iubemus illis ad quesita tua respondere, ut ad dicenda que ignoraverunt predicentes ipsos per omnia esse mentitos. Tunc ipsi: forte bellum dixerunt futurum fore et multum populum hinc inde ruiturum. Quod audientes apostoli ridere ceperunt. Dixit eis dux: Me timor invasit et vos ridetis. Cui apostoli: Noli timere quia pax hinc nobiscum intravit. Et cras hora tercia diei legati Indeorum ad te venient et tue potestati cum pace se subicient. Tunc etiam pontifices risum levaverunt et duci dixerunt: Adhuc isti te securum reddere volunt ut tu incautus fiens ab adversariis occuperis. Nos dicimus: Comperta unum mensem vel ad unum decem dierum ~~die~~ si cras in pace victor compertus es. Tunc dux utrosque custodiri iussit ut quod veri compertu veraces honorarentur et mendaces pro crimine punirentur. Cum igitur in crastinum quod apostoli predixerant evenisset et dux pontifices incendere vellet, prohibuerunt apostoli ne hoc fieret, cum ipsi non vivientes occidere sed mortuos vivificare missi fuissent. Tunc dux valde [illegible] et quia eos omnes superaverunt et quia de bonis illorum aliqua recipere nollent eos ad regem duxit dicens Rex isti sunt dii latentes in effigie hominum. Quod cum sibi omnibus pontificibus magis narravisset zelo invidie commoti dixerunt illos malignos esse et contra regnum subtiliter cogitare. Dixit eis dux audete cum illis confligere. Cui magi si vis quod nobis presentibus veniant viri eloquentissimi et coram eis loqui ausi fuerint nos pro omnia esse imperitos pro~~bat~~babis. Cum autem plurimi advocati fuissent et adducti continuo coram magis ita muti facti sunt ut nutibus quod loqui non poterant indicarent. Dixerunt quoque magi ut scias nos deos esse permittimus eos loqui sed ambulare non posse. Deinde reddemus eis gressum sed apertis oculis nichil videre. Qui ut dixerant omnia fecissent ~~dux~~ dux advocatos illos confusos duxit ad apostolos. Cum autem apostolos pannosos vidissent eos in animo contempserunt. Quibus beatus Symon ait sepe evenit ut in capsa aurea et gemmata vilia queque sunt inclusa et in vilissimis et ligneis capsis sunt gemmarum monilia preciosa composita. Quicumque ergo rei cupit esse possessor non magnopere de ipsius quod gestatur spectat. Promittite ergo vos ab ydolorum cultibus recedere et solum deum invisibilem adorare et nos signum crucis in frontibus vestris faciemus et magos confutare poteritis. Quod cum fecissent et in frontibus signati essent ad regem cum magis ingressi sunt. Et cum a magis superari non possent immo ipsis coram omnibus insultarent irati magi multitudinem serpentium advenire fecerunt. Statim quod ad iussum regis venientes apostoli pallia de serpentibus impleverunt et in magos proiecerunt dicentes In nomine domini non moriemini sed a serpentibus lacerati dolorum vestrorum mugitus [illegible]. Cum ergo serpentes carnes eorum comederent et ipsi tamquam lupi ulularent rex et ceteri rogabant apostolos ut eos a serpentibus occidi permitterent. Quibus apostoli dixerunt Nos missi sumus reducere a morte ad vitam non a vita precipitare ad mortem. Et facta oratione preceperunt serpentibus ut venenum quod infuderant revocarent et post modum ad loca sua redirent. Maiores autem cruciatus magi senserunt cum serpentes venenum traherent [illegible] quam quando carnes eorum comederent. Quibus apostoli dixerunt Tribus diebus dolores sentietis tertia vero die sani eritis ut vel sic a vestra malicia recedatis. Cum vero tribus diebus sine potu et cibo et somno doloribus nimium cruciati iacuissent apostoli ad eos venientes dixerunt Non dignatur deus coacta habere servicia. Ideoque surgite sani et abite habentes liberam facultatem faciendi quod vultis. Illi autem in malicia perdurantes ab eis fugerunt et pene contra eos totam Babiloniam commoverunt. Post hoc filia cuiusdam ducis filium concepit et pariens quendam dyaconum sanctum infamavit quod eam violaret et ex ipso concepisset. Cum autem parentes puelle dyaconum occidere vellent apostoli advenerunt et quando puer natus sit requirunt. Cui [illegible] dixerunt hodie hora diei prima. Dixerunt quoque apostoli Infantem huc portate huc et dyaconum quem infamastis adducite. Quod ut factum fuisset apostoli infanti dixerunt Dic infans in nomine domini nostri Jesu Christi si iste dyaconus fecerit. Et prorupit ad hec infans dicit Iste inquit dyaconus castus et sanctus est nec unquam carnem suam coinquinavit. Cum autem parentes instarent ut apostoli manifestarent quis actor fuisset requirendo responderunt apostoli dicentes Nos

innocentes absolverent [illegible]
condempnatione. Tunc eo tempore contigit quod duo
tigrides fortissime fugerent que in
singulis caveis clause erant et omnes
qui sibi occurrerunt devorarent. Tunc apostoli
ad eas venerunt et in nomine domini eas
velud oves mansuetas fecerunt. Volentibus
autem apostolis abinde recedere rogati per
annum et per tres menses ibidem manserunt
in quo spacio plus quam quadraginta
milia hominum exceptis parvulis cum regibus
et principibus baptisati sunt. Postea al cha-
gi ad quandam civitatem nomine Samagir
ubi erant lxx pontifices ydolorum
venerunt et eos contra apostolos concitave-
runt ut cum illuc venissent aut eos
diis ymolare compellerent aut perimi
facerent. Peragrata igitur universa pro-
vincia cum apostoli ad predictam civitatem
venissent ecce predicti pontifices cum
universo populo eos capiunt et ad templum
solis deducunt. Demones autem per er-
gumminos clamare ceperunt: quid vobis
et nobis apostoli filii dei vivi, ecce ingres-
su vestro flamma ignis cruciamur. Tunc an-
gelus domini apparuit eis et ait: unum de duo-
bus eligite aut omnium interitum repen-
tinum aut vestrum martirium. Facto autem
silencio apostoli dixerunt: ut sciatis quod
ydola demonibus plena sunt ecce im-
perabimus ut exeant et singuli simula-
chra sua confringant. Statim quod duo
ethyopes nigri et nudi cunctis stupen-
tibus exierunt et confractis illis ma-
ximis vocibus et diris abscesserunt.
Quod videntes pontifices in apostolos
irruerunt et eos protinus trucidaverunt.
Ipsa hora cum nimia esset serenitas tan-
ta fulgura ceciderunt ut templum
ipsum multipharie scinderetur et illi
duo magi in carbones igneo ictu
fulminis verti fierent. Rex autem cor-
pora apostolorum ad urbem sustulit et
in honore illorum ecclesiam fabricavit.
De beato Symone in pluribus locis in-
venitur quod diu predicans sic affixus
est quod Ysidorus in libro de obitu apostolorum
et Euzebius et Ysidorus in hystoria ecclesiastica
et Beda super actus et magister Johannes
Beleth in summa sua testantur. Sed cum
ut aliud in Egypto predicasset Jerusalem
redyt et post mortem Jacobi minoris
in episcopum Jerosolimitanum ab apostolis unani-
miter est electus et ante mortem suam xxx
suscitasse narratur. Unde canitur de eo: tri-
ginta mortuos fluctibus mersos huic
vite reddidit. Cum autem Jerosolimitanam ecclesiam
per annos multos rexisset et centesimum
vicesimum annum egisset tempore Troyani im-
peratoris ab Atticus consulare Jerosolimitano
habetur. Ab eo capitur et in multis iniuriis
afficitur et ad ultimum ipsum in cruce affigi
iussit omnibus qui aderant et ipso iudice
mirantibus sic quod senex c xx annorum sic crucis
supplicium pertulisset. Notandum vero di-
cunt sic est veritas quod non fuit iste
Symon qui autem supplicium pertulit et
qui episcopus Jerosolimitanus fuit sed fuit Sy-
mon filius Cleophe frater Joseph
quod etiam Euzebius in cronica sua
testatur et Beda in suis cronicis. Nam
Ysidorus et Euzebius quod prius dixerunt cor-
rexerunt sic patet per Bedam
qui se hoc fecisse aut sensisse re-
tractavit in retractacionibus suis ut Usuardus
in cronica sua et martirologia te-
statur.

Omnium sanctorum festivi-
tas quatuor de causis
videtur instituta fuisse.
Primo ob augustam templi
dedicacionem. Secundo propter ob-
missorum suppletionem festivitatum. Tercio
propter neglectorum expiacionem. Quarto propter
faciliorem oracionum nostrarum impetracionem.
Primo igitur instituta est propter augustam
templi dedicacionem Romanorum. Cum
enim Romani universum mundum debel-
lassent quoddam templum maximum
construxerunt in cuius medio ydolum

aliud collocaverunt omnium provinciarum simulacra per circuitum statuerunt respicientia versus ydolum simulacrum Romanorum. Si autem aliqua provincia rebellaret continuo ut aiunt arte diabolica illius provincie simulacrum ydolo Romanorum posteriora convertebat tamquam ~~innuentes~~ innuens quod ab eorum ~~demonio~~ dominio recessissent. Continuo igitur Romani ad illam provinciam copiosum exercitum destinabant et ipsam suo dominio subiugabant. Verum non sufficiebat Romanis quod omnium provinciarum deos in sua urbe haberent quin potius singulis diis templa singula construerent tamquam qui eos cunctarum provinciarum victores et Romanos effecissent. Sed quia omnia ydola templum ibi habere non poterant ad maiorem sue vesanie ostensionem unum templum ceteris ~~mirabilius et~~ mirabilius et sublimius in honore omnium deorum erexerunt et Pantheon quod sonat totum deum vocaverunt a pan quod est totum et theos deus. Pontifices enim ydolorum ad maiorem populi deceptionem finxerunt Cybelem quam matrem omnium deorum vocabant iussisse quod imperatoribus ut si de omnibus gentibus victoriam vellent obtinere filiis suis templum fabricarent magnificum. Fundamentum vero ipsius fundamenti sphericum latitudine et quod ipsam formam deorum eternitatis demonstraret. Sed quia latitudo testudinis insustentabilis videbatur cum super terram in edificio quantulum crevisset totum intus terra replebat simul ut dicitur cum terra denarios simul iacientes et sic fecerunt quousque predictum templum mirabiliter est consummatum. Tunc data licentia ut quicumque terram asportaret totam pecuniam quam invenisset sua esset effossa terra cito perierat ut ipsum templum cito evacuaret. Denique Romani ereum coopertorium edificaverunt et eum deauraverunt et in summitate collocaverunt aliud quia in hoc omnium provinciarum sculpte erant ita ut quicumque Romam venisset videns quo provincia sua esset sculpta cognoscere posset. Hoc autem tempore procedente inde cecidit. Unde et in predicto templo in summitate apertura remansit.

Tempore igitur Foce imperatoris cum iam Romani dudum Christi fidem recepissent Bonifacius papa quartus a magno Gregorio circa annos domini dc v. predictum templum a Foca cesare impetravit et ydolorum eliminata spurcicia ipsum quarto ydus maii in honorem beate Marie et omnium martirum consecravit et locum sancte Marie et martires appellavit qui nunc Sancta Maria Rotunda appellatur. Hoc diem cum a populo predicto congressorum solempnia celebrabant sed quia ad hoc festum magna populi multitudo confluebat et propter victualium acquisitionem celebrationi vacare non poterat ideo Gregorius papa quartus hoc festum in kalendis novembris quando maior copia victualium adesset messibus et vindemiis celebrari instituit fieri ac per universum mundum hoc idem in honore omnium sanctorum solempniter ordinavit et templum quod dedicatum fuerat ydolis nunc est dedicatum in honore omnibus sanctis ubi multitudo colebatur ydolorum ibi deo vero laudatur multitudo sanctorum.

Secundo instituta est propter obmissorum supplectionem. Nos enim multos sanctos obmisimus de quibus nullam memoriam festivam non enim possumus omnium sanctorum memoriam agere. Tum propter sanctorum multitudinem eo quod multi et quasi infiniti sunt, tum propter infirmitatem quia infirmi et debiles sumus et ad hoc sufficere non possumus, tum propter temporis brevitatem quia tempus non sufficeret et iam sicut ait Ieronimus in quadam epistola que in kalendario ponitur nullus dies est in anno excepto die kalendarum ianuarii qui non inveniantur milia quinque [illegible] possit [illegible]

Ideoque ecclesia rationabiliter ordinavit ut qui omnium sanctorum festa singulariter agere non possumus saltem omnes simul generaliter honoremus. Quare autem institutum sit ut festivitates sanctorum omnium in terra agamus, unde quare Willhelmus Altisiodorensis in summa de officio ponit sex rationes. Prima est propter maiestatis divinae honorem, quod dum eius honore sanctis impendimus et ipsum in eis mirabilem praedicamus, quia qui sanctos honore tribuit illud specialiter honorat qui eos sanctificavit. Secunda est propter auxilium nostre infirmitatis, quia cum per nos salutem habere non possumus, ideo sanctorum intercessionibus indigemus, a quibus ut adiuvari mereamur merito ipsos honorare debemus. Legitur enim iiii regum primo capitulo quod Bersabee quae interpretatur puteus satietatis, id est ecclesia triumphans, filio suo, id est ecclesiae militanti, regnum suis precibus obtinuit. Tertia est propter augmentum nostrae securitatis ut scilicet per sanctorum gloriam quae nobis in ipsorum festivitate proponitur nostra spes et securitas augmentetur. Si enim homines nobis similes mortales ita potuerunt per sua merita sublimari, constat quia nos similiter poterimus, cum manus domini non sit abbreviata. Quarta est propter exemplum nostrae imitationis. Cum festivitas eorum recurrit, ad eorum devotionem provocamur ut scilicet eorum exemplo terrena contemnamus et caelestia desideremus. Quinta est propter debitum mutuae vicissitudinis. Sancti enim in caelo de nobis festum faciunt, quia gaudium est angelis de uno peccatore paenitentiam agente et aliis sanctis, ut eis vicissitudinem impendamus iustum est, et quia ipsi de nobis festum agunt in caelis et nos de ipsis faciamus in terris. Sexta est propter procurationem nostri honoris, cum enim sanctos honoramus, nostram causam agimus et nostrum honorem procuramus, quia eorum festivitas est nostra dignitas, nam cum [illegible]

[illegible] honoramus nos ipsos. Caritas namque facit omnia quae communia, quia nostra sunt caelestia, terrestria et etiam aeterna. Praeter has rationes ponit similes rationes Ieronimus et Damascenus libro quarto capitulo vii°, quare scilicet sancti et patres eorum corpora sive festa debeant honorari. Quaedam sumuntur quantum ad eorum dignitatem, quaedam quantum ad corporum ipsorum pretiositatem. Dignitas autem eorum ut ibi dicit est quadruplex, quia ipsi sunt amici dei, heredes dei et duces nostri, et ponit istas auctoritates. De prima Johannis xv° Iam non dicam vos servos sed amicos meos. De secunda ad Romanos viii° Si autem filii et heredes. De quarto sic dicit: Quantum laborares ut ducem invenires qui te mortali regi adduceret et pro te ad ipsum sermonem faceret. Duces totius generis humani qui ad deum pro nobis interpellationes faciunt, numquid non honorandi sunt? Utique quibus honorandi templa erigentes deo et eorum memoriam venerantes ipsos honoramus. Aliae sumuntur quantum ad corporum ipsorum pretiositatem, et ponit hic Damascenus quatuor et Augustinus addit quintam per quam manifestatur pretiositas corporum sanctorum sive reliquiarum. Prima quia eorum corpora fuerunt promptuarium et templum dei, alabastrum spiritualis unguenti, fontes divini et organum spiritus sancti. Primo enim fuerunt promptuarium dei, pura tenacula dei facti sunt. Secundo templum dei vivi. Sequitur: Christus per intellectum in cordibus eorum ~~habitabit et~~ habitavit deus. Dicit enim apostolus: Nescitis quia corpora vestra templum habitantis in vobis spiritus sancti? Si enim similiter non sunt honoranda animata templa et ~~animata~~ dei tabernacula animata. De hoc ait Chrisostomus: Homo in edificatore parietum delectatur. Ubi psalmus: Domine dilexi decorem domus tuae, quae decoro non quae diversitas marmorum facit splendorem, sed quae praestat varietas [illegible] sensus iste visibilis cum plus et tempore debilitat et decipit oculos, iste autem in spiritu vivificat intellectum. Secundo adhibetur spiritualis unguenti, unde ait: unguentum scilicet bonum odorem quod se manare sanctorum reliquiae cernentes et nullus hic discredat. Si enim quod rupe et firma petra in heremo aqua emanavit et quod maxilla asini Samson sitienti et mortuorum reliquiis unguentum bene olens emanare incredibile nequaquam est scientibus Deum dei virtutes et denique sanctorum qui ab ipso sunt honore. Tertio sanctos dum vivunt: isti vivuntes in vitate ad libera potentia Deo assistunt respondentes nobis. Salvator enim Christus sanctorum suorum providit reliquias in multiformium beneficia [illegible] certo organum Spiritus sancti. Hanc rationem assignat Augustinus in libro de civitate dei dicens: Non sunt contemnenda sed plurimum veneranda sanctorum corpora quibus tamquam adhuc viventes Spiritus sanctus quibusdam organis ad omne opus bonum usus est. Unde apostolus: an experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus. Et de Stephano dicitur quod non poterant resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur per eum. Item Augustinus in Exameron: Hoc est pretiosissimum quod homo sine voce sit organum et corporalibus labiis exprimat caeleste organum ut oraculum. Tertio instituta est propter negligentiarum expiationem. Licet enim paucorum sanctorum festa agimus, adhuc tamen illa pauca saepe negligenter agimus vel multa ibidem per negligentiam vel ignorantiam obmittimus. Ut ergo quod igitur in aliis solemnitatibus quas agimus aliquid neglexerimus in hac generali festivitate supplere possimus et de negligentia purgare valeamus. Haec ratio tangi videtur per [illegible] quod hac die recitatur in quo sic dicitur: Decretum

[illegible] de sanctis omnium memoriam habeat ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam vel negligentiam seu per occupationem rei secularis in solemnitate sanctorum minus peregisset in hac observatione solveretur. Notandum autem quod quadruplex est differentia sanctorum novi testamenti quas per anni circulum colimus et quos hodierna die simul recolimus ut eis quod negligenter fecimus suppleamus, scilicet apostoli, martyres, confessores et virgines, et hii secundum Rabanum per quatuor mundi partes significantur: per orientem apostoli, per meridiem martyres, per aquilonem confessores, per occidentem virgines. Prima igitur est differentia apostolorum dignitas et magnificentia et eo quod alios sanctos in quatuor excedunt. Primo in praeeminentia dignitatis. Ipsi enim sunt sapientes principes ecclesiae, milites potentiores, assessores aeterni iudicis, duces et pastores dominici gregis. Bernardus: Tales decebat esse humani generis pastores et doctores constitui qui et duces essent et potentes et sapientes, dulces et misericordes ad suscipiendum peccatorem, fortes ut fortiter protegerent, sapientes ut ad viam et per viam ducerent quae ducit ad civitatem. Secundo in praeeminentia potestatis, de quorum potestatis praeeminentia sic dicit Augustinus: Apostolis dedit Deus potestatem super naturam ut eam curarent, super daemonia ut eos eicerent, super altare ut illud consecrarent, super elementa ut illa mutarent, super mortem ut eam contemnerent, super angelos ut corpus domini consecrarent. Tertio praerogativa sanctitatis, unde propter eorum maximam sanctitatem et gratiae plenitudinem vita et conversatio eorum in eis quasi in speculo relucebat et cognoscebatur in eis quasi sol in suo ardore sicut ignis in suo calore. De hac Augustinus super

[illegible] sic
sol suos radios quasi stellas suas
respersit ut sicut sol in radiis
comparatur sicut rosa in odoribus
suis sentitur sic ignis in favillis su-
is aspiratur sic in illorum virtutibus
Cristi potencia virtuosatur. Hec Cris.
Tercio in officio utilitatis. De quorum
officio dicit Augustinus loquens de apostolis
Per abiectissimos et imperitissimos
et paucissimos nobilitantur et illumina-
tur multiplicantur dulcissima elo-
quia preclarissima ingenia copiosis-
sima acumina acutorum facundorum atque
doctorum. Hec ille. Quarto est martirum quorum
dignitas et excellencia manifestatur
eorum qui passi sunt multiplicatur quia preter
martirium sanguinis passi sunt aliud
triplex martirium sine sanguine. De quo
quo triplici martirio dicit Bernardus Tri-
plex est martirium sine sanguine quod
est verum et secundum quod possumus intelligere
omnium sanctorum passione et corporis viri
Alii truncati alii per diversa tormenta
posuit parcitas in ubertate quam ha-
buit David largitas in paupertate
quam habuit Thobias vidualis ca-
stitas in iuventute quam habuit qua usque
est Joseph in Egipto. Hec ille. Gregorius
triplex est martirium sine sanguine
scilicet paciencia in adversis unde dicit
Sine ferro possumus si pacienciam
in animo custodimus. Compassio affli-
ctorum unde dicit qui dolore compati-
bet in aliena necessitate crucem
portat in mente dilectio inimicorum. Un-
de dicit offerre contumelias odientem
diligere martirium est in occulta cogi-
tacione. Hec. Quarto utilitas que utilitas
est ex parte ipsorum martirum scilicet omnium pec-
catorum remissio meritorum cumulacio
et eterne glorie recepcio ista enim pre-
cio sanguinis emerunt et ideo ipsorum
sanguis dicitur preciosus immo preciosior
plenus dicitur primo secundo Singuli

[illegible] est preciosa
[illegible] mortem per quam peccata dimit-
tuntur et merita cumulantur. Ideo se-
lonem preciosa est sanguis et sic precio
fecit in ipse sanguis precium nam sine suorum
sanguinem non faceret preciosum non diceretur
preciosa est mors sanctorum in conspectu domini
sanctorum eius. Item Ciprianus martirium
delictorum finis periculi terminus dux sa-
lutis paciencie magistrum domus
vite. De tercio tamen sunt que mortem
sanctorum faciunt preciosam comites a labore
gaudium de novitate securitas de
eternitate. Secundo [illegible] est utilitas
quia dati sunt nobis ad exemplar ad
portandum. Cris. Tu christiane deli-
catus es miles si putas te sine
pugna vincere sine certamine tri-
umphare. Exerce vires fortiter
dimica atrociter in prelio isto concerta
considera pactum condicionem attende mili-
ciam nosce pactum quod spopondisti
condicionem quam accepisti miliciam
cui nomen dedisti. Ex eo enim pacto cuncti
pugnaverunt ac condicione vicerunt
vicerunt ac milicia triumphaverunt.
Hec Cris. Secundo dati sunt nobis
in patronos ad auxiliandum. Adiu-
vant nos enim meritis suis. Unde
Augustinus O immensa christi pietas
que merita martirum vult esse suffra-
gia nostra. Illos examinat ut nos e-
rudiat illos conterit ut nos acqui-
rat illorum cruciatus vult nostrum esse pro-
fectum. De tercio Jeronimus contra Vigilan-
tium Si apostoli et martires adhuc
in corpore positi pro ceteris orare possunt
cum de se adhuc debent esse soli-
citi quanto magis post coronas vi-
ctorias et triumphos. Unus homo
Moyses de sexcentis milibus
armatorum impetravit veniam
ab eo et Stephanus imitator sui
lapidatoribus veniam deprecabatur
et postquam cum christo esse ceperint
minus valebunt. Paulus apostolus

[illegible]
[illegible] condolat et [illegible]
cum ergo tunc ore predicassem [illegible]
constanti singulari frequentia [illegible]
e martiris claritate acuta splen-
dida veritate dei pugil [illegible] victo-
ria virtute et bella fecit que contradi-
centium catervas bellando su-
peravit [illegible] in faustos [illegible]
adversos. Item Christi tortoribus
torquentibus sordes [illegible] la-
niantes ungulas cruentata
membra viderent. Tertia dicta
confessorum quorum dignitas ex-
cellentissima manifestatur. Et eo
quod Christum confessi sunt tribus modis scilicet
ore corde et opere. Confessio autem
cordis non sufficiat sine confessione
oris sicut probat Christus in ver-
bis suis [illegible] quantum ad primum
sic dicit [illegible] radix confessionis
fides est cordis confessio autem est
fenestra dei sicut ergo quamdiu radix
viva in terra [illegible] est ut ramos
producat aut folia si autem non
produxit sine dubio intelligis quia ra-
dix eius in terra siccata est sic quam-
diu cordis fides integra semper
gerat in ore confessionem si autem
confessio [illegible] fuit [illegible] intellige
sine dubio quod fides cordis eius e-
tiam siccata. Quantum ad secundum sic dicit
si tibi prodest corde credere et coram
hominibus non expedit [illegible] si corde non
credat si autem illi [illegible] sufficiat sine
fide [illegible] confitendo [illegible] profuit
credendo sine confessione. Quantum ad
tertium sic dicit et si sufficiat [illegible]
cognoscat eum tamen si confessus non fueris
eum coram hominibus nec ipse te confitebitur
coram patre suo ergo sufficiat quia cogno-
scat te [illegible] si confessus te non fuit
si autem non sufficiat te cognoscere eius nec
illi sufficiat fides tua. Quantum ad quar-
tum sic dicit si enim sufficeret fides

[illegible] confessi con-
[illegible] et ore [illegible] credidit ut corde
credat et ore confiteatur. Item confessi
sunt deum opere quia [illegible] qui deum
confitetur ore autem neget opere secundum
[illegible] scilicet qui confitetur se nosse
deum dicens [illegible] est sapientia iustitia ve-
ritas sanctitas fortitudo negatur per in-
sipientiam sapientia per iniquitatem
iustitia per mendacium veritas sancti-
tas per turpitudinem fortitudo per
animi imbecillitatem et consensum
[illegible] autem [illegible] tenens
deum negat et cum [illegible] bene agit
deum confitetur. Quarta dicta virginum quorum
dignitas excellentissima manifestatur
primo quia ipse sunt sponse eximii
Ambrosius pulchritudinem qua potest
maiorem estimare [illegible] omnia que
amat [illegible] dedi-
catur adeo semper sponsa sit in-
nupta. Secundo quia consimiles angelis
Ambrosius [illegible] virginitas [illegible]
[illegible] angelis
[illegible] angeli enim sine carne
vivunt virgines vero in carne tri-
umphant maior enim victoria virgi-
num quam angelorum [illegible] illu-
stres sunt fidelibus [illegible] Cypria-
nus virginitas est flos ecclesiastici ger-
minis decus atque ornamentum gratie
spiritualis leta indoles laudis et
honoris opus integrum atque incor-
ruptum imago dei respondens ad
sanctimoniam domini illustrior portio gregis
Christi [illegible]
[illegible] excellentia quia [illegible] virginitas
[illegible] singularis est excellentior
[illegible] comparatione [illegible] enim
[illegible] ita [illegible] angeli
[illegible] elegit in carne vitam
[illegible] angelorum quam [illegible]
ne augere [illegible] est
enim [illegible] felicior quam [illegible]
[illegible] filios [illegible] filios
[illegible] et [illegible] angelica
continentia [illegible]

[illegible] unde nusquam sit ibi gaudiorum de maiestate dei. Item sicut filiis repletur terra, ita celum secundum Jeronimum: nuptie terram implent, virginitas paradisum. Item est multe felicitatis beatitudinis; item secundum Sigisbertum virginitas est ordo, silentium, pax, caritas, corporis victoria, principatus virtutum. Item est bonum, item melius secundum Jeronimum ad Palmachium: tantum est inter nuptias et virginitatem quantum inter non peccare et bene facere, immo ut vicinius dicam quantum inter bonum et melius. Item comparatur spinis, item rosis secundum Jeronimum ad Eustochium: laudo nuptias, si quas michi generant virgines; lego de spinis rosas, de terra aurum, de concha margaritam. Item quinto quia multis gaudent privilegiis. Ipse namque virgines coronam aureolam habebunt, canticum novum sole cantabunt, vestimento eiusdem cum Christo fulgebunt, post ipsum Agnum ambulabunt. Quinto et ultimo instituta est dies propter faciliorem maiorem orationum impetrationem, ut sicut omnes sanctos ubique honoramus hac die, sic et ipsi omnes pro nobis simul intercedant, ut sic divinam misericordiam facilius impetremus. Si enim impossibile est multorum preces non exaudiri, constat quod impossibile valde est omnium sanctorum pro nobis orationes non exaudiri. Propter hec in oratione tangitur ad dicendum: Desideratam nobis tue propitiationis habundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Intercedunt enim pro nobis sancti merito et affectu. Merito quidem, quia nobis eorum merita suffragantur. Affectu quidem, quia vota nostra cupiunt adimpleri, quod tamen non faciunt nisi voluntatem dei adimplendam viderint. Quod autem in hac die omnes sancti pro nobis ad intercedendum conveniant, ostenditur in quadam visione que sequenti anno ab huius festi institutione contigisse narratur. Cum enim hac die custos ecclesie sancti Petri ex devotione omnia altaria circuisset et omnium sanctorum suffragia implorasset et demum ad altare sancti Petri [illegible] paululum quievisset et se in extasim [illegible] et ecce vidit regem sublimi in solio residentem et omnes angelos in circuitu circumstantes. Venit ipsa virgo virginum in diademate prefulgenti; advenit quam innumerabilis multitudo virginum et continentium sequebatur. Quam rex protinus assurgens et posito solio iuxta se sedere fecit. Post hec advenit quidam vestitus de pilis camelorum, quem sequebatur multitudo venerabilium senum. Deinde advenit aliquis pontificali decoratus habitu, quem aliorum chorus in habitu consimili sequebatur. Post hec processit innumerabilis militum multitudo, post quos advenit turba diversarum gentium infinita. Omnes igitur ante solium regis advenerunt et ipsum flexis genibus adoraverunt. Hii autem qui in pontificali habitu erant matutinas ceteris prosequentibus inchoaverunt. Angelus autem qui predictum custodem ducebat, eidem visionem exposuit, asserens reginam in prima acie matrem dei esse; vestitum de pilis camelorum Johannem baptistam cum patriarchis et prophetis; pontificali habitu Petrum cum ceteris apostolis; milites martires; reliquos confessores, qui omnes ante regem venerunt ut pro honore sibi hac die a mortalibus exhibito gratias agerent et pro orbe universo orarent. Deinde ad locum alium ipsum duxit et utriusque sexus homines alios in aureis, alios in mensis gaudentes diversis deliciis, alios quoque nudos et inopes auxilium mendicantes ostendit. Dixit hunc locum purgatorium esse et habitantes animas illas esse quibus ab amicis copiose per multa suffragia subveniebatur, precipiens ut hec omnia summo pontifici intimaret, et post festum omnium sanctorum diem statueret animarum, ut saltem generalia suffragia pro illis ipsa die fierent qui specialia habere nequirent.

Commemoratio omnium fidelium defunctorum hac die ab ecclesia fieri instituta qui in [illegible] qui specialiter adiuvari ut videntur sic in predicta revelatione monstratum est ut dicit Petrus Damascenus quod sanctus Odilo cluniacensis quod apud vulcanum Sicilie crebro voces et ululatus demonum audiebant plangencium quod animas defunctorum per oraciones et elemosinas ab eorum manibus eripiebant et in suis monasteriis ordinavit ut post festum omnium sanctorum fieret commemoracio defunctorum que sunt post ea ab omni ecclesia approbata. De duobus autem hic specialiter videri potest primo de ipsis purgandis secundo de eorum suffragiis. Circa primum tria videnda sunt primo que sunt illa que purgantur secundo per quos purgantur. Illorum qui purgantur tria sunt genera. Primi qui satisfactione iniuncta nondum completa decedunt verumtamen si tantam habuerint cordis contricionem que sufficeret ad delendum peccatum liberi ad vitam transirent eciam si satisfactionem minime complessent quia contricio est maxima pro peccato satisfactio et maxima peccati delecio. Secundus apud deum non tantum valet mensura temporis quantum doloris nec abstinencia tantum laboris quantum mortificacio viciorum. Sed qui a deo non contenunt. Et ante complecionem pene moriuntur. Isti in purgatorii ignibus maxime puniuntur nisi forte eorum satisfactio ab aliquibus caris suis perficienda assumatur. De hoc tamen quod predicta commutacio valeat quatuor requiruntur. Primum est ex parte commutatoris scilicet eius auctoritas quia de sacerdotis auctoritate fieri debet. Secundum est ex parte illius pro quo fit commutacio scilicet eius necessitas quia in tali statu debet esse quod pro se satisfacere non valet sed adiuvari indiget. Tercium est ex parte illius in quem fit commutacio scilicet caritas quia necesse est ipsum esse in caritate qui faciat ipsam satisfactionem esse meritoriam et satisfactoriam. Quartum est ex parte pene scilicet debita proporcionalitas ut scilicet minor pena pro minore commutetur in maiorem quia plus satisfacit deo pena propria quam aliena. Est enim triplex pena scilicet propria et voluntaria et hec magis satisfacit. Secunda est propria et non voluntaria que scilicet in purgatorio. Tercia scilicet voluntaria sed non propria sicut scilicet in pena commutacione et hec minus satisfacit quam prima eo quod non propria et magis quam secunda eo quod scilicet voluntaria. Verumtamen et si pro quo satisfactio scilicet assumpta decedit nichilominus eam in purgatorio paciatur sed tamen penam quam ipse sustinet et quam pro eo alii solvunt cicius liberat quia deus penam suam et penam illorum in sorte computat. Unde si debet in purgatorio sustinere penam duorum mensium talis sic poterit iuvari quod liberabitur infra mensem. Numquam tamen inde eripitur quousque debitum sit solutum quo soluto illud quod solvitur deinceps scilicet illius qui facit in fructum illius cedit et si ipse non indiget cedit in thesaurum ecclesie vel valet aliis qui in purgatorio sunt. Tercii qui in purgatorium descendunt sunt qui satisfactionem quidem iniunctam compleverunt sed tamen illa pena ignorancia vel negligencia sacerdotis sufficiens non fuit. Hii enim nisi magnitudo contricionis suppleat totam in purgatorio complebunt quod minus in hac vita fecerunt. Deus enim qui modos et mensuram peccatorum et penarum novit addit penam satisfactioni ut ad id ne aliquid impunitum remaneat. Unde penitencia iniuncta aut erat equalis aut maior aut minor. Si maior id quo magis fecit cedit ~~ad~~ ad augmentum glorie. Si equalis tunc sufficit ad dimissionem tocius culpe. Si minor tunc id quod restat suppletur ex virtute divine iusticie. De hiis vero qui in fine penitent audi quid Augustinus sentiat. Penitenciam baptizatus ad horam securus hinc exit. Fidelis et bene vivens securus hinc exit. Agens penitenciam reconciliatus ad sanus scilicet securus hinc exit hinc ait ergo suffi[illegible] [illegible] tene certum et dimitte incertum. Sic etiam dicit Augustinus quia talis conversus fuerit per etiam penitentie ex necessitate quam ex voluntate plus timore quam amore de dei iustitie vel gloriae. Ceteri qui in purgatorium descendunt sunt qui lignum stipulam fenum ferunt, qui scilicet ita divitias suas licet cum affectu carnali habent affectum, affectiones etiam carnales quibus dediti sunt de domibus coniugibus possessionibus, ita tamen quod nichil deo preponunt, illis tribus significantur qui secundum suos venialium modos vel diutius ut lignum vel ut fenum vel ut minimum ut stipula cremabuntur. Qui ignis sicut dicit Augustinus licet eternus non sit miro modo tamen gravis, excellit enim penam quam passus est aliquis in hac vita unquam in carne inventa est talis pena, licet mirabilia martires passi sunt tormenta. Tertio a quibus scilicet purgantur, sciendum quod illa purgatio et punitio fit per bonos et malos. Boni enim angeli non vexant bonos sed boni malos et mali bonos. Pie autem credendum est quod boni angeli fratres et concives suos frequenter visitant et consolantur ut patienter sustineant exhortantur. Habent etiam aliud consolationis remedium quod ex certo futuram gloriam expectant. Huius autem certitudinem de gloria minorem tamen quam illi qui sunt in ~~via~~ patria sed maiorem quam illi qui sunt in via. Certitudo enim illorum qui sunt in patria est sine expectatione et timore quia id illam futuram expectant cum presentem habeant nec illam deinceps amittere formidant. Certitudo autem illorum qui sunt in purgatorio medio modo se habent, est enim cum expectatione quia ipsam futuram expectant sed est sine timore quia cum habeant liberum arbitrium confirmatum de cetero se peccare non posse sciunt. Est et aliud consolationis suffragia que pro se credunt fieri. Forte tamen verius est quod illa punitio [illegible] [illegible] sunt sed divina iussione [illegible] iubente et flectu eius succedente. Quarto etiam ubi scilicet ~~pu~~ purgantur, ubi sciendum quod purgantur in quodam loco iuxta infernum posito qui purgatorium dicitur secundum positionem plurium sapientum, licet aliis videtur quod sint in aere vel in torrida zona. Sed tamen per divinam dispensationem diversa loca diversis animabus quandoque deputantur et hoc multiplici de causa, scilicet vel propter eorum levem punitionem vel propter eorum celeriorem liberationem aut propter nostram instructionem aut propter culpe in loco perpetrationem aut propter alicuius sancti orationem. Primo propter eorum levem punitionem sicut aliquibus secundum beatum Gregorium revelatum est quasdam animas in umbris punitas esse. Secundo propter eorum celeriorem liberationem ut scilicet possent aliis suam indigentiam revelare et ab eis suffragia petere et celerius de pena exire. Sicut quidam piscatores beati Theobaldi in autumno frustum magnum glaciei prendiderunt. De qua magis quam de pisce gavisi sunt maxime quia episcopus dolore pedum laborabat. Super glaciem eius pedibus supposuerunt et magnum refrigerium sibi prestabant. Quadam autem vice de glacie audivit vocem humanam qui ab episcopo adiuratus quis esset dixit: Ego sum anima quedam que in hac glacie pro peccatis meis affligor et liberari possem si triginta missas pro me continuis triginta diebus dices. Cum autem medietatem missarum dixisset et ad aliam missam se pararet diabolica persuasione contigit quod fere omnes homines illius civitatis inter se bella moverent. Unde episcopus vocatus est ad pacandam discordiam. Deponens vestes sacras missam illa die dimisit. Iterum reincipiens et iam duas partes complevisset exercitus magnus ut videbatur civitatem obsedit et compulsus misse officium dimisit. Deinde reincipiens complevisset iam totum ultimam missam volens tota civitas et domus episcopi incendia [illegible] sed dixit ut missam non dimitteret [illegible] missam [illegible] celebrata confestim statim [illegible] et ignis quem se induisse videbat tamquam fantasma evanuit et nullum dampnum intulit. Dicto ipse [illegible] in [illegible] ut magnas penas per eadem mitigari in purgatorio penantibus tamquam. Sicut palipius colligitur, legitur magister Silo, ut dicit Cantor Parisiensis, quendam suum scolarem [illegible] rogavit ut post mortem ad se rediret et statum suum sibi nuntiaret. Post aliquos dies ille apparuit ad cappa pargameno tota sophismatibus descripta et intus flamma ignis tota texta. Cum a magistro quis esset requireret, ait: ille ego sum qui adhuc redire promisi. Qui de statu suo requisitus ait: Hec cappa super me plus ponderat et plus me premit quam unam turrim super me haberem, et est mihi data ut eam portem propter gloriam quam in sophismatibus habui; sed capetis flamma ignis que intus est pro delicate et varie vestes quas portavi, que flamma me cruciat et urit. Cum autem magister illas penas faciles iudicaret, precepit ei defunctus ut manum extenderet et se facilitatem pene sentire posset. Cum autem extendisset manum, ille unam guttam sudoris immisit que per ipsam manum quasi sagitta perforavit, ita quod cruciatum nimium sentiebat. Et dicit: Talis per totum sum. Ille igitur magister experimento pene acerbitate perterritus statim mundum deserere deliberat et religionem intrare. Unde mane scolaribus congregatis hos versus composuit: Linquo coax ranis, cra corvis, vanaque vanis; ad logicam pergo que mortis non timet ergo. Et sic seculum deserens ad religionem confugit. Dicto ipse culpe in locis precedentibus patet. Quedam animae puniuntur in locis ubi deliquerunt, sicut patet per illud quod Gregorius narrat in quarto dyalogorum. Presbyter quendam namque [illegible] balneum frequentabat, quem cum [illegible] intrasset [illegible] inveniebat qui sibi ministrabat. Cum die quadam pro benedictione et labore suo quendam panem benedictum sibi obtulisset, ille eiulans ait: Quid das mihi ista pater [illegible] ego eram [illegible] omnis huius loci dominus [illegible] sum, sed pro culpis meis hic post mortem meam deputatus sum, sed quaeso ut omnipotenti deo [illegible] hunc panem offeras pro peccatis meis. Scitote autem exauditum te esse cum ad lavandum veneris et me minime inveneris. Presbyter autem per septimanam salutarem hostiam pro eo quotidie obtulit et rediens illum minime invenit. Dicto ipse eius adhuc sancti [illegible] sicut legitur [illegible] patrinus quinquaginta annis intra purgatorium conversatione usque sustentam per legendam sancti Benedicti invenies.

Circa secundum quod est de suffragiis, primo de ipsis sufragantibus suffragia sunt, secundo de ipsis sanctis, tertio de hiis per quos sunt. Circa suffragia que sunt notandum quod quatuor sunt suffragiorum genera que defunctis maxime prosunt, scilicet fidelium et amicorum oratio, elemosinarum largitio, salutaris hostie immolatio et ieiuniorum observatio. Quod autem prosint genera suffragiorum, scilicet oratio amicorum, patet per exemplum de Paschasio de quo Gregorius quarto dyalogorum narrat. Cum vir sanctitatis et multe virtutis extitit et duo tunc in summos pontifices electi fuissent et tunc ecclesia in unum convenisset, ipse tamen Paschasius errore alium super praetulit et in hac sententia usque ad mortem permansit. Qui cum esset defunctus et dalmatica eius feretro superposita demoniacus tetigisset, statim sanatus est. Post multum vero temporis cum Germanus Capuanus episcopus balneum ob causam sanitatis petisset, Paschasium diaconem statim invenit. Quo viso ipse vehementer extimuit et quid illuc vir tantus faceret requisivit. Qui pro nulla alia se causa in illo loco penali esse asseruit nisi quod in tali causa plus iuste sensit, et addidit: Quaeso te deum pro me deprecare atque in hoc cognosces quod exauditus sis, quando hic me nusquam inveneris. Qui cum pro eo oraret et illuc post paucos dies redisset, Paschasium in eodem loco minime invenit. [illegible] etiam sunt defunctis orationes vinculo

[illegible] quidam ut [illegible]
p[illegible] dum per cimiterium transiret pro
eis De profundis dicebat. Cum ab ini-
micis per cimiterium insequeretur, continuo
mortui surrexerunt et unusquisque instru-
mentum artis sue in manu tenens viriliter
defenderunt et inimicos territos fugaverunt.
Petrus vero Cluniacensis dicit quod cum
quidam sacerdos quotidie pro defunctis
missam celebraret et hac de causa episcopo
accusatus ab officio est suspensus.
Cumque ante cimiterium in magna sollempnitate
ad matutinas transiret, ecce omnes
mortui surrexerunt dicentes: Iste episcopus
nullas nobis missas dat, et sacerdotem
nostrum nobis abstulit; sed scitote nisi emen-
daverit morietur. Episcopus statim sacerdotem
absolvit et ipse pro defunctis celebra-
vit. Quod non solum orationis suffragiorum
sed elemosinarum largitio eis proficit,
manifeste satis patet ex eo quod in
libro Machabeorum legitur. Item vir
fortissimus Judas collatione duode-
cim milia dragmas argenti misit
Jerosolimam offerre ibi pro peccatis
mortuorum, iuste et religiose de re-
surrectione cogitans. Quantum etiam
defunctis elemosine valeant colligitur
per illud quod dicit Gregorius in quarto
libro Dialogorum. Quidam namque
miles de corpore eductus exanimis
iacuit, sed citius rediens que circa eum
gesta fuerunt enarravit. Aiebat namque
quod pons erat sub quo niger caliginosus
fetidus quoque fluvius decurrebat. Trans-
acto autem ponte amena erant
prata atque virentia odoriferis floribus,
quibus albatorum hominum conventicula esse
videbantur, quos nimia fragrantia satia-
bat. Hec vero erat in ponte
probatio iniustorum, ut quicumque
vellet pontem transire, iniustus in
fetentem ac tenebrosum flumen laberetur;
iusti vero securo gressu ad loca amena
pervenerunt. Illic quendam Petrum nomine
deorsum positum magis ferri pondere li-
gatum se vidisse asserit, qui cum re-
quireret cur illuc esset, dictum est ei
est hac de causa pati quia si quid ei
pro facienda ultione iubebatur, ad in-
ferendas plagas plus crudelitatis
desiderio quam obedientia serviebat. Et
ibi etiam quendam presbiterum se vidisse

[illegible] qui [illegible]
niens tanta cum auctoritate transiit
quanta hic sinceritate vixit. Ille vero
Stephanus nomine dum transire voluisset,
eius pes lapsus et ex medio corpore
extra pontem deiectus, a
quibusdam teterrimis viris ex flumine
surgentibus per coxas deorsum, et
a quibusdam albatis et speciosis-
simis viris cepit per brachia sursum
trahi. Cumque hoc luctamen fieret, hic qui
mortuus fuerat ad corpus rediit, et
quis in illo eventus fuerit minime
cognoscere non valuit. Ex quo datur
intelligi quod in illo mala carnis cum
operatione elemosinarum certabant, quod
per coxas deorsum, per brachia sursum
trahebatur, liquet quia elemosinam
amaverat et carnis vitiis perfecte
non resistebat. Item autem tertium genus
suffragiorum, scilicet sacre hostie immo-
latio, defunctis proficere exemplis plurimis
apparet. Refert enim Gregorius in quarto
libro Dialogorum. Item quidam mona-
chus nomine Justus ad extremum ve-
niens tres se habere aureos indicavit,
et de hac inobedientia mortuus est.
Precepit ergo Gregorius fratribus ut eius corpus cum
tribus aureis in sterquilinio
sepelliretur dicens: Pecunia tua sit tecum
in perditionem. Fratri tamen eundem
precepit ut missas ad dies ~~triginta~~
xxx ut omni die pro eo hostiam immo-
larent. Qui cum missas implessent, is qui
defunctus fuerat in die xxx cuidam
fratri apparuit. Quem frater requirit quomodo
esset. Tum ille: Hactenus male habui,
sed iam bene sum, quia hodie communionem
recepi. Hec autem immolatio non solum mor-
tuis sed etiam vivis multum proficere
probata est. Quidam namque ad in
quandam rupem [illegible] in
rupes fluctus recedit et undas evasit,
et unus ante eum [illegible]
latere rupis mortem evasit. Episcopus
vero illius ipsum defunctum estimans
omni die missas pro eo celebrari faciebat
et panem et vinum ad candela
quotidie offerebat. Cum autem
plures dies [illegible] confirmavit
[illegible] apparuit et quis dedisset requi-
sivit. Cum ille ad [illegible] offerebat
[illegible] sumpsit [illegible] quia

250

[illegible] [illegible] est et pro ipso [illegible]
diebus missam [illegible] nec [illegible] celebrari
fecit quibusdam autem [illegible] in predicta
rupe aliquando piscatus quasdam vocem
audivit de qua [illegible] autem plane
patiar quia super caput meum imminet
magnus lapis. Ad autem ille timuit et
ad hanc vocem audiendam plurimas
[illegible]. Quod fecit et pluries noctes con-
tinue tunc eadem ipsius accedentes de-
precute quis esset tu qui videris ait
plane patior quia magnus lapis qui
super me cadit. Qui cum late facientes
et ad ipsum quasi prenoscentes cum in-
telligeret [illegible] et captivitatis qua
tam diu vinctus ludit quod quibusdam die-
busque panis et vasculus vini ad ecclesiam
altarique pro eo oblatus fuit [illegible] tamen
diebus nil pro illo datum fuit quod uxor
eius audiens et vehementer admirans
quod de oblatione fuit frustratus et quod
malus eam decepit ne illis tribus
diebus missam celebrari faceret. Item
refert quod quidam nauta in mari na-
ufragium passus est et quidam sacerdos
pro eo hostiam immolasset. Ipse tandem
de mari sanus exiit cum autem quereretur
quomodo evasisset dixit quod in medio
maris defecisset et iam pene suffocatus
desideret quidam ad eum venit et panem
quendam sibi obtulit quem dum ille co-
medisset statim confortatus vires recepit
et a quadam navi inde transeunte
receptus fuit. Inventum quod est quod illa
hora panem sumpsit qua pro eo sacerdos
hostiam immolavit. Et nota quod omnis
suffragiorum sed seminarum [illegible] de
[illegible] fuit [illegible] [illegible] Augustinus tamen
de ipso quamque de illis dicitur Quod
de [illegible] quatuor modis solvitur aut
oblationibus sacerdotum aut precibus
sanctorum aut karorum elemosinis aut
ieiunio cognatorum. Valet [illegible] omnino
pro eis penitentia facta ab amicis. Unde
tulit quidam Valerius [illegible] dicitur quod
cum quedam mulier mortuo viro de
paupertate [illegible] et desperasset apparuit
ei dyabolus dicens quod eam ditaret si
suam voluntatem faceret. Cum promittenti
precepit ut [illegible] [illegible]. In [illegible]
[illegible] [illegible] facit [illegible]

[illegible] [illegible] iudice [illegible] in
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible]
tes in [illegible] [illegible] impedi-
[illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad mortem [illegible] et [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible]. Illa
pati statim Apicius dixit se confiteri
non posse nec sua confessio valere quo-
usque ad instantiam [illegible] primam se-
pro ea sententiam permittit. Illa compuncta
pro sacerdote filium destinat. Sed antequam
sacerdos veniret demones ad eam
venerunt. Quam cum vidit ac timore
mortua est. Filius autem eius
pro ea penitentiam eius confitens et primam
septenniam faciens. Ipsa completa
vidit matrem suam [illegible] de sua libera-
tione gratias referentem. Valent etiam
eis indulgentie ecclesie. Unde ad quendam
apostolice sedis legatus quendam strenuum
militem rogavit ut [illegible] militaret
albigenses [illegible] ecclesie militaret
[illegible] indulgentiam pro patre suo pro unam illi
quadragesimam [illegible] est. Quarta com-
pleta [illegible] clarior apparuit et pro sua
liberatione gratias egit. Quarta [illegible] Sed
illas pro quibus fiunt quatuor sunt videlicet
[illegible] qui sunt illi quibus prodesse
possunt [illegible] que eis debeat [illegible]
[illegible] pro omnibus [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] suffragia que pro illis fiunt sive
[illegible] [illegible] secundum quod dicit Augustinus
quod omnes qui de hac vita discedunt aut
sunt valde boni aut sunt valde mali
aut mediocriter boni. Igitur suffragia facta
pro valde bonis sunt gratiarum actiones,
pro valde malis sunt [illegible] vivorum
consolationes, pro mediocriter bonis sunt
expiationes. Valde boni autem sunt qui
statim evolant et [illegible]. [illegible] tamen
purgatorium quod [illegible] [illegible] sunt [illegible]
aut [illegible] sunt [illegible] [illegible] baptizati
[illegible] et [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible]
[illegible] aurum et argentum et la-
pides preciosos [illegible] [illegible] [illegible]
amorem et [illegible] [illegible] ne [illegible]
tent [illegible] [illegible] [illegible] deo qui et
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ita in eis [illegible] [illegible]
[illegible] aque [illegible] et [illegible] ignis

pen[illegible] al[illegible] [illegible]
similia faciat qui agit pro aliquo iustus tamen quamvis caveat vel aliqua suffragia faciat eis iniuriam infert. quia sicut dicit Augustinus iniuriam facit martiri qui pro martire orat si non aliquis pro aliquo iudice bono precatur qui tamen iam in celo est dubitatur. Utrum ille orationes essent gratiarum actiones et ad incitacionem reddite sanctis secundum illud [illegible] quod in primo meo tractatur. Quis cum tribus celum continue aperit non descendunt nec aliquem purgatorium. Tertium sermone quod signatum est quod illos tres quibus celum apertum est scilicet Christo baptizato. Luce iii. Iesu baptizato et orante apertum sunt celi per quod significatur omnibus baptizatis sive magnis sive parvis. Ita quod si parvus post baptismum continuo in celum evolaret baptismus cum virtute passionis Christi mundat ab omni peccato originali mortali et veniali. Secundo apertum Stephano lapidato. Actuum vii. Video celos apertos per quod significatur quod celum aperit omnibus martiribus. Ita quod statim evolant vel descendunt et si aliqua venialia habeant omnia salte[m] inveniunt reportant. Tertio apertum est Iohanni perfectissimo. Apocalipsis iiii. Post hec vidi hostium apertum in celo per quod significatur quod omnes perfecti qui penitentiam perfectam compleverunt nec venialia admiserunt vel si aliqua commiserunt per remissionem tales perfecte consumunt celum sibi continue aperit et maior in illo perpetue ingrediuntur. Ignatius. Valde mali sunt qui continuo in infernum descendunt pro quibus si certa damnatio esset nulla suffragia aliquatenus facienda essent secundum quod dicit Augustinus [illegible] facimus secundum meum in inferno esse non plus quam pro ipso demone quia perpetuo si autem pro aliquibus damnatis de quorum dubitatur damnacione suffragia fierent nil tamen eis prodessent nec quantum ad liberacionem ut scilicet ab ipsis penis liberarentur nec quantum ad mitigationem ut pena in eis mitigaretur vel diminueretur nec quantum ad suspensionem ut scilicet ad tempus vel ad horam eorum suspenderetur damnacio nec quantum ad sen[illegible]

liberentur. Sed in inferno nulla est redemptio. Mediocriter autem boni sunt qui venialia aliqua scilicet lignum fenum stipulam secum ferunt vel qui penitentiam in presenti iniunctam perpetuam implere non potuerunt quia a deo non sunt boni quod suffragiis non indigeant nec sic mali quod eis valeant suffragia. Sed per illos facta sunt ad eorum expiationem. Sunt enim illi quibus illa suffragia salubriter prosunt. In enim suffragiis fiendis consuetudo ecclesie communiter applicat numerum dierum maxime ad tres scilicet septimum tricesimum et anniversarium. Racio. Causa assignatur in libro moralium de officio misse septenarius ut anime ab omni inquietudine absolutum perveniant vel ut eis omnia peccata remittantur que in vita egerunt propter dies dierum vel ut remittantur eis peccata que in vita egerunt in corpore quod consistit ex quatuor elementis et anima ex qua tres sunt vires. Tricenarius qui constat ex tribus denariis ut purgentur in eis que in fide et in decalogo deliquerunt. Anniversarius ut de annis calamitatis perveniant ad annos eternitatis. Sicut etiam anniversarium sanctorum celebramus ad honorem eorum et nostram utilitatem sic defunctorum anniversarium ad eorum utilitatem et nostram devotionem. De eo scilicet qualiter eis debeant prodesse suffragia dicendum quod suffragia ratione eis prodesse debent. Primo ratione unitatis quia enim unum corpus illius de ecclesia militante et hec bona que fiunt deinde eis communia. Secundo ratione dignitatis quia dum adhuc vivebant eis profuit ex eorum meritis. Et sicut dignum est ut qui alios iuverunt ipsi ab aliis adiuventur. Tertio ratione necessitatis quia sunt in statu in quo se iuvare non possunt. De Tertio utrum scilicet equaliter omnibus prosint dicendum quod si suffragia in speciali fiunt magis prosunt illis. Si autem in communi fiunt prosunt illis qui plus meruerunt in ista vita ut eis prodessent et in equali vel maiori necessitate consistant. De certo scilicet quale suffragia que pro eis fiunt prius sunt dicendum quod secundum Augustinum quatuor sunt bona maxime. Primo per sacrificium altaris [illegible] scilicet dicit eis deus [illegible] secundum Augustinum magistrorum [illegible] enim bonum qui [illegible] sunt [illegible]

[illegible] et eis prius intimare [illegible] per orationem cuiusdam intimatum [illegible] hoc et aliis eis intimare [illegible] per [illegible] revelatum est ei a penis se fore [illegible] suffragia pro se sicut rogaverat. Circa quartum scilicet illos per quos fiunt sciendum quod ipsa suffragia ut prodesse debent oportet quod fiant ab eis qui sunt in caritate. Nam si per malos fiant prodesse non possunt. Unde legitur quod cum quidam miles in lecto cum uxore sua esset et luna valde lucens per rimas intraret, mirabatur quod homo rationalis creatura creatori suo non obediret, ad cuius irrationales creature parerent. Et cum de quodam milite defuncto detraheret, subito ille qui fuit mortuus intravit dicens illi: Amice, nulli male suspicari de aliquo et ignosce michi si quid iniuste contra te egi. Cumque super statu suo eum interrogaret, ait: Variis penis affligor, precipue quia tale cimiterium violavi et quendam vulneravi et cappa sua spoliavi, quam in pondus porto et uno monte gravius me premit. Rogavitque ut pro se orationes fieri faceret. Cum ille sibi diceret si vellet quod a tali sacerdote orationes faceret fieri, ille ad hoc nichil respondit, sed caput movere innuens contradixit. Deinde dixit si vellet quod a tali heremita pro eo oraret, ille innuit capite se velle. Iste orationem [illegible] ne committeret. Ille dixit: Et ego dico tibi quod post hac die usque ad duos annos morieris. Sicque ille disparuit et vitam suam in melius mutavit et in domino obdormivit. Quod vero dictum est quod suffragia facta a malis prodesse non possunt intelligendum est nisi sint opera sacramentalia ut est celebratio misse, quia a malo ministro violari non potest, vel nisi ipse defunctus vel aliquis eius amicus aliquibus etiam malis aliqua dispensanda reliquisset. Tunc enim dispensari debent ne plus constringatur, quod cuidam contigisse legitur. Miles quidam Karolo in bello Karoli magni cum Mauris pugnaturus rogavit quendam cognatum suum ut si in bello moreretur equum suum venderet et precium pauperibus erogaret. Quo mortuo, cum equus sibi nimium placeret, eum sibi retinuit et post modicum tempus defunctus [illegible] apparuit dicens: [illegible] bene per octo dies penas in purgatorio sustinui quia equum meum et precium pauperibus non dedisti, sed non impune evades quia hodie eum ducent in infernum maligni diaboli, et ego purgatus vado in regnum dei. Et ecce subito auditus est clamor magnus in aere velut leonum et luporum et ipsum de medio abstulerunt.

Martinus quasi martem tenens vel Martinus quasi martirum unus: fuit enim martir saltem voluntate et carnis mortificatione. Vel Martinus dicitur quasi irritans seu provocans seu dominans. Ipse enim malicia diaboli irritavit ad invidiam, provocavit deum ad misericordiam, dominatus est carni per macerationem continuam, sic tamen ut anima carni dominari debet, ut dicit Dyonisius in epistola ad Demophilum, sicut dominus servo aut pater filio aut senior lascivo iuvenculo. Eius vitam Severus nomine Sulpicius discipulus sancti Martini quem Gennadius inter illustres connumerat viros scripsit.

Martinus Sabbarie Pannonie oppido oriundus, sed intra Italiam Papie nutritus seu alitus, cum patre suo tribuno militum sub Constantino et Iuliano Cesare militavit, tamen non sponte, quia ab infancia divinitus inspiratus, cum esset duodecim annorum, invitis parentibus ad ecclesiam confugit et cathecuminum se fieri postulavit, et continuo heremum intrasset si tamen infirmitas non obstitisset. Sed cum cesares decernerent quod veteranorum filii pro patribus militarent, Martinus cum esset quindecim annorum ad militandum compellitur, uno tantum servo contentus, cui tamen Martinus ministrabat et calciamenta detrahebat atque tergebat. Quodam hiemali tempore per portam Ambianensem transiens pauperem quendam nudum obvium habuit, qui cum a nullo elemosinam accepisset, Martinus hunc sibi servatum intelligens arrepto ense clamidem que sibi tantum supererat dividit et partem pauperi tribuens reliqua rursus induitur. Sequenti ea nocte in clamide quoque parte qua pauperem texerat Christum indutum vidit ipsum quoque ad circumstantes angelos sic loquentem audivit: Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Deinde vir sanctus non in gloriam elatus sed Dei in se bonitatem cognoscens cum esset annorum xviiiº baptizari se fecit et ad preces sui tribuni cum quo in tempore sui tribunatus completo seculo abrenunciare promittebat per biennium militavit. Interea irruentibus intra Gallias barbaris Julianus Cesar contra eos pugnaturus pecunias militibus erogavit. At Martinus nolens de cetero militare donativum accipere noluit sed Cesari dixit: Christi ego miles sum pugnare mihi non licet. Indignatus Julianus dixit quod non religionis gratia sed timore belli imminentis militie renunciet. Cui Martinus intrepidus ait: Si hoc ignavie non virtute dei ascribitur crastina die ante aciem inermis stabo et in nomine Christi signo crucis non clipeo protectus aut galea hostium cuneos penetrabo securus. Unde custodiri iubetur ut inermis ut dixerat barbaris obiceretur. Sed die sequenti hostes legatos miserunt sua omnia seque dantes. Unde non est dubium meritis sancti viri hanc victoriam sine sanguine datam fuisse. Deinde relicta militia ad sanctum Hylarium Pictaviensem episcopum perrexit et ab eo acolitus ordinatus monetur a domino per sompnium ut parentes suos adhuc gentiles visitaret. Profectus itaque multa adversa se esse passurum predixit. Nam et inter Alpes incidit in latrones. Cumque unus securim in caput eius vibrasset ictum ferientis dextera sustinuit. Alter vinctis tamen post manibus cuidam ad custodiendum traditur percunctatus ab eo si timuisset ait se numquam fuisse securum quia sciret misericordiam dei in temptacionibus maxime affuturam. Predicans quoque latroni et ipsum ad fidem convertit. Qui a Martino ad viam veritatis reductus vitam laudabilem duxit. Cum autem Mediolanum pertransiret dyabolus in humana specie sibi obvius fuit et quo tenderet requisivit. Cumque audisset se ire quo deus eum vocaret tenderet ille ait: Quocumque ieris dyabolus tibi adversabitur. ꝫ badme Cui cum Martinus audisset: dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo statim sicut eidem promiserat a dyabolo recessit. Matrem convertit pater vero in errore permansit. Cum autem heresis Arriana per totum orbem pullularet et ipse pene solus obsisteret cesus de civitate eiectus Mediolanum rediit et monasterium sibi statuit sed inde ab Arrianis eiectus ad insulam Gallinariam cum uno presbitero perrexit. Ubi herbam quandam venenatam in cibo sumpsit et vicinam mortem sentiens omne periculum et dolorem virtute orationis fugavit. Audiens vero quod beatus Hylarius de exilio rediret obviam ei profectus est et iuxta urbem Pictavim monasterium fundavit. Ubi ad quendam adhuc cathecuminum se dicto paucis diebus a monasterio descendens et rediens repperit eum sine baptismo defunctum. Quem in cellam portans et super corpus eius se prosternens ipsum sua oratione ad vitam pristinam revocavit. Idem homo esse confitebatur quod dum super eum data sententia obscuris locis deputatus fuisset per duos angelos audivit iudici esse suggestum tunc esse pro Martinus oraret unde iussum est igitur ut per ipsos redderetur vivus Martino redditus. Alium quoque qui laqueo vitam finierat vite restituit. Cumque plebs Turonica episcopo careret ipsum repugnantem rapuerunt ad ordinandum perduxit. Quidam autem episcopi qui convenerant eo quod esset deformis habitu et vultu despectabilis reprobabant. Inter quos precipuus nomine Defensor erat. Cum lectore deesset quidam accepto psalterio psalmum quem invenit primum legit ubi ipsius hic erat versus: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos ut destruas inimicum et ultorem. Sicque ille defensor ab omnibus est confutatus. Ordinatus itaque episcopus cum populi tumultum non ferret duobus fere ab urbe miliaribus monasterium construxit. Ubi cum octoginta discipulis in magna abstinentia vixit nam vinum ibi nemo bibebat nisi quem infirmitas compulisset. Mollior vestitus illic pro crimine erat. Plurime civitates de eis episcopos eligebant. Cum quidam sub nomine martiris coleretur et Martino nihil de eius meritis invenire posset quadam vice super eius sepulcrum stans ut quis vel cuius meriti esset indicaret exoravit et conversus ad levam vidit umbram nigram stare. Quam a Martino adiuratus ad malum dixit se

[illegible]
sicut legitur in dyalogo Severi et Galli discipulorum eius. Martinum visitasse multa supplicia quae quae in eius vita veneris dimiserat quod Martinus quodam tempore Valentinianum imperatorem pro quadam necessitate adiit, sed ipse sciens eum petere quod ipse nolebat dare fores palatii sibi claudi praecepit. At Martinus semel et iterum repulsus repulsus cilicio obvolutus et cinere respersus per ebdomadam cibi et potus abstinentia maceratur. Tunc monitus ab angelo ad palatium venit et nullo sibi prohibente ad imperatorem usque pervenit. Qui ad venientem videns iratus quod sic intromissus ei assurgere noluit donec sedem regiam ignis operuit et ipsum imperatorem a parte posteriori succendit. Tunc sancto viro assurgens virtutem se sensisse confessus est et multum quod ipsum complectens sibi omnia antequam rogaret concessit, multa et munera obtulit quae Martinus non accepit. In eodem etiam dyalogo legitur qualiter tres mortuos Martinus suscitavit. Cum enim quidam iuvenis defunctus fuisset et mater eius pro resuscitatione filii Martinum exoraret, ille in medio campi ubi erat multitudo gentilium genua flexit et cunctis videntibus mortuus surrexit. Unde omnes gentiles ad fidem conversi sunt. Eidem quoque sancto viro obediebant etiam insensibilia, vegetabilia et irrationabilia. Insensibilia sicut ignis et aqua. Nam cum quoddam phanum ignem immisisset, in domum proximam agente vento urgente flamma ferebatur. Tunc Martinus super tectum domus ascendens advenientibus se flammis obiecit. Mox contra vim venti retorquetur flamma ut conflictus quidam elementorum inter se decertare videretur, ut in predicto dyalogo legitur. Navis quaedam dum periclitaretur, quidam negotiator nondum christianus exclamavit: Deus Martini eripe me. Et statim tranquillitas magna successit. Similiter et vegetabilia. Nam in quodam loco cum templum antiquissimum diruisset, pinum quae dyabolo dedicata erat scilicet abscindere voluisset, restiterunt rustici et gentiles. Unus eorum dixit: Si de deo tuo fiduciam habes, nos hanc arborem succidemus et tu illam suscipe ruentem, et si tecum est deus ut dicis evades. Quo annuente succisa arbore et iam ruente ille signum crucis opposuit et in aliam partem ruens rusticos qui in tuto loco erant paene oppressit. Quo viso miraculo ad fidem conversi sunt. Irrationabilia etiam sibi obediebant plures, ut in predicto dyalogo legitur. Cum enim canes leporem insequentes urgerent, insequentibus imperavit ut ab insequi desisterent. Mox illi destiterunt et quasi vincti in suis vestigiis fixi manserunt. Serpens etiam quidam cum flumen quoddam natando transiret, Martinus ait adnatanti: In nomine domini iubeo te redire. Mox ad verbum viri sancti retorsit se et ulteriorem ripam repetiit. Et ingemiscens Martinus ait: Serpentes me audiunt et homines me non audiunt. Canis similiter cum contra quendam Martini discipulum latraret, ille ad ipsum conversus ait: In nomine Martini iubeo te obmutescere. Et canis continuo obmutuit ac si linguam amisisset abscisam. Fuit autem beatus Martinus multe humilitatis. Nam Parisius leprosum quendam horribilem pallore reperit, ipsum osculatus benedixit, statim qui mundatus est. In secretario pro episcopo nunquam cathedra usus est. Nam in ecclesia nemo illum unquam sedere conspexit. Sedebat enim in sella rusticana quam tripodem vocant. Multe dignitatis fuit. Aliquando pro apostolis dictus est et hoc propter gratiam spiritus sancti quae in eum in specie ignis descendit sicut fuit in apostolis. Frequenter enim apostoli eum visitabant ut in predicto dyalogo legitur. Legitur etiam quod quadam vice dum Martinus in cella solus sederet et Severus et Gallus eius discipuli pro foribus expectarent, subito mirabili tremore perculsi, in cella audiunt multos colloquentes. De quo cum eum postmodum requisissent, ille ait: Dico vobis, sed nulli quaeso dicatis: Agnes, Tecla et Maria ad me venerunt. Nec tantum illo die sed saepius se ab eis confessus est visitari, et Petrum et Paulum apostolos saepe se videre perhibuit. Multe autem iustitiae fuit. Cum enim ad imperatorem Maximum invitatus fuisset et Martino primo vinum porrectum fuisset, exspectantibus cunctis ut post se regi porrigeret, presbytero suo dedit, nullum aestimans digniorem qui post se biberet et indignum iudicans si regem

Omne tempus preter modicum quod dedit quieti
ipse multe etiam patientie fuit, tantam
etiam ad omnes patientiam servabat
ut cum esset sacerdos summus impune a
suis clericis ledebatur nec a sua eos pro
hoc caritate repellebat. Nemo umquam
illum vidit iratum nec merentem nec
ridentem. Nunquam in illius ore nisi
Christus, nisi misericordia. In eius legitur
quoque in Severi dyalogo quod cum Mar-
tinus quadam vice in veste hispida
nigro et pendulo pallio circumtectus super
asellum sederet, equis e contra veni-
entibus expavescentes muli in diversum
saltu precipiti se dederunt et Martinum
circumplexi crudeliter verberaverunt. Ille vero
ut mutus cedentibus terga prebebat,
quo magis illi insaniebant eo quod ille
quasi non sentiens eos despiceret et con-
tempnere videretur. Cumque ante ad ea
iumenta fixa producebant ut quantumcumque
flagellarentur velud saxa moveri non
possent, quousque ad Martinum rever-
tentes et peccatum suum quod ignoraverant
quia eum cognovissent confitentes ille
eis licentiam dedit et statim iumenta
cum cursu processerunt. Multe autem
In legendis eius ut dicitur in legenda
numquam illa hora vel momentum quod pre-
teriit quo non aut lectioni aut ora-
tioni incumberet. Intelligendum autem et ora-
tione numquam ab oratione animum relaxabat.
Nam ut fabris moris est qui inter
operandum pro quodam labore levamine
incudem feriunt, ita dum Mar-
tinus aliud non agere videbatur semper orabat. Mul-
te autem austeritatis fuit. Ut enim
Refert enim Severus in epistola ad
Eusebium quod cum Martinus in quandam
diocesim venisset et clerici
lectum sibi plenum stramine paravissent,
ille videlicet exhorrens insolitam
mollitiem perhorruit quippe qui in nuda
humo una tantum aliquo subiecto cuba-
re consueverat. Itaque ~~[illegible]~~ primo
iniuria stramenti perturbatus removit
et super terram nudam pro-
cumbit. Circa vero mediam noctem tota
cella conflagrat igne accenditur, et Mar-
tinus excitatus dum exire temptabat sed
nequivit ab igne captus, et iam eius
vestimenta urerentur. Recursus vero ad so-
litum orationis refugium et crucis
signaculo in medio ignis intactus

principes et [illegible]
quas male senserat victrices. Mona-
chi vero civitati currunt ad Martinum
quem iam consumptum putabant, incolumem
illesum de medio flammarum. Multe
compassionis erga delinquentes fuit, quia
cunctos penitentes compassionis animo
recipiebat. Cum diabolus Martino exprobra-
ret cur semel lapsos ad penitentiam recipe-
ret, eidem dixit: Si tu ipse o miserabilis
ab hominum infestatione desisteres et te
factorum tuorum peniteret, ego tibi confisus
in domino Ihesu Christo veniam pollicerer.
Multe misericordie erga pauperes ex-
stitit. In dyalogo Severi legitur quod cum
Martinus in quadam festivitate ad ec-
clesiam tenderet quidam nudus pauper
est. Martinus autem archidiacono
suo precepit ut egenum vestiret. Sed cum
hoc ille facere distulit, ingressus Mar-
tinus secretarium tunicam suam illi
tradidit et clam abscedere precepit. Iterum
ergo diaconus archidiaconus eum
monet ut ad sollempnia peragenda
procedat. Ille vero se locutus dixit se-
se non posse procedere donec pauper vestem
accipiat. Archidiaconus non intelligens
quia exterius cappa tectus interius
nudus esset, intrinsecus non videbat pauperem
non adesse queritur. At ille: Afferatur
inquit vestis, deferatur et pauper
non deerit vestiendus. Tunc compulsus ille ad
forum et quinque argenteis tunicam vilem
et curtam que dicitur penula, quasi
pene nulla, rapiens iratus ante pedes
Martini proiecit. Quam ille secreto
induit, cuius manice usque ad cu-
bitum et longitudo usque ad genua per-
tendebat, et sic missam celebraturus pro-
cessit. Dum autem missam celebraret, glo-
bus igneus super caput eius apparuit
et a multis videntibus visus fuit, et
ob hoc apostolis par dicitur. Cui et ti-
tulo addidit magister Iohannes Beleth
quod dum in missa ad deum manus
ut moris est levaret, manicis brevi-
tate labentibus, cum nec brachia eius
grossa nec carnosa nimis, et prefata
tunica ad cubitum tenderet usque, veniam
miraculose torques aurei et gemmate
feruntur ab angelis et brachia de-
cora apposuerunt. Quadam vice tonsam
ovem conspiciens euangelicum
inquit domini ista complevit. Duas

[illegible] et [illegible] ita est et non ita fac[illegible] similiter [illegible] gratie erga demones percipiendos fuit. Scripsit enim ipsos demones [illegible] consulit Severus Sulpicius in dyalogo quod quedam vacca a demone agitata cum plurimos seviens feriret et multos confoderet et tempus Martinum et socios eius in via furibunda invasit et ille manu elevata eam stare iubet qua immobili permanente vidit demonem dorso illius insidentem quem increpans discede inquit funeste a pecude et innoxium animal agitare desiste quo protinus discedente ipsum ad pedes eius vacca prosiliit et ad eius pedes ad omnia mansuefacta prostrata se dedit. Ad armentum suum rediit. Tante subtilitatis erga demones cognoscendos fuit demones enim ita conspicabiles reddebantur ut eos ipse sub quacumque specie intueretur nam interdum in specie Jovis plerumque Mercurii aliquando Veneris et Minerve se eius conspectibus offerebat quos ille omnes propriis nominibus increpabat. Mercurium maxime patiebatur infestum Jovem brutum atque hebetem esse dicebat. Quadam vice etiam diabolus in forma regis purpura et diademate et aureis caligis ornata sereno ore letaque facie sibi apparuit cumque diu ambo tacuissent agnosce inquit Martine quem colis Christus ego sum descensurus in terram prius tibi me manifestare volui. Cumque ad ista admirans Martinus taceret rursus dixit Martine cur dubitas credere cum me videas Christus ego sum. Tunc ille a Spiritu Sancto edoctus dixit Dominus noster Jesus Christus non se purpuratum nec diademate renitentem venturum esse predixit. Ego Christum nisi in eo habitu et forma qua passus est nisi stigmata crucis preferentem venisse non credam. Ad hanc vocem ille disparuit et totam cellam fetore replevit. Martinus autem obitum suum longe ante presciens quem etiam fratribus revelavit. Interea Condatensem diocesim causa sedande discordie visitavit pergens. Igitur vidit mergos in flumine piscibus insidiantes et quosdam capientes. Forma inquit demonum hec est insidiantur incautis capiunt nescientes captos devorant saturari et nequeunt. Quam demonibus imperavit ut relicto gurgite deserta peterent regiones statim quod congregati [illegible] montes petierunt. In illa igitur diocesi aliquamdiu commoratus viribus corporis cepit destitui et discipulis indicavit se iam resolvi. Tunc omnes flentes dicebant cur nos pater deseris aut cui nos desolatos relinquis invadent enim gregem tuum lupi rapaces. At ille motus eorum fletibus flebat et sic oravit. Domine si populo tuo sum necessarius non recuso laborem fiat voluntas tua. Dubitabat etiam quid mallet quia nec hos deserere nec a Christo volebat diutius separari. Ita quod cum aliquamdiu molestia febrium laboraret et a discipulis rogaretur ut in lectulo suo ubi in cilicio et cinere decubebat stramen aliquod poneretur non decet inquit filii christianum nisi in cinere et cilicio mori ego si aliud exemplum vobis relinquo ipse peccavi. Oculis ac manibus semper in celum intentis invictum ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum supinus iaceret et a presbiteris rogaretur ut corpus mutatione lateris relevaret. Sinite inquit fratres sinite ut celum potius respiciam quam terram ut ad Dominum spiritus dirigatur. Et hec dicens diabolum astare vidit. Quid inquit astas cruenta bestia nil in me funeste reperies. Abrahe me sinus recipiet. Et in hac voce sub Archadio qui cepit sub anno Domini CCCLXXXX° etatis eius LXXX primo anno spiritum Deo reddidit. Vultus eius tamquam iam glorificatus resplenduit ac chorus angelorum a multis auditus fuisset in eius transitu. Pictavi simul et Turonici convenerunt inter quos magna altercatio facta est. Dicebant Pictavi noster est monachus requirimus vivus commendatus nos. Quibus ille nobis est ablatus nobis est a Deo donatus. Nocte igitur media tam sopitis et sic a Turonensibus per fenestram ejectus per flumen navigio ad urbem Turonicam cum magno gaudio deportatus est. Sanctus autem Severinus Coloniensis episcopus cum dominica loca sancta post matutinas more solita sancta circuiret, illa hora qua iste sanctus obiit angelos in celo canentes audivit, vocatoque archidiacono interrogavit si quid audiret, et cum se nil audire diceret et episcopus ut diligenter auscultaret precepit, collum cepit extendere, aures erigere et super primis articulis baculo sustentatus stare. Sed dum episcopus pro eo oraret, quasdam de celo voces se audire dixit. Cui episcopus: Dominus meus Martinus est qui migravit a mundo et nunc angeli ipsum in celum deferunt. Demones autem affuerunt et eum retinere voluerunt, sed nil sui in eo invenientes et confusi recesserunt. Archidiaconus igitur diem et horam notavit et tunc Martinum migrasse cognovit. Severus etiam monachus qui vitam eius scripsit, cum post matutinas leviter obdormivisset, sicut in quadam epistola testatur, beatum Martinum albis indutum, vultu igneo, scintillantibus oculis, crine purpureo, tenens librum in manu dextera quem de vita eius idem Severus scripserat, eidem apparuit, eumque benedicens in celum conscendere cum videret et cum eo ascendere cuperet, evigilavit. Post hec autem nuntiis venientibus ea nocte beatum Martinum migrasse cognovit. Eodem die sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus missam celebrans super altare inter prophetiam et epistolam obdormivit, et dum nullus eum excitare presumeret et subdiaconus nisi eo annuente epistolam non auderet legere, transactis horarum duarum vel trium spatio excitaverunt eum dicentes: Iam hora preterit et populus lassus exspectat; iubeat dominus noster ut clericus epistolam legat. At ille: Nolite turbari. Frater enim meus Martinus ad dominum migravit et ego eius funeri obsequium prebui, sed ultimam orationem vobis me excitantibus perficere non valui. Tunc illi diem et horam notantes invenerunt sanctum Martinum tunc migrasse ad celum. Cappam eius ut ait magister Iohannes Beleth reges Francie in prelio portare consueverunt, unde et custodes cappe capellani dicebantur. Post mortem quoque eius anno lxiiii beatus Perpetuus cum ecclesiam magnifice ampliare vellet et in eam corpus eius transferre, semel bis et ter ieiuniis et vigiliis insistentes sepulcrum eius ullatenus movere potuerunt. Cum id vellent dimittere, quidam senex pulcherrimus apparuit et dixit: Ut quid tardatis? Nonne videtis sanctum Martinum in paratu vobis paratum, si manus apposueritis? Tunc ille manus cum eis apposuit et tunc summa velocitate sepulcrum levaverunt. Senex autem ille postea nusquam apparuit. Hec translatio in mense Iulio celebratur. Refertur quod duo socii, unus cecus, alter claudus, contractus ceco ante gestando ferebatur et contractus ceco viam monstrabat. Sic quoque mendicantes multam pecuniam acquirebant. Audientes autem quod ad corpus sancti Martini salvabantur infirmi, cum in translatione corpus eius ecclesiam processionaliter ducerent, timere ceperunt ne per domum corpus mox domum in qua manebant ducerent, sic forsitan curarentur; nolebant enim salutem consequi, ne deperiret magna questus sui compendia. Fugientes ad aliam transferebant se per quam corpus nequaquam putabant duci. Dum ergo fugerent, corpori ex improviso obviaverunt, et quia deus multa bona prestat invitis, ambo contra voluntatem suam curati, licet de hoc plurimum contristarentur. Ambrosius autem de beato Martino sic ait: Beatus Martinus per totum errorum templa destruxit, vexilla pietatis erexit, mortuos suscitavit, ab obsessis corporibus demonia seva compulsit, ac laborantes variis languoribus salutis remedio sublevavit. Ita perfectus est inventus ut Christum in paupere texerit et vestem quam egenus acceperat mundi dominum induisset. O felix largitas que divinitatem operit. O clamidis gloriosa divisio que militem texit et regem. O inestimabile donum quod vestire meruit deitatem. Digne ergo, domine, confessionis tue premia contulisti. Digne Arianorum subiacuit feritas. Digne amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quid ergo erit pro oblatione integri corporis exceptus est [illegible] vestis qua indutus veste meruit deum et vidit sic stantibus consulit meditans ut alios supplicationibus ad eos visu salutavit legitur per processionem

beati Martini Turonice civitatis episcopi summi et incomparabilis viri de cuius virtutibus magna apud nos volumina retinentur eidem sancto Bricius in episcopatu successit

Bricius vero cum esset primeve etatis sancto Martino adhuc vivente in corpore multas ferebat insidias pro eo quod eodem tempore cor core facile sequeretur quadam die dum quidam infirmus medicinam peteret Bricium adhuc diaconum in platea invenit cui simpliciter ait Ecce ego prestolor beatum virum Martinum et nescio ubi sit vel quid operis agat Cui Bricius si insanum delirum illum queris prospice eminus ecce celum sicut amens inspicit eidemque pauper occurrens viro dei quod petebat impetrasset Bricium diaconum vir dei alloquitur Sic ego Bricii tibi delirus videor Cui ille confestim hec audiens dixisse se negavit ait ad eum sanctus Martinus Nonne aures mee ad os tuum fuerunt cum hec loquereris Amen dico tibi quia obtinui apud deum ut post me ad episcopatus honorem accederes sed noveris te in episcopatu multa adversa passurum Bricius hec audiens irridebat eum dicens Nonne verum dixi istum deliramenta proferentem Sed et presbiteri honore preditus sepius beatum Martinum iniuriis lacessivit ad episcopatum ergo consentientibus civibus pontificatus honore sublimatus orationi vacabat Cumque esset superbus et vanus in castitate habebat in corpore Tricesimo ordinationis sue anno ortum est eius lamentabile crimen Nam mulier ad quam cubicularii eius vestimenta deferebat abluenda que sub religiosa

[illegible] et cepit [illegible] plebs Turonorum in iram et totum crimen super episcopum inferunt volentes eum unanimiter lapidare dicebant enim Diu sub pietate sancti celata tua luxuria nec nos diutius commaculatas manus tuas indignas osculando polluemus Illo quod contrario viriliter denegante Afferte inquit infantem ad me Cumque oblatus fuisset infans xxx dies ab ortu suo ait ad eum Bricius Adiuro te per deum ut si ego te genui coram omnibus edicas et ille dixit sancto Bricio episcopo non es tu Igitur presentes plebes cum rogitationibus ut quis esset pater interrogaret ait sanctus Bricius episcopus non est hoc meum quod ad me pertinuit sollicitus fui Vobis si aliquid superest per vos querite Tunc illi hec magice asserentes insurgunt contra eum nimia persecutione trahentes sanctum Bricium episcopum dicebant non diutius nobis falsi pastoris nomine dominaberis Sanctus Bricius ad faciendum satis adquiescens populo prunas ardentes in sinum suum posuit et ad se stringens usque ad sanctum sepulcrum beati dei vel cum populorum pluribus vadit prostratusque ante sepulcrum prunis proiectis vestimentum tamen inustum permansit illesum sic prosequitur sicut istud vestitum ab ignibus videtis illesum ita corpus meum a tactu mulieris castitate impollutum Illis vero non credentibus sanctus Bricius trahitur calumniatur eicitur ut sermo sancti Martini impleatur quod dixit noveris te in episcopatu multa adversa passurum Quo eiecto Iustinianum in episcopatu constituunt Bricius ergo Rome urbis papam adiit flens et eiulans atque dicens Merito hec patior quia peccavi in sanctum dei quem delirum et amentem vocavi et videns virtutes non credidi per tunc recessit cum sacerdote suo de post eum et quodam negocio tunc qui si eum fuit cum eo consecutus ad alium certum contendit conciliabitur. Instanter vero episcopus accito domino antistes Vercellensem Italie civitatem nuncio dei premisso peregrinum apud eum cuius obitum audientes eciam sua negocia perdurantes archiepiscopum in suo loco constituit et beatus episcopus Romam veniens cum a se scilicet pape perfecit quod ad sedem apostolicam insidens pluries missarum solemnia celebravit in ecclesia quam in deliquerat vero igitur aio episcopus rogatum eum ante ... tuorum dure disponit veniens ad viam sancti beati episcopi qui nomen ... Laudatus vir liber ... miliario maiori accepit arr... febre corripitur media autem nocte spiritum exalavit quod ... beato eo per visum revelatum est quod ait surgite velociter ut ... fratri tuo ... potissima ... ad eum venientes porta civitatis ... et aliam portam civitatis egrediebatur. Quo sepulto sanctus beatus in ... sua resedit ... per ... annis ... rexit episcopatum. Octavo anno defuncto sancto ... magne sanctitatis vir successit in potestate ... cum honore et imperium in ...

Elizabeth interpretatur dei mei cognitio vel dei mei septima vel saturitas. Dicitur enim primo dei mei cognitio quia deus eam cognovit in suo supplantatu appellatur, vel cognovit id est toti mundo cognoscibilem fecit, vel cognovit id est noticiam sue cognicionis infudit. Secundo dicitur Elizabeth id est dei mei septima vel quia septem operibus misericordie exercuit, quia nunc est in septima etate quiescencium expectans octavam resurgencium, vel propter status septem in quibus fuit ipsa. Nam fuit in statu virginali, secundo in coniugali, tercio in viduali, quarto in statu activo, quinto in statu contemplacionis, sexto in statu religioso, septimo in statu glorioso. Isti septem status manifeste continentur in legenda, ut posset dici de ea quod in Daniele de Nabuchodonosor: septem tempora mutabuntur super eam. Tercio dicitur dei mei saturitas; deus enim eam suo saciavit splendore caritatis dulcedine ... Quarto ... in hoc de homine dei ... in celsitudine dei viget, iucunditate dei fruitur, sublimitate dei gaudet.

Elizabeth illustris regis Hungarie filia, genere nobilis, sed fide ac ~~regis~~ religione nobilior, suum genus nobilem nobilitavit exemplis, illustravit miraculis, decoravit gracia sanctitatis. Quam auctor nature supra naturam quodammodo extulit. Dum puella regalibus nutrita deliciis omnia puerilia aut contempsit aut eadem in dei obsequium mancipavit, ut liquido clarescat tenera eius infancia quanta simplicitate incepit, quantam dulcem devocionem suscepit. Et tunc siquidem cepit devocionis studiis insistere, ludos vanitatis spernere, prosperitates fugere mundi, semper proficere in reverencia dei. Cum enim adhuc esset quinque annis in ecclesia orandi gracia tam sedula permanebat ut eam vix sodales vel ancille abstrahere valerent. Quam enim ancille vel coethanea observarent aliquem in ludendo, ipsius capellam sequebatur ut occasionem intrandi ecclesiam oportunitatem captaret, quam ingrediens genua flectebat aut pavimento totaliter incumbebat. Licet litteras peritiam non haberet, tamen coram se psalterium sepe expandebat ut quodammodo se legere fingeret, ne velud occupata aliquis impediret. Se quoque inclinans ad puellas prostratas ludi ... ut sub tali occasione deo reverenciam exhiberet. In ludo anulorum vel in aliis ludis spem totam in deo ponebat. Cetera que puella lucrabatur perveniri vel aliud precium proveniebat pauperculis decimas exhibebat inducens eas ut sepe oracionem dominicam diceret vel angelicam salutacionem recitaret. Crescens vero per etatem crescebat amplius et eius devocio. Nam beatam virginem in suam patronam et advocatam et beatum Johannem ewangelistam in sue castitatis custodem elegit. Cum enim singulis cedulis singulorum apostolorum nomina scripta supra altare supponerent quecumque aliarum puellarum sorte suam cedulam contingeret acciperet. Ista oracione fusa ter vicibus cedulam ubi nomen sancti erat inscriptum ut desiderabat accepit ad quem tante devocionis fervorem exstitit ut nullo in eius nomine petentibus denegaret. Ne vero mundi prosperitas blandiretur, quotidie in rebus prosperis aliquid sibi detrahebat. Cum enim in aliquo ludo sibi prospere succederet aliquid utilitatis intuitu dicebat: nolo procedere sed propter deum relinquo. In choreis ad tractus cum puellis ceteris admonita ad unum circuitum perrexisset, dicebat: sufficiat nobis unus circuitus, nos propter deum alios dimittamus, et sic per hunc modum puellas a vanitatibus temperabat. Vestimentorum lascivias semper abhorruit et ornatum. In oracione certum statum de se posuit, certas sibi cotidie oraciones imposuerat, quem si aliquibus aliis occupacionibus preventa non potuisset persolvere et ab ancillis lectum ingredi cogeretur, cum celesti sponso vigilans vigilias persolvebat. Dies quos sollempnes nobilis puella tanta devocione colebat ut nullo modo manicas consui nulla racione pateretur antequam missarum sollempnia complerentur. Omnem ornatum vanum in dominicis diebus sibi ante meridiem interdicere volens, in hac parte de festo sollempnitatis ut sue satisfaceret devocioni, quod solita erat. Ad hec et plura se per votum astringens ne quis eam a suo proposito posset suis persuasionibus revocare. Ecclesiam quo tanta reverencia audiebat et ad sacram ewangelii lectionem manicas si forte consute erant resolvebat, monilia deponebat et cetera capitis ornamenta in humo locabat. Et cum coniugalem statum subire coacta est et per patrem coniugalem copulam ad tempus subiret, adquiescens patrio imperio in copula consensit per carnalem

ciperet quod cum spiritu (?) consensit ad copulam coniugalem non libidinis desiderio sed ne patris preceptum contempneret et ut filios educandos ad dei servicium generaret. Licet enim fuit legittima lege coniugali astricta, nulli tamen fuit oblectacioni delectacioni subiecta, quod quidem manifeste constat cum in manibus magistri Conradi votum emisit quod si virum suum contingeret se supervivere continenciam perpetuam servaret. Nupsit igitur lantgravio Thuringie, divina providencia, conjugio fuit regalis. Exhibebat magistrissa et ordinabat divina providencia, ut scilicet multos filios ad amorem dulcis dei et multos ignaros erudiret. Licet tamen mutaverit statum, non tamen mutavit mentis affectum. Quante autem fuit devocionis et humilitatis ad deum, quante austeritatis et abstinencie ad se, quante largitatis et misericordie ad pauperes, ea que subiecta sunt apertissime declarantur. Nam juvenili etate tanta oracionis fervor sitit ut etiam ancillas ad ecclesias gradu quasi preveniret ut quasi etiam secretis mentis ardoribus aliquid dei gracia impetraret. In nocte ad oracionem surgebat rogabat ut eam maritus ut corpus quieti demandaret et sibi pareret. Ordinabat autem quandam ancillam sibi magis familiarem quod si forte sompno depressa non surgeret eam pede tangens excitaret. Quadam vero vice pedes domine tangere volens casu in pedem mariti impegit, qui subito excitatus rem ut erat sciebat, comparacionis pacienter dissimulabat. Et ut oracionem suam pinguem redderet sacrificium deo, sepe lacrimis irrigabat ea lacrimarum lacrimas, quas quidem lacrimas fundebat jocunde et sine aliqua indecencia vultus permutacione, ita ut et ad dolorem fleret et de dolore gauderet et haec quadam vultus leticia venustate. Tanta se humilitate submiserat ut propter dei amorem misera et abiecta non sperneret sed ad omnia devocione exhiberet. Nam infirmum quendam nimis deformem capitis fetore horribilem in gremio suo locavit et abscindens eius caput ancillis ridentibus lavit. In rogacionibus semper nudis pedibus processionem sequebatur.

et in purificacionum stacionibus tamquam paupercula et humilis vestiebatur in purificacionibus post partum non sicut alie ut cetere gemmis ornata vel vestibus aureis tegebatur sed exemplo intemerate puerpere filium proprium gestans manibus ad altare cum agno et candela humiliter offerebat ut per hoc et seculi pompam contemneret et se illibate puerpere conformaret. Demum domum rediens vestimenta ipsa cum quibus ad ecclesiam processerat alicui mulieri paupercule tribuebat. Accidit quod sine humilitatis preiudicio quod ipsa liberalitate precellens quam dignitate sublimis cuidam magistro Conrado pauperi et mendico sed scientia et religione precipuo salvo iure matrimonii consentiret et miro obediencie adeo se subiceret ut quicquid ille preciperet ipsa cum reverencia et multo honore et gaudio adimpleret ut exemplo obediencie perciperet mercedem et domini salvatoris qui factus est obediens usque ad mortem imitaretur. Cum Conradus igitur vice ad quandam predicacionem ab ipso vocata superveniente marchionissa ministrasse impedita non venit, ipse magister eius sequens eius inobedienciam relaxare noluit donec usque ad camisiam expoliata cum quibusdam ancillis suis que culpabiles fuerant fortiter verberari precepit. Sibique tantum rigorem et abstinenciam imponebat quod corpus suum vigiliis disciplinis ieiuniis maceraret et abstinenciis. Nam sepe a viri thoro abstinens nocte surgebat in somnis ut oracionibus posset insistere et in abscondito patrem celestem orare. Cumque somni necessitas excellaret noctis super strata tapecia dormiebat. Et cum maritus abesset cum celesti sponso in oracionibus pernoctabat. Sepe etiam per manus ancillarum faciebat se fortiter in cubiculo verberari ut et salvatori flagellato vicem rependeret et carnem a lascivia coerceret. Tantam in cibo et potu temperanciam exhibebat ut in mensa mariti sue dimissis ferculis sepe pane simplici esset contenta. Magister enim Conradus sibi interdixerat ne cibis mariti quicquam contingeret de quibus sanam conscienciam non haberet quod ipsa tanta diligencia observabat ut aliis deliciis habundantibus ipsa cum ancillis suis cibis grossioribus uteretur. Sepe etiam ad mensam sedens cibos manu secabat et dividebat ut esse comedere videretur ne superstitionis notam incurreret et ut urbanitate sua convivas letificaret. Quadam vice cum longi itineris fuisset labore defessa et marito sibi simul residenti cibi oblati que non crederentur de iustis laboribus acquisiti omnia abstinuit et nigrum panem et durum in aqua calida madefactum cum suis ancillis patienter comedit. Ob hoc quosdam proprios redditus vir suus sibi assignaverat de quibus cum suis ancillis que sibi omnia ad hoc consenciebant vivebat. Sepe autem cibos curie respuit et aliquorum bonorum virorum cibaria requisivit. Hec autem omnia vir suus cum paciencia sustinebat asserens quod hoc et ipse faceret si turbacionem familie sue non timeret. Statum autem perfecte paupertatis in summa gloria constituta summo opere affectabat ut et ipsa pauperi mundum rependeret et mundus in ea proprium nichil haberet quamquam secretum ad solam esset cum ancillis vestimentis se vilibus induens et despecto velo caput operiens dicebat: Sic incedam cum ad statum devenero paupertatis. Licet autem abstinencie frenum imposuisset tanta tamen liberalitate ad pauperes extendebatur ut nullum penitus aliqua inedia pati sineret sed omnibus adeo largissime subveniebat ut eam omnes matrem pauperum acclamabant. Operibus etiam misericordie tota vigilancia ut regnum perpetuum perpetuo requireret paupere et pallium benedictionis cum benedictis ad dexteram perciperet. Ipsa namque nudos cooperiebat, peregrinis hospicia impendebat pauperibus mendicis refectionem et pauperum corpora sepeliebat et pueros baptizandos quos quidem pueros de sacro fonte levabat et propriis manibus eorum vestimenta suebat ut compaternitate contracta eis liberius subveniret. Quadam autem quandam paupcule ut [illegible]

256

accipiam in meum maritum et quod nullum talem invenire potui. Senex quicumque in virginitate principi et sapientis Katherina et philosophorum dictis virginitatem et castitatem laudandis commendavit et ad eius capitulis demonstravit valde [illegible] sue virgine in castitate esse. Vir Dei intra se plurimum admirabatur et cogitabat forsitan deus omnipotens hanc virginem ad suum cultum specialiter eligit et statim formavit heremita dicens: Audi me filia Katherina. Nunquam audivisti de quodam rege qui est rex regum et dominus dominancium cuius pulchritudinem sol et luna mirantur a luce cuius omnes stelle capiunt splendorem ipsiusque regnum a solis ortu usque ad occasum et a mari usque ad mare attingit. Hic constituit tocius universi heredem unicum filium suum cuius mater virgo est, cuius pater feminam nescit. Iste unigenitus sibi sponsam quam eligit in summa castitate custodit et pro prebendam de regno eius videtur prelatis [illegible]. Ancilla fiat desiderans nunc audivisti de eius sapientia que tanta est quod omnes vivientes et mortales excellit quia ipse et ipsam sapientiam creavit qui et tantus et talis est quod cordium cogitationes cognoscit, cuncta audit et videt et que iam per longinquum intuetur. Et hic longe pulchrior ditior sapientior et nobilior fit tamen sibi ei tuum assensum et ego cum eius gratia pro te loquar et forsitan mittet tibi vestes nupciales et cum ea benignitate te accipiat in sponsam sempiternam. Ista talia et huiusmodi plura vir Dei devotus loquebatur et puellam cum predicavit quod ipsa admiranda. Vir Dei videt. Et quis pater tam excelse tam pulcher tam potens tam dives est qui et sapientia vera est et cuius parentes asseris esse dignos. Ad hec vir Dei videt nullos hic sive potestas [illegible] in eum tota mente credas ipse enim tam a suis devotis dicitur et ancillarum castissimis pulchrarumque eloquitur. Ad hec Katherina: Quid pater tam excelse faciam ut hunc regem videam unde. Senex: Te videre recusat quia mater eius que virgo pulcherrima est eum genuit [illegible] Katherina credens formulo [illegible] invenitur vir Dei [illegible] iustificat qui esset [illegible]

filii sui sanciret intuen. Et vir Dei videt: Ecce tabulam quandam matris depictam tibi tradam quam diligentissime intueris et in nocte sola cum imagine eius orabis genibus provolutis et forte ostendebit tibi et tibi filium suum ostendet. Tunc autem Katherina domum veniret aliud cogitare non poterat nisi de eo quem heremita sibi ostendit in imagine sequenti hec [illegible]. Nocte igitur quod consequens cum imagine sibi oblata orationi insistens vigilavit. Stando sompnus devicta apparuit ei virgo gloriosa filium decorum nimis forma speciosissimum continens gestans cuius pulchritudinem humana lingua explicare non sufficit quo nisi beata Katherina per eius amorem accepit. Altera ac die ad heremitam veniens hec sibi visionem patefecit. Cui ille: Iste est de quo tibi tanta predixi beata virgo Katherina. Videns hunc tam decorum speciosum forma pre filiis hominum cupisti et eligere. Cui heremita: Quomodo virginem sanctitatis per consentire voluerit ut unigenitus eius filius tibi consponsatus sed copuletur quo devotis votis et medicante tali virgine suscepit. Numquam placet in signum. Si filius meus placuit illa igitur a filio suscipiente eam Katherina in sponsam eligere dignetur, que sponsus [illegible] nimis asserit [illegible] negabat mater quia non dum munda est purificata est. Quibus ab heremita auditis Katherina expavit et ingemuit ingemens quid factura esset ut sponso tam decoro placere posset a quo sicut immunda repudiatur. Qui dixit: Scio quandam fontis aquam in qua si mersa fueris munda dubito quin ei per omnia placebis in virgo potens ne aqua illa spacio comparari nam divinis habundans [illegible] ingenia spacio conparari nam [illegible]. Tunc heremita de fide cepit predicare sermonem [illegible] de Trinitate, de incarnatione, passione, resurrectione, ascensione, Spiritus Sancti missione et de baptismatis virtute quo baptismate lota pulcherrimis virginis filius in sponsam eligetur. In virgo [illegible] que dicis esse vera sunt et quis melius me baptizabit quam tu pater. Baptiza me. Que baptizata [illegible] et [illegible] ad domum rediens [illegible] nocte igitur sequenti virgo gloriosa ei apparuit dicens: Ecce [illegible] filium meum [illegible] in thalamo et sponsum [illegible] filio tuo placet? Dixit mater: Filio placet tibi filia mi Katherina novella tua sponsa nobilis et decora cui filius complacet quia digna meis amplexibus facta est. Et extendens manum anulo aureo preciosa petra apposita in sponsam castam desponsavit. Quo facto visio cessavit. Illa igitur Katherina sompno experrecta anulum aureum in digito reperit. Ab hac igitur hora ferventissime considerans nullo dictari valuit temporalium sed ipsum sponsum intime diligens. Nec post multa tempora Katherina mater eius defuncta est. Ac tunc Katherina sola in regno pie et graciose permansit et tempore regnum inter hereditatis possidebat et prudentissime ex omni gubernabat.

Legitur in quadam historia quod beata Katherina cum esset puella octo annorum tenella traditur a patre ad scolas posita. Tandem procedente tempore paulatim excrescens in sciencia decem annorum in melius proficiebat. Cum autem alii essent in septem liberalibus studiis fuit erudita in quibus se exercuit ut nullus in tempore ei similis inveniretur. Mortuo igitur patre eius sexto Costo rege cum omnium populorum gentis dignitate sapiencia nobilitate ac corporis pulchritudine nulla nobiles et barones eam in coniugium affectabant. Sed eius pulchritudinis et sapiencie tam immensa ubique volans fama tandem ad aures nobilissimi pervenit imperatoris filii. Audiens autem iuvenis ille Katherinam tanta pulchritudine ac sapiencia rutilare eam [illegible] et eius famam tenerrime diligebat et affectans pro ea penitus cepit anxiari et [illegible] et [illegible] amore [illegible] eam data quod domini mei bona Katherina placeret. Hec intimavit Katherina rogans eam ut statim nobilem virum acciperet. Accipere que vero audiens et eius nobilitatem intelligens matris pie disposuit parere voluntati et sic ipsa consentiente est facta [illegible] sed cum quadam die Katherina in camera sua intraret cepit cogitare de marito quem acciperet et intra se ipsam dixit: Katherina maritum accepisti nec eum unquam vidisti. Forte est claudus non turpis. Si tibi non placebit quid facies? Forte est stultus. Ubi sapiencia tua? Et hec dicens abiit se ad parietem et [illegible] quodam inspexit videns et [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

patrem iuvenem ut quid tam in maiorem magnitudinem [illegible] vix aliquando [illegible] extra se dixit: Certe nullum maritum accipiam nisi sit tam pulcher tam sapiens tam nobilis sicut ego. Et hec ea cogitante mater eius super veniens camere intravit et quid Katherina faceret inquisivit. Illa vero omnia que cogitaverat matri enarravit. Mater non affectans illam iuvenem filiam [illegible] conturbata ut eius acquiesceret voluntati parentibus et amicis [illegible] ut eam admonerent consentire. Illa vero cum pater omnino [illegible]. Erat enim quidam heremita extra civitatem in quadam cellula. Mater Katherine [illegible] ut faceret quod valebat. Quamvis esset pagana ipsam tamen precibus duxit ad heremitam rogans ut ipsam predicationibus informaret atque iuvenem illum quem ipsa [illegible] in generum optabat. Ad hunc heremitam [illegible] eius [illegible] et [illegible] Christianam et paganam [illegible] ut ad cellam remitteret mater eam ut [illegible] filiam [illegible] puellam recepit. Sed cum eo sapientissime loqui cepit et cum eam heremita quamplurimum hortaretur ut acquiesceret matrimonio [illegible] esset et conveniens eo quod ipsam paganam iudei et christiani [illegible] tamen illa videns [illegible] [illegible] sapientissime plus enarravit [illegible] inquit: Domine virum aliquem non accipiam nisi sit tam pulcher tam sapiens tam nobilis ut ego. Heremita vero audiens eius constantiam eius considerans statim eo [illegible] de Domino Ihesu Christo et ait: O filia, si [illegible] tibi virum et talem in pulchritudine nobilitate et sapiencia consimilis inveniemus non est [illegible] que videt quod [illegible] vellet et [illegible] affectat et [illegible] plus ut eum de quo dicebat ostenderet. Cui ille: Filia timeo ne ille te velit eo quod sit pulcher nobilis et tam prudens tam [illegible] quod tu tam turpis [illegible] et de [illegible]. Audiens cum Katherina talem qualem desideraverat cepit pro eo tam plurimum anxiari [illegible] petens eum ut sibi ostenderet. Dixit cui ille: Alias ad quem [illegible] et [illegible] rogabo eum si te velit et cum venerit ad me [illegible] ego tibi eum demonstrabo. Dixit illa: Volo ut ego hodie revertar ad [illegible] nisi videat non [illegible] ut [illegible] potero. Illa vero [illegible] [illegible] rediens nocte illa dormire non potuit. Sed mane surgens rogavit matrem ut ad heremitam iterum cum ea rediret, dicens eum esse bonum hominem ac bona conscientia in se habentem. Et sic a matre obtinuit quod petebat. Credens enim quod sibi aliud non predicaret nisi de regno eius cum rogaverat prima vice. Cum vero puella loqueretur ad eum, nimium instabat precibus ut ostenderet sibi iuvenem quem laudabat elegantem. Cui ille: O filia, ille iuvenis de regno dico est unicus filius matris sue et aliud non habet, et ita habet carum eum quod nescio si tibi eum daret velit. Sed tu cum eo mirabiliter bene stares. Cum autem illa instaret ut ei demonstraret eum, ille ait: Expecta me. Et portavit ei ymaginem quandam beate virginis tenentem filium suum in brachiis suis. Que ymago tunc erat pulcra ultra modum. Et ei dixit: Cui iste similis est de quo tibi dixi. Et si lignea ymago est pulcra, quare potest quanta in carne pollet pulchritudine. Videns autem puella virginem tam pulcram, dixit: Ego nullum volo accipere in virum nisi illum cuius hec ymago est. Audiens autem ille dixit: Vade filia, et quando poteris ad me venies. Et sic cum matre domum rediit. Sed ad suis sed domi vigilando cogitare poterat nisi de illo quem ei heremita ostendebat. Lectum nocte intrans non potuit. Tandem a sompno victa apparuit ei virgo beata gloriosa filium suum habens, et ita pulchrum et decorum quantum aliquis fari possit. Et ad eius apparuit heremita puelle dicens: Filia, ille est de regno tibi tanta dixi. Videns autem puella iuvenem tam pulcrum rogavit heremitam ut ei eum daret. Tunc ait heremita: Filia, volo a matre eius scrutari si tibi eum vellet dare. Et ait virgini: Domina, placet tibi filium tuum dare illi puelle que tam tenerime eum diligit et affectat? Cui virgo: Placet mihi. Tunc mater ait filio: Placet tibi puellam istam accipe in sponsam? Et filius matri respondit: Non mater, quia non est pulcra et munda, nec etiam est purificata. Audiens puella ingemuit et expavit, et excitata in animo que viderat revolvebat, nimium dolens pro eo quod eam renueret iuvenis quem amabat, et mille anni sibi videbantur antequam posset surgere et heremite que viderat enarrare. Audiens ille quamplurimum gavisus est et ait puelle: Filia mea, dixi tibi, timeo quod ei non placeres. Sed scio cuiusdam fontis aquam de qua si te baptisares, ego credo nec dubito quod ei plurimum placeres. Cui illa: Domine, possit ne aqua illa precio comparari? Nam dives et potens ego sum et filia regis, et aquam illam ab aliquo precio non admittam. Tunc de fide Christi cepit ei predicare et de incarnatione, passione et morte, ascensione et spiritus sancti missione in discipulos, dicens: Et fontana illa quam in sompnis viderat effluxerat de latere Christi. Et quia eam nolebat eo quod nondum purificata fuit per baptismum, et si purificata per baptismum baptisaretur, eam ei acciperet. Tunc puella ait: Et quis melius me baptisare potest quam tu, pater? Baptisa me ergo, pater, quia ego credo firmiter que tu dicis. Ille vero accepta aqua baptisavit eam in nomine patris et filii et spiritus sancti. In fide autem perfecte edocta domum rediit. Secunda sequenti nocte iterum ei beata virgo apparens ait: Filia mea puella, vis filium meum in sponsum et socium et amicum tibi recipere? Cui illa: Ita domina, si filio vestro placet et vobis. Tunc ait mater filio: Et tu fili mi, vis istam puellam in sponsam? Cui filius: Ita mater, precipue quia vobis placet mihi placet. Et extendens manum suam cum anulo aureo eam ei desponsavit. Ea vero desponsata evanuit virgo gloriosa cum filio. Excitata autem puella anulum aureum in digito repperit quo eam desponsaverat ca autem in amore Christi perseverante nullis decretis voluit copulari professa sponsa annulo Ihesu Christi. Et non multo tempore elapso mortua est mater eius et in suo regno gloriosa in pallacio sola permansit, que hereditatis possideret et familiam sapientissime gubernabat usque ad tempus Maxencii imperatoris procedens, ut etiam in passione eius continetur.

Katherina Costi regis filia omnium liberalium artium studiis fuit erudita. Cum autem Maxencius imperator omnes tam divites quam pauperes ad Allexandriam convocasset ut ydolis ymolarent et christianos ymolare nolentes puniret, Katherina cum esset annorum decem et octo in pallacio divitiis et servis pleno sola remansisset, audiens animalium diversorum mugitus et cantancium plausus, misso illuc nuncio inquiri iussit quid hoc esset. Quod ut didicisset, aliquibus assumptis de pallacio signo crucis se muniens illuc accessit, ubi multos christianos metu mortis ad sacrificia duci conspexit. Que vehementi dolore cordis sauciata ad imperatorem audacter se ingessit et sic ait: Salutacionem tibi, imperator, et ordinis dignitas et racionis via monebat, si creatorem celorum cognosceres et a diis animum revocares. Et stans ante gemmas templi per varias conclusiones silogismorum allegorice et mistice multa cum cesare disputavit. Deinde rediens ad communem collocucionem dixit: Hoc tibi tanquam sapienti proponere curavi. Nunc quero quare in cassum congregasti hanc multitudinem ad colendam stulticiam ydolorum? Miraris hoc templum manu artificum fabricatum, miraris ornamenta preciosa que velud pulvis ante faciem venti erunt. Mirare potius celum et terram que in eis sunt. Mirare ornamenta celorum, solem et lunam et stellas, mirare famulatum eorum, qualiter ab inicio mundi usque ad finem nocte dieque currunt et nunquam fatigantur. Et cum animadverteris, interroga et disce quis eorum sit potencior. Cum autem ipso donante intellexeris et nec similem invenire tunc volueris, ipsum adora, ipsum glorifica, quia ipse omnium est deus deorum et dominus dominancium. Fideque de filii incarnacione sapienter disputasset, plurimum stupefactus Cesar ad hec non valuit respondere. Tandem ad se reversus dixit ad eam: O virgo, sine nos finire sacrificium et postea hec tibi responsa reddemus. Precepit eam ad pallacium duci et cum omni diligencia custodiri, admirans nimium eius prudenciam et corporis venustatem. Erat enim speciosa valde et incredibili pulchritudine et omnium oculis admirabilis videbatur. Veniens igitur Cesar ad pallacium dixit Katherine: Audivimus tuam eloquenciam et mirati sumus tuam prudenciam, sed intenti sacrificio deorum plene intelligere non potuimus. Nunc autem ab inicio progeniem tuam requirimus et scire. Ad hoc dixit: Scriptum est ut te nec laudes nec te culpaveris ipsum. Hec faciunt stulti quos gloria vana vexat. Meam tamen confiteor progeniem non iactancie causa sed humilitatis amore. Ego enim sum Katherina Costi regis filia, que quamvis in purpura nata sim et liberalibus disciplinis non mediocriter instructa, hec tamen omnia contempsi et ad dominum Ihesum confugi. Dii autem quos colis nec tibi nec aliis prodesse possunt. Cui Cesar: Si ita est ut asseris, ergo totus mundus errat et tu sola verum dicis? Cum in ore duorum vel trium stet omne verbum, si angelus esses vel celica virtus, et adhuc nemo tibi deberet credere, quanto minus tu femina sis. Cui illa: Cesar, ne te a furore vinci permittas, nam sapientis animo non stat perturbacio dira. Nam Poeta ait: Tu si animo regeris rex eris, si corpore servus. Et Cesar: Nunc video quod pestifera calliditate illaqueare nos temptas, dum nos per exempla philosophorum trahere niteris. Videns autem imperator quod eius sapiencie obviare non posset, mandavit occulte per litteras ut omnes gramatici et rethores ad pretorium Allexandrie festinanter venirent, multa munera recepturi si contionatricem virginem suis assercionibus superarent. Adducti sunt igitur ex diversis provinciis quinquaginta oratores qui omnes mortales in omni mundana excellebant sapiencia quibus interrogantibus cur tam a remotis partibus evocati fuissent, Respondit cesar: Est apud nos puella sensu et prudencia incomparabilis que omnes sapientes confundit et deos nostros demones esse affirmat, quam si vos superaveritis cum honore magno ad propria redibitis. Tunc ille dixerat: Adducatur coram nobis puella et sua temeritate victa omnino numquam sapientes se vidisse esse recognoscat. Sed cum ipsi certamen quod sibi immineret declarasset, totam se deo commendavit et ecce angelus astitit et ut constanter staret admonuit asserens quod non solum ab illis vinci non poterit sed insuper ipsos convertens ad palmam martirii destinabis. Cum ergo coram oratoribus fuisset adducta dixit imperatori: Quo iudicio tantos oratores opponis quos et pro victoria remuneracionibus promittis et me sine spe mercedis pugnare compellis? Et tamen michi erit Iesus Christus remunerator qui est corona et spes properantibus. Cum igitur virgo cum oratoribus sapientibus disputaret et deos apertis racionibus confutaret, Tunc imperator contra eos nimio furore repletus increpare eos cepit cur ab una puella tam turpiter se devinci permitterent. Tunc unus illorum magistrorum sic ait: Noveris imperator quod nullus unquam contra nos stare potuit qui continuo non vinceretur. Sed hec puella in qua spiritus dei loquitur sic nos in admiracionem convertit ut contra Christum aliquid dicere aut omnino nesciamus aut penitus formidamus. Unde imperator constanter fatemur quod nisi probabiliorem sentenciam de diis quos hactenus coluimus proferas omnes convertimur ad Christum. Audiens hoc tyrannus nimio furore succensus omnes in medio civitatis cremari fecit. At virgo eos confortans de fide eos diligenter instruxit. Cum ergo in igne accensis flammis fuissent iniecti, ita animas deo reddiderunt ut nec capilli nec vestimenta in aliquo lederentur. Cum autem a christianis fuissent sepulti, tyrannus virgini ait: O virgo generosa, consule iuventuti tue et post reginam in palacio meo secunda eris et in medio civitatis imaginem tuam constituam et ab omnibus tamquam dea adoraberis. Cui virgo: Desine talia dicere quia scelus est etiam cogitare. Ego enim me sponsam tradidi Christo. Ille gloria mea, ille amor meus, ille dulcedo mea. Ab eius amore nec blandimenta nec tormenta me revocare poterunt. Tunc ille furore repletus iussit eam expoliari et scorpionibus cedi et in obscurum carcerem recludi ibique duodecim diebus fame cruciari. Rege autem ex quibusdam causis tamquam instantibus extra regionem existente, procedente regina eius amore virginis succensa cum principe milicie nomine Porphirio media nocte ad carcerem virginis pervenit. Quo cum regina intrasset vidit carcerem inestimabili claritate fulgentem et angelos plagas virginis ungentes. Incipiens ergo virgo ei predicare gaudia et ad fidem convertens martirii coronam ei porrexit. Sic ergo usque ad mediam noctem sermonem protraxit. Quod cum audisset Porphirius ad pedes eius procidit et cum ducentis militibus fidem accepit. Cum autem duodecim dies sine cibo tyrannus esse iusserat, Christus per hos dies missa de celo columba candida celesti eam cibo reficiebat. Deinde dominus cum multitudine angelorum et virginum eidem apparuit dicens: Agnosce filia factorem tuum pro cuius nomine laboriosum subisti certamen. Constans esto quia ego tecum sum. Rediens igitur tyrannus sibi eam presentari iubet et videns super ea splendorem quam tanto ieiunio estimabat afflictam, putabat quod clam ut eam aliquis intra carcerem pavisset, et furore repletus custodes torqueri precepit. Illa autem dixit: Ego cibum ab homine non accepi sed Christus me pavit per angelum. Cui imperator: Repone in corde tuo que moneo et noli dubiis inde sermonibus respondere. Non enim te ut famulam possidere cupimus sed ut regina super omnes potens et clara in regno meo triumphans. Cui virgo: Et tu attende et recto iudicii examen et medica sentencie discerne quem eligere debeas, an potentem gloriosum et decorum vel ignobilem mortalem et deformem. Tunc imperator indignatus ait: De duobus tibi unum elige: aut sacrifica ut vivas aut exquisita tibi tormenta ut pereas. Et illa: Quecumque tormenta potes excogitare ne differas quia carnem et sanguinem meum Christo offerre desidero sicut ipse pro me se obtulit. Ipse est enim deus meus, amator meus, pastor meus et [illegible] fineret. Rex igitur suggerit ut infra triduum quatuor rotas serris et clavis acutissimis circumseptas pararent et terribili tormento virginem dissiparet et ceteros christianos tam dure mortis supplicio terreret. Tunc ipsa virgo dominum oravit ut ad laudem sui nominis et populi conversionem qui astabat ipsam machinam dissiparet. Et ecce angelus domini molam illam cum tanto impetu concussit quod quatuor milia gentilium interemit. Regina autem que desuper respiciebat et usque nunc se celaverat statim descendens imperatorem de tanta sevitia durius increpavit. Rex autem nimio furore repletus cum regina sacrificare contempneret jussit eam extractis prius mamillis decollari. Cumque ad martirium duceretur rogavit Katherinam ut pro se dominum oraret. Cui illa: Ne timeas, o deo dilecta regina, quia tibi hodie pro transitorio regno commutabis eternum et pro mortali sponso immortalem tibi acquires. Tunc illa constans effecta tortores hortabatur ne ad quod jussi fuerant facere morarentur. Ministri ergo extra civitatem ducentes eam ferreis ungulis mamillas ejus evellunt et postmodum caput precidunt. Cujus corpus Porphirius rapiens sepelivit. Sequenti die cum de corpore regine questio fieret multosque ex hoc tirannus ad supplicium trahi juberet, Porphirius prosiliens in medium dixit: Ego sum qui Christi famulam sepelivi et fidem Christi suscepi. Tunc Maxencius amens effectus rugitum terribilem emittens exclamavit dicens: O me miserum, ecce Porphirius qui erat anime mee unicus custodiens et totius laboris mei est deceptus. Cum tamen suis militibus [illegible] protinus [illegible]: Et nos christiani sumus et mori prompte parati sumus. Tunc Cesar furore repletus et ebrius precepit omnes cum Porphirio decollari et corpora eorum canibus dimitti. Deinde Katherinam advocans ait: Quamvis arte magica reginam mori faceres, si tamen per ydola resipueris prima in palacio meo eris. Hodie igitur aut diis sacrificabis aut caput amittes. Cui illa: Fac quecumque animo concepisti, paratam me invenies ad omnia sustinenda. Data igitur super eam sententia decollari jubetur. Que cum ad locum venisset oculis levatis ad celum dicens:

O spes et salus credencium, o decus et gloria virginum, Jesu Christe bone, obsecro te ut quicumque passionis mee memoriam egerit sive in exitu anime sue in quacumque necessitate me invocaverit tue propiciationis consequatur affectum. Et facta est vox ad eam dicens: Veni electa mea, ecce tibi janua celi aperta est, nam et hiis qui passionem tuam celebrabunt optata de celo promitto subsidia. Deinde cum decollata fuisset de ejus corpore lac pro sanguine emanavit. Angeli autem corpus ejus accipientes ab illo loco usque ad montem Syna itinere viginti dierum deduxerunt, ubi ex ossibus ejus oleum manat quod multorum membra debilium sanat. Qualiter autem Maxencius pro hoc scelere et aliis que commisit punitus sit, in historia de inventione sancte crucis habetur.

Nota quod beata Katherina fuit admirabilis in quinque. Primo in sapientia, secundo in eloquentia, tertio in constantia, quarto in munditia castitatis, quinto in privilegio dignitatis. Primo enim admirabilis apparuit in sapientia. In ipsa enim omnes species philosophie. Philosophia enim dividitur in theoricam, practicam et logicam seu intellectualem. Theorica dividitur in tres, scilicet mathematicam, methaphisicam et naturalem physicam. Habuit ergo beata Katherina sapientiam intellectualem in cognitione divinorum, qua maxime usa est in disputatione contra [illegible] ut patet ibidem. Secundo methaphisicam [illegible]. Hec enim scientia est, ut ait Boetius, que sine materia formas speculatur, quam habuit cum animum suum ab omni materiali amore abstraxit. Hanc etiam habuit cum imperatori interroganti respondit: Ego Costi regis filia, que omnia [illegible] nata sum. Tertio [illegible] maxime usa fuit cum reginam ad contemptum mundi et desiderium celi animavit et ad desiderium martirii. Practica dividitur in tres, scilicet ethicam, yconomicam et publicam sive politicam. Prima docet mores instruere et se virtutibus exornare et pertinet ad omnes. Secunda docet bene familiam componere et pertinet ad patres familias. Tertia docet rem publicam gubernare [illegible] et pertinet ad rectores [illegible]

beata katherina. Primam habuit ad se omnium
morum honestate composuit. Secundam ad
familiam suam que sibi electa sunt
laudabiliter rexit. Tertiam ad imperato-
rem sapienter instruxit. Logica dividitur
in tres, in demonstrativam, probabilem et
sophisticam. Prima pertinet ad philosophos,
secunda ad rethores, tertia ad so-
phistas. Hanc etiam triplicem scientiam inde
constitisse cum de ea scitur quod plurimas
conclusiones philosophorum allegasse et
sophistice disputasse cum Cesare disputat
et vicisse. Secundo fuit admirabilis
in eloquentia et hoc facundissima predi-
cando item disputando ad omnes iudices
sicut patet. Item suavis eloquio in a-
trahendo ut patet in Porphirio et
Regina quos eloquii sui suavitate
ad fidem attraxit. Item efficax in con-
vincendo ut patet in oratoribus quos
potenter vicit. Tertio fuit admirabilis
in constantia. Fuit enim constantissima.
Primo in minis illatis quia ipsas
contempsit cum imperator sibi minaretur
sic tradit: quecumque tormenta potes cogitare
ne differas quia carnem meam et
sanguinem meum Christo offerre desidero.
Item fac quecumque animo concepisti:
paratam me videbis ad omnia sustinenda.
Secundo in donis oblatis quia ea respuit
nam cum imperator sibi promitteret quod
eam in palatio secundam post reginam
haberet, respondit: Desine talia fari quod
scelus est etiam cogitare. Tertio
in suppliciis irrogatis quia ea superavit
sicut patet cum fuit in carcere posita et
super rotam. Quarto in munditia castitatis.
Ista que castitatem deperdunt servavit
autem hec katherina. Castitatem in tanta
quibus castitas periclitari solet. Quinque
enim sunt quibus castitas periclitatur,
scilicet affluentia resolvens, opportunitas
inducens, iuventus lasciviens, libertas
effrenans, pulchritudo alliciens. Inter hec
beata katherina castitatem servavit. Habuit enim
maximam affluentiam rerum, nam potens
que tam ditissimis divitiis parente
fuit. Habuit opportunitatem quia tota
die inter famulos suos conversabatur. Habuit
atque iuvenilem etatem, item plenam
libertatem quia sola et libera in pa-
latio permansit [illegible]
katherina cum esset annorum decem octo
in palatio divitiis et opibus plena
sola permansit. Etiam habuit pulchritudinem
ut supra dictum est. Quinto fuit admi-
rabilis in privilegio dignitatis. Quedam
enim privilegia specialia fuerunt in aliquibus
sanctis dum decederent ut Christi visitatio
quod fuit in beato Johanne Baptista,
olei emanatio quod fuit in beato Ni-
colao, lactis effusio in beato Paulo,
sepultura in beato Clemente, petitionum
exauditio in beata Margaretha. Hec
simul omnia fuerunt in beata Katherina.

Eustachius ante
Placidus vocabatur.
Hic erat magister militum
Traiani imperatoris.
Erat quoque operibus misericordie
valde assiduus sed idolorum cultui
deditus. Habebat quoque coniugem eiusdem
ritus et misericordie consentientem. Du-
os quoque filios generavit quos iuxta suam
magnificentiam magnifice educari fecit et
quia operibus misericordie sedulo insistebat
ad viam veritatis meruit illustrari.
Quadam igitur die cum venationi
insisteret, gregem cervorum reperit inter
quos unum ceteris speciosiorem et maiorem
conspexit qui ab aliorum societate dissi-
liens in silvam vastiorem prosiliit. Cum aliis
militibus circa cervos aliquos occupatis, Pla-
cidus hunc toto conatu insequitur et ipsum
capere nitebatur. Cum eum totis viribus insequeretur
cervus tandem super quandam rupis altitudinem
constitit et Placidus appropians quomodo capi
posset animo sedulo revolvebat. Cum
eum diu diligentius consideraret, vidit inter
cornua eius formam sancte crucis supra
solis claritatem fulgentem et imaginem
Jesu Christi qui per os cervi sicut olim per
asinam Balaam prius ei locutus
est dicens: O Placide, cur me insequeris?
Ego tui gratia in hoc animali tibi apparui.
Ego sum Christus quem tu ignorans colis.
Elemosine tue coram me ascenderunt
et ob hoc veni ut per hunc quem vena-
baris cervum ego te venarer. Ali-
qui dicunt quod ipsa imago que inter
cornua cervi apparuit hec verba protulit.
Hec audiens Placidus nimio timore
concussus de equo in terram cecidit et
per unam horam [illegible] rediens de terra
[illegible]

et sic credam in te et dixit xpus ego placide sum xpc qui celum et terram creavi qui lucem oriri feci et a tenebris divisi qui tempora et dies et annos constitui qui hominem de limo terre formavi qui propter salutem generis humani etiam carne apparui qui crucifixus et sepultus tercia die resurrexi. Hec audiens placidus iterum in terram decidens dixit credo domine quia tu es qui omnia fecisti et qui conversos vivificas et dixit ad eum dominus Si credis vade ad episcopum civitatis et te baptizari facias. Cui placidus vis ait hec uxori mee et filiis indicem ut et ipsi pariter in te credant. Indica illis ait ut et ipsi polluti mundentur. Tu quoque die crastina huc revertaris ut tibi rursus appaream et que futura sunt plenius tibi pandam. Cum ergo domum venisset et hec uxori in lecto indicasset exclamavit uxor eius Domine mi et ego eum hesterna nocte vidi michi dicentem cras tu et vir tuus et filii ad me venietis et nunc cognovi quia ipse est Jesus Christus. Pergentes igitur ad episcopum Rome media nocte qui eos cum magno gaudio baptizavit et placidum Eustachium vocavit eius uxorem Theospitam filios eius Agapitum et Theospitum. Mane facto Eustachius sicut prius ad venationem processit et iuxta locum veniens milites suos quasi pro obtentu investigande venationis dispersit statimque in loco eodem prioris visionis aspexit. Cadens que in faciem suam dixit supplico tibi domine ut manifestes que promisisti servo tuo. Cui dominus beatus es Eustachi qui accepisti lavacrum gratie mee quia modo diabolum superasti modo eum qui te deceperat conculcasti modo apparebit fides tua. Diabolus enim eo quod ipsum reliquisti contra te seve armatur. Oportet igitur te multa sustinere ut accipias coronam victorie oportet te multa pati ut de alta seculi vanitate humilieris et rursus spiritualibus divitiis exalteris. Tu igitur ne deficias nec ad gloriam pristinam respicias quia per temptationes oportet te alterum Job demonstrari sed cum humiliatus fueris veniam ad te et in gloriam pristinam [illegible] temptationem vis accipere aut in fine vite. Et Eustachius domine si ita fieri oportet modo nobis accipere temptationem iube sed virtutem patientie tribue. Cui dominus constans esto quia gratia mea custodiet animas vestras. Sic ergo dominus in celum ascendit et Eustachius domum rediens hec uxori sue indicavit. Post paucos ergo dies mors pestifera invadens pueros et ancillas invasit et universos suos occidit. Tandem post aliquod tempus omnes equi et animalia eius pecora subito moriuntur. Tandem autem scelesti desolationem eius videntes et de nocte in domum eius irruentes cuncta que reperiunt asportaverunt et per totam domum auro et argento et aliis rebus spoliaverunt et ipse cum uxore sua et filiis gratias agens nocte aufugit [illegible] verentes Egyptum pergebant. Tota autem eius possessio per rapinam malorum ad nichilum est redacta. Rex autem et senatus pro magistro militum tam strenuo multum dolebant eo quod de eo nullum indicium reperire poterant. Cum namque iter agerent appropinquant mari et invenientes navem super eam navigare ceperunt. Videns autem dominus navis uxorem Eustachii quod pulchra esset nimis ipsam plurimum habere desideravit. Cum non transfretassent naulum ab eo exigebat ~~mone~~ non habentibus unde illis solverent iussit pro naulo retinere uxorem volens illam sibi. Quod ut Eustachius audivit nullatenus consentire voluit. Cumque diu contradiceret innuit dominus nautis suis ut eum in mare precipitarent ut sic uxorem eius habere possent. Quod cum Eustachius cognovisset uxorem eius tristis reliquit et duos infantulos accipiens ingemiscens ibat et dicebat Ve mihi et vobis quia mater vestra alieno marito tradita est. Pervenientes igitur ad quoddam flumen pre aque abundantia non est ausus cum duobus filiis flumen pertransire sed uno circa ripam fluminis relicto alterum transportavit. Qui cum flumen transcendisset illud infantem quem baiulaverat super terram posuit et ad accipiendum alium festinanter rediit. Cum ad medium fluminis pervenisset ecce lupus [illegible] veniens et infantem quem de- [illegible] aufugit qui de illo desperans ad alium festinavit. Sed cum abiret, leo venit et alium filium rapiens abiit. Ipse vero eum consequi non valens, cum esset in medio fluminis, cepit plangere et capillos suos evellere, volens se in aquam precipitare, nisi divina providencia eum continuisset. Pastores autem videntes leonem puerum vivum portantem, eum cum canibus insecuti sunt. Per divinam dispensationem leo puerum illesum abiciens recessit. Similiter insuper aratores post lupum inclamantes puerum de eius faucibus incolumem liberaverunt. Utrique pastores et aratores de una villa fuerunt et penes se pueros nutriebant. Hoc vero Eustachius nesciebat, sed merens ac plorans ibat dicens: Heu mihi, quia ante ut arbor pullulabam, sed nunc penitus sum nudatus. Heu me, qui multitudine militum vallabar, solus sum, ut plus remanens nec filios suos concessi. Memento, domine, te mihi dixisse quod oportet te temptari sicut Job, sed ecce plus aliquid in me fieri video. Ille etenim etsi possessionibus nudatus fuit, tamen sibi sterquilinium super quo sedere potuit, michi autem nec hoc remansit. Ille amicos sibi compacientes habuit, ego immites feras que meos filios rapuerunt. Illi uxor relicta, a me vero ablata. Da requiem tribulationibus meis et pone custodiam ori meo ne declinet cor meum in verba malicie et eiciar a facie tua. Et hec dicens ad quendam vicum abiit et data mercede sibi agros illorum hominum per annos quindecim custodivit. Filii autem eius in altero vico educati sunt nec se fratres esse sciebant. Dominus autem uxorem Eustachii conservavit. Nec eam ille alienigena cognovit, sed posita in infirmitate dimittens vitam finivit. Imperator autem et populus Romanus plurimum ab hostibus molestabatur, et recordans Placidi quod strenue contra ipsos hostes sepius dimicasset, de eius subita mutatione plurimum contristabatur. Direxitque multos milites per diversas mundi partes promittens omnibus qui eum invenissent multas divicias et honores. Duo autem commilitones qui aliquando Placido ministraverant

ad ipsum vicum in quo degebat venerunt, quos Placidus de agro veniens considerans eos ex incessu protinus recognovit. Et veniens in memoriam dignitatis sue perturbari cepit ac dicere: Domine, sicut istos preter spem vidi, da sic ut aliquando coniugem meam videre possim. Nam de filiis scio quod a feris comesti sunt. Venit ad eum vox dicens: Confide, Eustachi, quia cito et honorem tuum recuperabis et uxorem et filios recipies. Cum igitur militibus obviasset, ipsi eum minime cognoverunt. Cumque eum salutassent, dixerunt si aliquem peregrinum nomine Placidum cum uxore et duobus filiis cognosceret. Ille autem se nescire professus est. Ad preces tamen eius in hospicio duxerunt et Eustachius eis serviebat et recolens pristinum statum suum lacrimas continere non poterat. Egressus autem foras faciem lavit et iterum rediens eis serviebat. Illi vero considerantes adinvicem dicebant: Quam similis est homo hic illi quem querimus. Et videns alter dixit: Valde quidem similis est. Consideremus igitur si habet signum cicatricis in capite quod sibi in bello accidit, ipse est. Et respicientes et signum videntes ipsum esse quem querebant protinus cognoverunt et osculantes eum de uxore et filiis eum sciscitati sunt. Tunc dixit eis quod filii mortui essent et uxor detenta esset. Vicini autem omnes quasi ad spectaculum concurrebant, dum milites virtutes eius et pristinam gloriam predicabant. Tunc milites ei preceptum imperatoris exposuerunt et optimis indumentis induunt. Post iter quindecim dierum ad imperatorem devenerunt. Imperator eius adventum audiens protinus ei occurrit et ipsum videns in oscula eius ruit. Narravitque omnibus cuncta que sibi per ordinem accidissent. Statimque ad magisterium militum trahitur et ei idem quod prius officium exercere compellitur. Tunc [illegible] contra hostes tot et cognoscens iussit tirones colligi per omnes civitates et vicos. Contigit autem illam terram in qua filii eius educati fuerant de sedi ut darent duos tirones. Universi autem singuli loci incole illos duos iuvenes tamquam ceteris aptiores magistro militum consignaverunt. Videns vero iuvenes elegantes et morum honestate compositos, cum sibi plurimum placuissent, inter primos domus sue ordinavit eos. Et sic profectus ad bellum, victis hostibus exercitum suum tribus diebus in quodam loco ubi uxor sua pauper hospitata manebat requiescere fecit. Illi vero duo adolescentes in tabernaculo matris sue nutu dei hospitati sunt, nescientes quod mater sua esset. Et sedentes circa ~~meridie~~ meridiem et mutuo confabulantes exponebant sibi invicem de infantia sua, mater vero contra sedens que ipsos respiciebat attentius audiebat. Dicebat enim maior minori: Ego dum infans essem nichil aliud recolo nisi quod pater meus magister militum erat et mater mea speciosa valde, duosque filios habuere, scilicet me et alium minorem qui et ipse speciosus valde erat; accipientesque nos egressi sunt de domo, ingressique navem nescio quo ire volebant. Cum autem de navi egrederentur, mater nostra quomodo nescio in mari relicta est. Pater vero nos duos parvulos flebat portans. Perveniens autem ad quoddam flumen transivit cum fratre meo et me super ripam fluminis dereliquit. Cum autem reverteretur ut me acciperet, lupus venit et illum infantem rapuit, et antequam ad me appropinquaret leo de silva veniens me rapuit et in silvam deduxit. Pastores vero me eripuerunt de ore leonis et nutritus sum in illa possessione, ut et ipse scis, et non potui scire quid factum sit de patre meo nec de infante. [illegible] minor flere ac dicere: Per deum ut audio frater tuus sum ego, nam et qui me educaverunt hoc dicebant quod de lupis eruimus te. Et in amplexus ruentes osculabantur se invicem et flebant. Audiens hoc mater eorum et considerans eventum suum ita seriatim disseri, diu apud se tractavit si filii sui essent. Altera autem die magistrum militum adiit et cepit rogare dicens: Deprecor te domine ut me ad patriam meam reduci iubeas; ego enim de terra Romanorum sum et peregrina hic sum. Et hec dicens vidit signa mariti et eum cognoscens ad se iam continere non potuit, sed cecidit ad pedes suos et ait: Precor te domine ut exponas michi pristinam vitam tuam. Puto enim quod tu sis Placidus magister militum, qui alio nomine dictus es Eustachius, quem salvator convertit, qui talem et talem temptationem sustinuit, cuius ego sum uxor que in mari ablata fui, que ab omni turpitudine servata sum, qui et duos filios scilicet Agapitum et Theospitum habuit. Hec audiens Eustachius et diligentius ipsam respiciens cognovit et lacrimans pre gaudio ipsam osculatus est et glorificavit deum qui consolatur afflictos. Tunc dicit ei uxor sua: Domine ubi sunt filii nostri? Et ait: A feris capti sunt; et exposuit ei quo perdidit illos. Et illa: Gratias agamus deo; puto enim quod sicut deus donavit ut inveniremus nos invicem, donabit etiam recognoscere filios nostros. Et ille: Dixi tibi quia a feris capti sunt. Et illa: Hesterna die sedens in orto audivi duos iuvenes sic et sic suam infantiam exponentes, et credo quod filii nostri sint. Interroga ipsos et dicent tibi. Et vocavit eos Eustachius et audivit ab eis infantiam eorum, et cognovit quod filii sui essent, et amplexatus eos ipse et mater pariter ceperunt multum flere et deosculabantur eos. Omnis igitur exercitus pariter gaudebat de inventione eorum et de victoria barbarorum. Cum autem [illegible] et [illegible] compaciendo [illegible]. Otto autem qui prouinciam obtenuit et [illegible] patris et filiorum magister eos instruxit et magnum [illegible] prudenter. [illegible] autem [illegible] ad Aquisgrani [illegible] precepit ut sibi [illegible] Karolum [illegible] videns non imperator [illegible] [illegible] vellet [illegible] ut [illegible]. Otto [illegible] et [illegible] Imperator [illegible] ad [illegible] et [illegible] in [illegible] et [illegible] ad eos [illegible] et [illegible] capite quasi eos [illegible] ab eis [illegible] Imperator [illegible] et eos [illegible] et [illegible] et [illegible] imperatore [illegible] et [illegible] [illegible] quod nec [illegible] nec [illegible] et in [illegible] Pape [illegible] anno Domini M [illegible] nonembris [illegible].

Q[illegible] tamen fuere [illegible] Pomeranie [illegible] et Prussie qui [illegible] ad mortem [illegible] nomine [illegible] potestate [illegible] annos [illegible] Statutum [illegible] ut [illegible] nomine [illegible] Cracouie [illegible] et [illegible] qui per duos annos [illegible] Pape [illegible] et [illegible] in [illegible] et sic [illegible] anno Domini M [illegible] nominibus [illegible] et [illegible] Gnezne [illegible].

fuerunt corpus [illegible] obtinuit [illegible] quam [illegible] [illegible].

Romane potestatem [illegible] ad [illegible] Bolezlaum [illegible] sanctas reliquias [illegible] sancti [illegible] Gneznensis [illegible] qui [illegible] Boleslaus [illegible] Sancti Adalberti [illegible] corpus [illegible] caput [illegible] Boleslaus corpus [illegible] ad vrbem Gneznensem allatum [illegible] reliquie [illegible] principes [illegible] et [illegible] qui [illegible] dignitate [illegible] presidentibus [illegible] et [illegible] Gneznensis [illegible] sancti Adalberti basilica [illegible] corpus eius [illegible] Gnezne [illegible] sancti [illegible] Gneznensis [illegible] imperator [illegible] Gnezne [illegible] et [illegible] sancti [illegible].

F[illegible] Polonie [illegible].

eo quod cum magister puerorum extiterit et eis nimium rigidus fuerit, tandem a paganis tamquam christi liber confessor traditus fuit in manus puerorum quos ipse docuerat, qui eum tam stilis et pugillaribus occiderunt. Ecclesia tamen magis tenere videtur quod non martyr decessit sed confessor. Qui ad quodcumque ydolum ducebatur ut ei sacrificaret, in illud exsufflabat et continuo corruebat. Legitur autem in quadam alia legenda quod dum Maximus Nolanus episcopus persecutores fugiens fame et gelu afflictus solo decubuisset, Felix ab angelo ad eum mittitur, et cum nil ibi esset, de sente proxima pendentem vidit racemum, de quo succum in os eius expressit, humeris quoque impositum secum detulit. Ipso vero defuncto Felix in episcopum eligitur, qui dum predicaret et persequeretur, ad quendam parietis diruti foramen adiens se occultabat, statimque nutu dei per aditum illum telas aranee texuerunt; quas cum persequentes conspicerent, nichil hic se putantes abscesserunt. Inde autem Felix ad alium locum pergens a quadam vidua per tres menses alimenta suscepit, nunquam eius faciem vidit. Tandem pace reddita ad ecclesiam suam rediit et ibi in pace quievit et sepultus est iuxta urbem in loco qui dicitur Pincis. Fuit et alius [illegible] qui Felix pariter vocabatur. Cumque ductus ipse adorare ydola cogeretur, dixit: Vos estis deorum vestrorum inimici, nam si me ad eos duxeritis, in eos sufflabo sicut meus confrater, et corruent. Decollatus est. [illegible] Felicis quidam ab alio cuius [illegible] cupiebat [illegible] tota nocte [illegible] vigilabat. Mane autem facto a sancto Felice [illegible] petiit pro [illegible]. Venientes autem gentiles ut sanctum Felicem tenerent, manus eorum dolor nimius apprehendit, qui cum ululantes dixit eis: Dicite Christus est Deus, et dolor continuo abiit. Similiter quidam ductus sanati sunt. Pontifex ydolorum ad eum veniens dixit: Ecce deus meus ut te venientem vidit, continuo fugam arripuit; cum dixissem quare fugis, qui: Virtutem Felicis ferre non possum. Si ergo deus meus ita te timet, quanto magis te timere debeo. Quem cum Felix in fide instruxisset, baptizatus fuit. Felix Apollinaribus [illegible] dixit: Si vere est deus Apollo, dicat [illegible] quid in manu teneo. Ante [illegible] gestabat autem in manu cedulam in qua oratio dominica erat scripta, quam cum non diceret, gentiles conversi sunt. Tandem [illegible] ecclesie data pace impavidus in gratia [illegible] migravit ad dominum.

Thais meretrix ut in vitis patrum legitur tante pulcritudinis extitit ut multi pro eam venditis substantiis ad ultimam paupertatem devenirent, sed amatores eius pro zelo litibus inter se concertantes frequenter puelle limina sanguine iuvenum replebant. Quod cum audisset abbas Pafnutius, sumpto habitu seculari et uno solido profectus est in quandam civitatem Egipti, et dedit ei solidum pro mercede peccati. Illa accepto precio dixit illi: Ingrediamur simul in cameram. Cumque ingressus esset et lectum preciosis vestibus stratum ascendere invitaretur, dixit ad eam: Si est interius cubiculum, in ipsum eamus. Illa autem dixit: Est quoddam cubiculum ubi nullus ingreditur; si vero deum times, non est locus qui divinitati eius abscondatur. Quod cum senex audisset, dixit ei: Et scis esse deum? Tunc illa dixit: Scio esse sic deum et regnum futuri seculi necnon et tormenta peccatorum. Dixit ei: Si ergo nosti, cur tantas animas perdidisti? Et non solum pro tua sed pro illarum redditura es rationem dampnanda. Illa autem hec audiens provoluta ad pedes abbatis Pafnucii cum lacrimis rogabat dicens: Scio esse penitentiam, pater, et confido remissionem te orante recipere. Tamen peto trium horarum inducias, et post hec quo iusseris ibo et quecumque preceperis faciam. Cumque locum illi abbas constituisset ubi venire deberet, illa tollens omnia quecumque ex peccatis lucrata fuerat conglobata in mediam civitatem ipsis aspicientibus igne combussit clamans: Venite omnes qui peccastis mecum et videte ea que michi contulistis cremari. Erat autem precium librarum xl. Que cum omnia cremasset, ad locum quem abbas constituerat perrexit. Quam ille reperto virginum monasterio inclusit, parvulam recludens hostium cellule plumbo signavit et parvam relinquit fenestram per quam ei victus parum panis et pauxillum aque [illegible] ministrari. Cum senex discederet, Thais dixit: Quo iubes

[illegible] vespere convenirent [illegible] et cum [illegible] vitam veritatem defendere. Rex autem nimio furore repletus est. Iussit filium suum dispositum quasi de his sequenti die denuo tractaturus. Dixit Josaphat patri: Dimitte nunc magistrum meum mecum nocte, ut simul de responsionibus futuris cras conferamus, et tu tuos tecum assumas et cum eis conferas. Dimitte tuos mecum et tu accipe meos. Alioquin non iusticiam sed violenciam exercebis. Concessit ad quod dixit Nachor sibi, sperans quod eum filius regis seduceret. Cumque filius regis cum Nachor domum rediisset, dixit ei Josaphat: Ne putes me ignorare quis sis; scio enim te non esse Barlaam sed Nachor astrologum. Predicabat et Josaphat viam salutis et ad fidem convertens misit eum ad heremum, et baptismum suscipiens vitam heremiticam duxit. Magus autem quidam nomine Theodas audiens que gesta fuerant ad regem venit et quod filium converteret promisit. Cui rex: Si hoc feceris, statuam auream tibi erigam et ut diis sacrificium offeram. Et ille: Remove omnes ministros a filio tuo et mulieres decoras et ornatas iugiter cum eo sint et ministrent ei et conversentur cum eo, et ego de spiritibus meis ad eum dirigam qui eum ad libidinem inflammabunt. Nullo enim modo iuvenis potest resistere. Rex enim quidam cum filium suscepisset, dixerunt medici quod si infra decem annos solem vel lunam videret, omnino oculis privaretur. Quem rex in speluncam abscondit. Rex filium illum usque ad annos decem in spelunca educari fecit. Completis autem decem annis iussit rex ut omnia ad eum adducerentur, ut et omnia nomina et notitiam posset habere. Adductis igitur aurum et argentum, lapidibus preciosis, vestibus splendidis, equis regalibus et aliis cuiuslibet generis. Cumque de mulieribus nomina inquireret, continuo sibi nomina indicabant. Cum nomen mulierum inquireret, spatharius regis ioculariter dixit demones esse qui seducunt homines. Rex autem filium quid de omnibus que audierat et

[illegible]
in nullo eius petitioni in hac [illegible] ac-
quiescas. Non igitur tu prevalere valebis
filium tuum superare nisi valeas hoc in-
modo. Rex igitur omnibus ministris e-
iectis puellas decoras et ornatas
que cum ipso essent eum ad libidinem pro-
vocabant nec aliud habebant ad quod respi-
cere. Magus autem ibi erat cum quo
loqueretur. Malignus vero spiritus a mago
missus in iuvenem irruit et magnum
caminum intus accendit. Malignus spiritus
intus inflammabat, puelle autem ex-
terius dirum excitabant ardorem. Qui se
tam fortiter vexari sentiens valde turbabatur
et Deo se totum recommendans divinam
consolationem recepit et omnis temptatio
abscessit. Deinde quandam pulcherrimam
virginem regis filiam sed patre orbatam
ad eum misit. Cum tamen vir Dei predi-
caret, illa dixit: si me ab ydolorum
cultura salvare desideras coniugem michi
me copula. Nam et christiani coniugia
non abhorrent sed laudant, quia patriar-
che et prophete et Petrus etiam
apostolus coniuges habuerunt. Ad quam
ille inquit: mulier, ista proponis fru-
stra, quia christianis ducere licet sed his
qui promiserunt virginitatem Christo
non. Et illa: sit ita ut vis, sed
si animam meam salvare desideras, unam
modicam michi petitionem perfice: concumbe mecum
hac nocte et promitto tibi quod summo
diluculo christiana efficiar. Nam et si, ut di-
citis, gaudium est angelis Dei super
uno peccatore penitentiam agente, auctori
conversionis magna merces debetur. Semel tantum in-
acquiesce et ex hac me perpetuo salvabis.
Hec dicens turrim eius graviter cepit
quatere. Videns demon sociis ait: videtis
quomodo puella ista concussit quem nos
potuimus commovere? Venite ergo et in eum
fortiter irruamus, quia tempus aptum invenimus.
Sanctus autem iuvenis se tam
captivatum per concupiscentiam invitabat
et salus virginis puelle diabolo
ipsum commovebat, lacrimis suggerente,
se dedit in qua oratione insistens orationi
vidit se duci in [illegible] obdormiens
decoris ornatum pratum floribus,
dulcem sonum reddebant ubi folia arborum
ista agitata et aura mirum quendam
ubi fructus visu [illegible] odorem emanabant
desiderabiles ubi sedes speciosissimi et gustu
auro et gemmis posite erant lecti lucidi

[illegible]
et illuc ipsum introduxerunt atque in civi-
tatem purissimo auro que claritate mira-
bili fulgebant, ubi celestium exercitus
quedam cantica cantabant que aures mortali-
um numquam audierunt. Dictum est ei: locus iste
est beatorum. Cum autem eum vellent
educere, rogabat ut se ibi manere per-
mitterent. Qui dixerunt: ad labores multo ad
hoc venies si tibi vim inferre poteris.
Deinde ad locum teterrimum ipsum duxerunt
omni feditate plenum dicentes:
est locus iniquorum. Cum autem evigilasset, iste
plus pulchritudo illius puelle et ceterarum
stercore fetidior ei videbatur.
Maligni spiritus ad Theodam redeuntes, cum
et ipse eos increparet, dixerunt: priusquam
signum crucis faceret, irruimus super ipsum et
turbavimus ipsum valde, sed ubi se signo
crucis munivit, nos persecutus est. Tunc
Theodas ad eum cum
rege venit sperans quod eum persuadere posset,
sed potius magus captus est ab eo,
qui ab eo baptisma suscepit et laudabilem
vitam duxit. Rex igitur desperatus dimisit
ei dimidium civitatum et medium regni.
Ille autem desiderabat desertum tota
mente, sed tamen pro fidei dilatatione ad
tempus ipsum regnum suscepit et in
suis civitatibus templa et cruces erexit et
omnes ad Christum convertit. Pater vero tandem
filii rationibus et predicationibus assensum prebens
fidem Christi recepit et baptismum suscipiens
et totum regnum alio dimittens operibus
misericordie vacabat et postmodum laudabiliter
vitam finivit. Josaphat autem Barlaam
regem constituit et pluries fugere
voluit sed a populo captus est. Tandem
evasit. Cum autem per desertum iret
cuidam pauperi regale vestimentum dedit
et ipse in vili veste remansit.
Diabolus autem multas ei parabat
insidias: aliquando eum gladio evaginato in
eum irruebat et percutere minabatur nisi
desisteret; aliquando in forma ferarum ei appa-
rebat frendens et dirum mugitum emittens.
Ille autem dicebat: Dominus michi adiutor,
non timebo quid faciat michi homo. Duobus
igitur annis in heremo Josaphat va-
gabundus mansit nec Barlaam invenire
potuit. Tandem speluncam invenit et
ante hostium stans dicebat: benedic,
pater, benedic. Cuius vocem Barlaam
audiens foras exiliit et osculantes se fer-
ventissime se alterutrum amplexabantur.

[illegible]
iam que [illegible]
quatuor igitur Mansit autem [illegible]
[illegible] diu multis [illegible]
bili et virtute tandem [illegible]
Balaam imperatore quievit [illegible] Josaphat
[illegible] anno xxv° desertum xxxv
annis heremiticam laborem subiit et sic
multis clarens virtutibus in pace quievit
et cum corpore Balaam positus fuit
Quod audiens rex Barachias
illuc cum multo exercitu venit et corpora
reverenter in civitatem suam transtulit ad
quorum tumulum multa miracula fiunt
Cui laus et gloria et honor per secula seculorum amen

Preclare igitur indolis Gotardus nomine a veris christianis genitus feliciter natus et nutritus in monasterio Althacensi fideliter absque parentibus oblatus a fratribus devote susceptus liberalis scientie fructum dum doceretur laudabili et sine legis notitia a puero adhuc etatis ingeniolo libentius accepit. Inde id est ad [illegible] familiaris ubi prius doctor ad se dignatur [illegible] tunc vir prelatus [illegible] nomine Juvaniensis episcopus idem monasterium tunc gubernat. A quo venerabiliter assumptus in clericali ordine ministrans ab ipso diaconus ordinatus et clericorum prepositus in ecclesia constitutus. Sed cum idem monasterium imperante Ottone tercio imperatore in monachicum ordinem esset mutatum venerabilis Gotardus cum aliquibus eiusdem loci clericis proprietatis sue anno undecimo effectus est. Defuncto igitur abbate Erkimberto Gotardus substituitur in quo ordine coram deo et hominibus placens et alia monasteria ei commissa sunt Tegerneyse et Tirmense: que pari diligentia in spiritu senio gubernavit. Inde ad Hersfeldense cenobium cogente sancto Henrico imperatore dirigitur causa religionis que in illo loco iam evanuerat reformandus labore iam fessus annuente imperatore ad Altacham rediit ibique deo usque in finem militare decrevit. Defuncto igitur venerabili pontifice Bernhardo Hildesheimensi episcopo ad imperatorem qui Grone tunc morabatur fama pervenit: qui non mediocriter doluit. Tunc vocato Gotardo abbate precepit eum ad suscipiendum episcopatum Hildesheimensem convenire. Quod ille cum renuit tunc ipse et per ipsos admonitione ipsius non desistit donec illum deus per visum ut tandem annueret ammonuit. Vidit namque in atrio cuiusdam ecclesie in qua pueritiam consummaverat magnam [illegible] de cuius capite stante et de media [illegible] magnam cum pueritate [illegible] cum manu [illegible]

[illegible] et [illegible] vocem dei. Inde vero [illegible] cum multis [illegible] ad deum et commisit et tandem im[illegible] pontifex [illegible] ad Arbonem magnatibus [illegible] Igitur primo consecratus sancte annis cum magnificentia invitatus ad generale concilium festinaret contigit in villa quadam mulierem [illegible] in modo vexari: que adducta ad sanctum virum qui sub umbra arboris quiescebat antequam ad ipsum pervenit sanata est et data ei benedictione ad propria remisit. Cum autem iam honore episcopus augmentaretur et virtutibus atque miraculis choruscaret appropinquante sui obitus tempore infirmari cepit. Habebat autem vir sanctus [illegible] qui vilia vestita quibus occulte vestiebatur servabat nomine Brunonem quem sanctus ad priorem ibi premisit. Ille autem statim infirmari incipiens cum se cum ad civitatem venisset. Igitur invalescente morbo beatus Gotardus ad monasterium sancti Mauricii ductus convocatis fratribus et abbate filio suo [illegible] cum eo [illegible]: et de Bavaria advenit [illegible] viatico munitus alio quoque sancto inunctus est. Mane autem matutinis celebratis et officio beatus inter verba orationis cum astantibus [illegible] [illegible] tandem venientibus [illegible] ad dirigendos pedes nostros in viam pacis elevavit manus suas ad celum et cum antiphona respondendo ad patrem meum reddidit spiritum. Cumque corpus eius ad ecclesiam sancte apostolicis [illegible] die duceretur audiens Bruno tumultum: quesivit a ministro quid gestum esset. [illegible] indicare dissimulat. Tunc ille quare me decipis dominus meus Gotardus mortuus est qui in promisit quod me secum ad patrem duceret. Et in [illegible] ille statim spiritum exalavit. Cumque corpus componentes cum corpore pontificis per civitatem deportavit. Sepulto vero venerando corpore pontificis Brunonem [illegible] episcopo ipse et corpus prius in monasterio occidentali parte portus sepeliebat. Ad tumulum autem beati pontificis ex eo tempore sanitates innumeras prestita beati Gotardi memoria ab Eugenio papa primo exaltata est. Nam ipsum in [illegible] concilio venerabilis canonizavit. Cumque corpus anno dormitionis [illegible] anno die ultimo iiij nonas maij a [illegible] episcopo levatur et multis miraculis gloriosissime illustratur.

Tempore Tiberii Sempronii augusti qui per reliquas regiones ita Gallias regebat egressa quedam gens de insula contra mare que cottamundum cingit cui vocabulum est Scandina in occupati postquam alia regna vel regiones cum mulieribus et filiis suis penetrassent et Renum flumen pervenissent. Ubi iussione Tiberii detenti Burgundes ultra Renum flumen pro multorum spacia amore custodire coacte sunt [illegible] et Burgundiones nuncupati sunt usque hodie. Cum tempore Valentiniani augusti de ipsis Burgundionibus egressi Gallias petierunt: et more Barbarico [illegible] vel [illegible]

[illegible] atque obsessa que tenuit rege [illegible] coronarios Galliarum civitates quas ab ipsorum conspectibus fuga non celavit gladiatorum manu interfecit paucis quoque relictis et suis ditionibus subiugatis. Sed filii eorum dominationi positi sunt. Defuncto autem Gundiocho filius eius Gundobadus et Godegiselus regno accepto Galliarum provincias largitas terras quoque inter se diviserant ut Gundobadus duas partes suis ditionibus vendicaret tertia Godegiselus esset contentus. Verum inter ipsos magnum iurgium exortum ut adeo invicem sua caritate discenderent. In quibus temporibus sic eorum amborum gentium illius convalescens in multas regiones et gentes finitimas ad suis regibus propriis subditas ditionibus prostrassent ac devastassent. Inter alia extiterunt regna Galliarum quoque fines invadendos audacter sunt invitati. [illegible] adiunctus Godegiselus frater Gundobadi regis prestandi vocat in Germanorum solatio tota cum francorum natio et prioris maioris arma accepit. Deus fraudulenta belli factione fugato regnum Galliarum paucis diebus sibi subiugasse visus est. Non permisso vero tempore resumptis viribus Gundobadus Viennam obsedit dicte porte civitatis conserto cum multo exercitu fratrem suum Godegiselum cum uxore sua igne cremavit. Aliud quoque fratrem nomine Chilpericum interfecit et uxorem eius ligato lapide ad collum mersit. Duos filios eorum gladiis trucidavit. Duas nichilominus filias exilio condempnavit, quarum senior Sedeleuba nomine mutata veste se deo vovit. Junior fuit Crothildis vocabatur. Postea Clodoveo regi Francorum imperiali more desponsata nupsit. Cuius quoque regem barbarorum ad fidem provocavit sancti Remigii pontificis iuvit. Preterea capto rege Gundobadus Francos sub sui auxiliarios in prefata urbe congregatos ferro trucidavit. Plures quoque Burgundionum morte condempnavit. Viennam postea iam dicti regi Clodomiris reddere disponens: sic quoque omne regnum proximum perdiderat quod vendicabat sibi. Nati quoque sunt ei duo filii Sigismundus et Gundomarus. Et cum iste Gundobadus cum quoque gente Burgundionum turpis Bathilde regis videretur eo cultores cum filiis suis Arriane religionis multum extitit usque est tradidisse. Arriana lege prepedita sinus atque venenis puer Sigismundus audiens ad prefatam venisse etate tanta devotione eius dilectionis in divina scriptura ipsum accedit ut die noctu quoque in vigiliis ieiuniis et orationibus incessanter persisteret. Defuncto ac genitore suo Gundobado licet incredulo ita fidem Christi omnis gens Burgundionum una cum paucis Francis qui ad ipsos in Gallis eorum moribus lamati duabat collecti excellentissimum virum Sigismundum sibi regem elegerunt. Qui accepto principatu Galliarum equalis sic etiam cultum divinum vel suis optimatibus prebuit: sic quoque ieiuniis elemosinis abstinentia in humilitate et individua simplicitate dilectione fuit lecto sequens dicebat itaque incessanter [illegible] accepit [illegible] adire [illegible] regna possit inquirere. Erat vir dei plenus gratia die noctuque incessanter petitionibus et non ab aliis nisi a domino nostro Jhesu Christo audiat qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete recipiat. Omnium bonorum operum receptor cupiens itaque semetipsum ita martirem Viennam pervadere conatus est ut intellectus mirum mereretur accepto. Interea sortitus est in coniugio filiam Theoderici regis Italie ex qua genuit filium nomine Sygmaricum. Qua mortua duxit aliam uxorem cuius nequissimis dictis et deceptus consiliis proprium uxoris filium interfici iussit. Postea unde compunctus dum multa loca sanctorum peragrasset pervenit in eum locum qui Agaunum vocatur ubi sanctus Mauricius cum commilitonibus suis pro amore domini nostri Jhesu Christi palmam martirii accipere meruit. Et tam ibidem quoque ieiuniis meditabatur qualiter pro anima sua sibi finem deret ut eorum augmentis sociari posset. Tunc non aliter nisi dei nutu ut credimus angelo annunciante ipsi revelatum fuit ut ad instar celestis militie psallencium chorus insonaret. Qui diutius accepto consilio sanctos atque apostolicos viros consuluit utrum salubrius cogitaret an non. Qua interrogatione inter se ventilata sancti Antistites licet inusitatum opus tamen deo annuente unanimiter roboraverunt quod sanctum opus finitum videlicet dei cum sanctis perfecte institutum et pari consensu omnium confirmatum dominus adiecit superius cum quiete. Quatenus celeste prius regnum posset. Die noctuque exorabat ut ei divina pietas ostenderet quid facere deberet quia deus ut iustus est iusti laboris premium remuneratione non diversis praeclarum differre ad palmam martirii cum ceteris dignatus est vocare ut sancte Thebeorum martiri collegio quorum sic in dei officio laudibus fideli perpetua devotione gaudet. Quamquam prenarrata amenitate verum ne pluribus narratio legenti fastidium generaret, brevissime eius recitabimus historiam, quemadmodum in simplici sermone invenimus.

Igitur cum Franci plurima pene regna devastarent Galliarum quoque urbes vehementer depopularentur ita ut maxima multitudo Burgundiorum se sparceret. Tunc s. S. videns se hinc inde coangustiari ultra Alpis montem cepit et ad instar Helie Thesbitis qualiter crudelissime gentis barbarorum ferocitatem evaderet sanguinantem heremum elegit: quia sibi iminebat discrimen vite. Iuxta illud quod egregius predicator de suis tribulationibus scribens ait: periculis in falsis fratribus. Tunc demum non Burgundiones necessitate quam voluntate Francis se dediderunt permittentes sanctum virum Sigismundum proprium suum perquirere: et eius vinctum tradere. Audita itaque permissione sanctus vir Sigismundus comperta eorum nequicia cesariem sui capitis totondit [illegible] Sigismundi martiris qui [illegible] Burgundionibus ad ipsum querendum et corpus eius ad sepulturam sanctorum martirum quadam die laborant perduci promiserunt. Cum ad claustra Agaunensis monasterii venissent, [illegible] Burgundiones una cum Francis ad instar Iude traditores regem Burgundionum magis inimicum fecerunt et vinctum Francis tradiderunt sacrilegorum rege Clodomiro: qui postea divina ultione exigente peccato rex a Burgundionibus est interemptus. Quo fama percepta ne manus eorum effugere posset destinatus sub alta custodia una cum coniuge et filiis Gistaldo et Gundobaldo vinctus ad locum qui Columna vocabulum pervenerunt. Ibi quendam puteum ab antiquis constructum invenientes ut respectu crudelitatis sue satisfaceret capitali pena addicitur iussu regis sui Clodomiro alio nomine Clodomeri capite detruncatum cum coniuge et filiis suis in puteum iactaverunt. Ubi per tempus sancta corpora iacuerunt. In quo loco noctibus crebris a fidelibus vise divinitus lampades accense per totum illud tempus quibus ibi corpora iacuerunt visa est. Confractio at tercio anno beatus [illegible] venerandus dux monasterii sanctorum Agaunensium abbas per angelum admonitus in visu sacra corpora sicut anime eorum in celestibus sancte legioni erant coniuncte ita et in eodem loco sepulture associarent. Vir vero dei supradictus Venerandus abbas Augustiensis plenus celitus divinam iussionem implere nesciebat. Tunc vocavit ad se quendam Burgundionem qui sancte vite fine fidem visus est observare [illegible] secum duxit ad gloriosum principem Theodoricum regem Francorum ut ad sua petitione precibus et suggestione sancta corpora ad sanctorum legionis Thebeorum deferri permitteret. Cuius petitionem prefatus princeps clementer indulsit. Tunc cum magna admiratione veneratione sanctorum corpora de puteo extrahentes cum psallentium choris Agaunensis monasterii in ecclesia que in honore sancti Iohannis apostoli et evangeliste dedicata dignissime sepulture tradiderunt. In quo loco tantas assidue virtutes deus usque cum fide postulantibus et sperantibus prestare dignatur ut si quis quartana typo vel morbo febrium invasus fuerit sanctorum omnibus fuit absolutus statim integra sanitate recepta incolumis redeat. [illegible] et reliquie infinitis [illegible] invaserit fuerit celebri [illegible] intercedentibus sanctis martiribus effugantur et infirmi ad pristinam redeunt sanitatem.

Tecla virgo cum audiret Paulum predicantem de virginitate sponsum suum reliquit et Paulo adhesit. Unde mater eius cum eam ab apostolo aver[illegible] Paulus cum Tecla ad proconsulem ductus est. Mater vero clamante contra filiam eo quod sponsum suum sprevit. Tunc Paulus expellitur et Tecla iudicata igni per deum illesa exivit. Paulum usque [illegible] ad Antiochiam secuta est. Ubi more visa aquas [illegible] que cum ante [illegible] iudici traditur. Que cum magna multitudine inter leones et ursos proiceretur sed bestiis ipsa illesa conservatur. Postea in aquam mergitur: que dixit in nomine patris et filii et spiritus sancti in hac aqua sit fons baptismi. Iterum inter [illegible] fratres [illegible] que nutu dei omnes mortue sunt. Quibus hec evadens magnum tempus cum Paulo peregit et tandem ab eo benedictione accepta Yconium rediit et sponsum suum mortuum invenit. Unde nunc in spelunca manente ipsa militare virginum [illegible] multo tempore et postea in pace quievit.

Beatus Nicasius inter ceteros studium exercitatus fuit. Tam in omnibus [illegible] ac in contemplatione per vitam illuminatus est orationi consistens. Omnes pauperes orphanos et viduas novit: et ipsis tamquam proprius pater de necessariis providebat. Accepit vero quandam prophetiam in Remensem civitatem irruit qui cepit Vandalos compellere ad persecutionem. Tunc beatus vero Nicasius episcopus nolens persecutionem iussus fuit decollari. Cuius ad mortem soror eius carnifici oculos laniando laniando manibus eruit. Tunc sanctus Nicasius sua pietate illuminavit et ad fidem convertit. Cumque palam deberet decollari rogavit deum ut quicumque memoriam eius agerent usque hunc seculorum [illegible]. Dum sanctus Nicasius episcopus decollatur et corpus eius in ecclesia Remensi sepelitur, caput vero eius in ecclesia sancte Marie in Remensi civitate [illegible] magna colitur consecratione quo capite reges Francie coronantur. Et cum caput ad corpus defertur, statim caput ad locum suum revertitur. Ubi tunc incepte laudes deo et sancto Nicasio referuntur.

Odilia virgo Adalrici ducis patre et nobilis fuit. Que ceca nata [illegible] pater eius cum nata ceca esset interfici iussit. Mater sua patre nesciente in Burgundia ad quoddam castrum claustrum dictum Palma nutrienda mittitur. Apparuit interim angelus [illegible] paret [illegible] baptismate [illegible] itaque et illuminata et in [illegible] claustrum [illegible] construxerat in quo amplius quam CCC sorores essent a patre suo duce Alsatie vocitata vocatur et ei plurimum monasterium commisit in quo cum multis deo serviens tandem in pace quievit. Sepulta est igitur in capella sancti Johannis baptiste quem summe diligebat quia ab ipso in baptismo visum recepit. Item cum una die eidem oranti veste qua indutus erat cum eam baptizavit apparuit et eundem locum ubi capellam facere debebat ostendit. Que capella usque hodie ibi esse cernitur. Item cum nutricis defuncte mamilla tamen qua ipsam lactaverat post CCC annos inventa est integra et recens. Accidit vero dicitur cum mortua esset pater suus defunctus cum diu pro peccatis suis cruciaretur cognovit per visum eum esse in penis eo quod sanctam suam viam Alsatie vero qui eam pre nescientia causa et debilitatem in Hemburg renovaverat [illegible]. Unde dolens fletibus et oratione tam diu se ipsam attenuans donec angelica revelatione audivit eum ab inferis liberatum. Item ea decedente sorores erant in ecclesia decantantes que reverse invenerunt eam mortuam. Contristate de morte eius deprecabantur deum ut anima eius ad corpus rediret quousque viaticum reciperet et mox evigilans communionem recepit et iterum obdormivit.

Jacobus martir cognomento intercisus nobilis genere sed fide nobilior ex regione Persarum et civitate Elape ortus fuit christianis parentibus procreatus et uxorem christianissimam sortitus. Erat autem notissimus regi Persarum et inter optimates primus existebat. Accidit autem ut a principe nimio amore seductus et ad colenda idola flecteretur. Quod mater et uxor audientes protinus sibi per epistolam scripserunt dicentes: obediendo mortali deseruisti eum qui vita est, placendo putredini deseruisti suavissimum odorem, veritati mendacium commutasti et mortali obtemperans vivorum ac mortuorum judicem reliquisti. Noveris ergo nos sicut alienas ab te nec tecum ulterius in domo morabimur. Quod cum Jacobus legisset amare flens ait: Si mater mea que me genuit et uxor mea extranee a me facte sunt, quanto magis a me extraneus factus est deus meus. Cum ergo de errore suo plurimum affligeretur nuntius venit ad principem qui dixit Jacobum christianum esse. Tunc princeps advocans dixit: Dic michi si nazarenus es. Cui Jacobus: Etiam. Et ille: Ergo magus es. Cui Jacobus: Absit me magum esse. Cumque ei multa supplicia minaretur dixit Jacobus: minationes tue me non conturbant, quia tamquam ventus super petram, sic furor tuus aures meas cito pertransit.

[illegible] mori pro [illegible] respondit. Tunc princeps [illegible] nazarenum dicentes mortem sompnium esse quia magni imperatores eam timent. Cui Jacobus: nos mortem non timemus quia de morte ad vitam speramus transire. Tunc princeps de consilio amicorum sententiam super Jacobum tulit scilicet ut Jacobus ad aliorum timorem membratim puniatur. Cum autem quidam super eum ex compassione flerent ille ait: Nolite super me flere sed super vosmetipsos plangite, quoniam ego ad vitam pergo et vobis eterna supplicia debentur. Tunc carnifex manus eius dextre abscidit et exclamans Jacobus ait: Liberator nazaree, suscipe ramum arboris misericordie tue. Nam auctore vinee mee sarmentum abscidit ut pacis germinet et ubique crescet. Cum Jacobus: non presciscisti stipite vitis, etenim cum amputantur sarmenta illo nobis qui remanet in suo corpore cum talis incipit per singula abscisionis loca producat gemmas. Si igitur vitis putatur vicissitudine temporis et germinet, quanto magis fidelis homo qui vite in Christo compactus est. Tunc accedens carnifex secundum digitum abscidit. Et statim Jacobus dixit: Suscipe duos ramos quos plantavit dextera tua domine. Abscidit tertium. Jacobus dixit: de tribus temptationibus liberatus benedicam tibi patri et filio et spiritui sancto, et cum tribus pueris ereptis de camino ignis confitebor tibi domine et in choro martirum tibi psallam Jhesu Christe. Absciso quarto et dixit Jacobus: protector filiorum Israel qui in quarta generatione prenuntiatus es, suscipe a servo tuo confessionem quarti digiti tamquam in Juda benedicti. Absciso digito quinto dixit: Completum est gaudium meum. Tunc carnifices dixerunt ei: Parce iam anime tue ne pereas, nec tristeris si unam manum amiseris; quia sunt multi qui una manu existentes et multis divitiis habundantes et honoribus. Ad hec Jacobus: Nonne pastores cum incipiunt pecora tondere nonne dextrum vellus auferunt et sinistrum dimittunt? Si igitur pecus quod animal est brutum totum vellus vult dimittere, quanto magis ego animal rationale dedignabor pro deo occidi qui pro me occisus est. Accedentes igitur impii ad sinistram manum digitum minimum inciderunt et dixit Jacobus: Tu domine cum magnus es minimus et parvus pro nobis fieri voluisti, et ideo tibi corpus et animam quam creasti et tuo sanguine redemisti commendo. Abscidit septimum et ait Jacobus: Septies in die laudem dixi tibi domine. Abscidit octavum et dixit Jacobus: Octavo die circumcisus est deus vel Jhesus et octavo die circumcidetur ebreus ut transeat ad legales [illegible] tuam domine. Abscidit nonum digitum et ait Ja.: Hora nona tradidit Christus spiritum, unde et ego domine in dolore noni digiti tibi confiteor et gratias ago. Abscidit decimum qui numerus in decem preceptis est. Tunc quidam de astantibus dixerunt ei: Carissime quondam nobis, tantum coram consule nega ut vivere valeas; licet enim tibi abscisse sint manus, tamen peritissimi medici invenientur qui in tuis doloribus tibi valeant subvenire. Quibus Ja. dixit: Absit a me nefanda simulatio; nemo enim mittens manum suam ad aratrum dimittit pedes. Tunc irati carnifices accesserunt et pollicem pedis dextri absciderunt, et Ja. dixit: Pes Christi perforatus est et sanguis emanavit. Abscidit secundum pedis digitum et ait Ja.: Magna in dies hec est pre omnibus diebus, hodie quippe ad deum fortem ibo conversus. Abscidit tertium et ante eum presentabor. Et subridens Ja. dixit: Vade tertie digite ad socios tuos, et quemadmodum granum tritici multum fructum affert, et tu in novissimo die cum sociis tuis requiesces. Abscidit quartum et ait: Quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Abscidit quintum et ait: Nunc incipiam dicere ad dominum qui dignum me fecit socium servis suis. Tunc accedentes ad pedem sinistrum digitum absciderunt, et dixit Jacobus: Digite parve, confortare, quia magnus et parvus habent resurrectionem; una capillus enim capitis non peribit, quanto magis tu a sociis tuis minime separaberis. Abscidit secundum et ait: Destruite veterem domum quia splendidior paratur. Abscidit quartum et ait Ja.: Confirma me deus virtutum qui in te confidit anima mea. Abscidit quintum et ait: Ecce me tibi domine vicesies immolo. Tunc accedens pedem dextrum abscidit, et dixit Jacobus: Nunc offeram munus celesti regi pro cuius amore hec patior. Absciderunt pedem sinistrum, et beatus Jacobus ait: Tu es domine qui facis mirabilia, exaudi me domine et salva me. Absciderunt dextram manum et ait: Misericordie tue domine adiuvent me. Ad sinistram ait: Tu es deus qui facis mirabilia. Absciderunt dextrum bra[illegible] ut sinistrum et ait: Circumdederunt me dolores mortis et in nomine domini vindicabo in eos. Tunc accedentes absciderunt dextri pedis suram scindentes usque ad femur. Tunc beatus Jacobus ineffabili dolore gravatus exclamans ait: Domine Jesu Christe accipe me quia circumdederunt me gemitus mortis. Et ait carnificibus: Carne nova induet me dominus quam nec vermes maculare nequibunt. Iam carnifices defecerunt, qui a prima hora diei usque ad primam noctis eius abscisione sudassent. Tunc accedentes sinistram tibiam absciderunt usque ad femur abscidendo et abstraxerunt. Tunc exclamans beatus Ja. ait: Dominator domine, exaudi me semivivum. Domine vivorum et mortuorum, digitos non habeo ut eos ad te porrigam, pedes mei sunt truncati et genua demolita ut tibi genua flectere non valeam, et sum velut casura domus ablatis columnis quibus sustentatur. Exaudi me domine Jesu Christe et educ de carcere animam meam. Hec cum dixisset, unus de carnificibus accessit et caput eius amputavit. Christiani ergo occulte eius corpus rapientes honorifice sepelierunt. Passus est v° kalendas decembris.

Nuncius de curia revertens cum leticia qui erant pro canonisacione beate Hedwigis, que Viterbii facta, statim plenariter consummata fuit festivitas translacionis eius. Corpus enim ipsius dignissimum cum veneracione translatum est anno domini [illegible] kalendas mensis septembris, cum tunc tumba que cemento lapidibus qua clausa erat fuit [illegible] artificialiter ferreis cum accedentibus instrumentis fuisset apertum coram honorabilibus viris Nicolao videlicet abbate Lubucensi et Mauricio quondam Camenczensi abbate, qui nobilibus sacerdotalibus ornamentis parati pro omnia ut missam celebraturi in die solempni, domino Conrado Glogoviensi duce ac filiis suis sorore quoque Agnete germana ducis eiusque et aliis quibusdam personis presentibus, accesserunt cum devocione et magna reverencia ad illas cum veneracione dignissimas reliquias recipiendas. Multi quidem advenerunt illati ut admitti poterant venerabiles quorum agi debebant hec ex causa multi ne ti patres tantummodo ad hoc opus electi a deo dispensative forsitan sunt electi assumpti ut illud quod sancti Iuliane de sanctis et abbatibus duobus sanctum quod predicatur ostensa detineatur visio verificatur completur in sancto ut de ore ipsorum veluti duorum teste fidedignorum mirabilia que tunc operat et ostendit designabatur salvatoris potentia ad alios devenirent. Nam eiecta humo de tumulo remota quoque superiori tabula de sarcofago in quo corpus sancte iacebat odor tanti vigoris et tam suavissimus emanavit ut omnes illic astantes in admirationem mentes commutarat et gaudium. Nam cum corporis omnia ossa dum levarentur a terra consumptis carnibus membrorum compage soluta tres digiti sinistre manus ipsius inventi sunt totaliter integri intra se clausam retinentes beate virginis imaginem parvulam quam dum viveret secum frequenter portabat et cum defuncta fuerat tumulata quia moriens adeo eam inter iuncturas predictorum digitorum compresserat quod ab inde trahi non poterat bono modo. Ymago que superius recitantur miracula per hanc ymaginem facta tunc novum susceperunt augmentum dum inter incorrupta ymaginis retinacula a tanto tempore a corruptionis vicio preservata intacta cerebrum quoque capitis ipsius fere per viginti quinque annos sepultum in terra iacuerat inventum fuit recentissimum divina quoque virtute mirabiliter conservatum cum tamen secundum traditionem aliquorum primo medulle et materia cerebri putrefiant. **Preterea quidam** liquor purus et clarus ad instar olei olivarum clarissimi mirandi quoque odoris de ipso capite resudabat qui sindones et pannos involvebant ipsum caput reddebat totaliter madidos. Quam de pluribus tracti essent ad convocandam cohortem ad predictam autem festivitatem de diversis mundi regionibus confluxit populi multitudo quasi innumerabiles principes et duces barones prelati et clerici eciam cum religiosarum multitudine personarum ordinum diversorum pia solempnisaverunt presencia. **Festum illud** in quo fuit hec translacio celebrata inclitus rex Otacarus dux quoque Wladislaus Slesie dux et Salczburgensis archiepiscopus et fratres ipsius duces Slesie eiusdem sancte nepotes ac plures Polonie duces singuli cum suis nobilibus secundum statum sue dignitatis et familia qua pollebant gratia adinventis multis multis coloribus mirabiliter quoque tentoriorum varietate atque pulchritudine decorabant camporum planicies in quibus faciebant

[illegible] astant in- quisque generis specialis et oblacionis munere ostendebat et continebat omnibus ipsius voti sua devota quoque mente offerebat quisque quod promiserat pure quod deus ei inspiravat ponebat de facultatibus suis ad sancte reverentiam et honorem. Cunctis autem pre innumerosa parte et quoque innumera hominum illic congregacione nimium fuerat difficilis aditus. Certatim autem unus alterum antecedere cupiens et prevenire desiderans ad salutandas quoque sanctas reliquias pressuram incredibilem et periculosam pre nimia sustinebant. Vox exultationis et salutis audiebatur in templo, decantabant enim dulcissime melodie gloriam in altissimis non solum viri et femine, clerici ac religiose persone sed etiam sonitus organorum laudes deo resonabant cunctisque corda fidelium excitabant ad devocionem et leticiam spiritualem. Floribus adornati stantes et die noctuque ardentes per plura loca ecclesie cerei decorabant cotidie et continuo lumine domum dei. Speciali vero delectamento intuencium oculos demulcebat quamvis candelarum ardencium artificioso opere extensa et dispersa cum quibusdam speris volubilibus in circuitus pendentibus ardentes sursum deorsum quoque mote secundum aptacionem artificis stellas in firmamento erraticas simulabant et hoc ordinacione divina factum est ut huiusmodi lumina eius decorarent solempnia que dum viveret ex celestium speculacione luminum crebro venerabat ut superius dicitur in admiracione et nimium accendebatur ad amorem divinum. **Tunc quoque** celi disposicio quadam qualitate illi iocunde festivitati alludere videbatur. Tanta denique erat serenitas et ventorum melius in tantum dum ut pre multitudine hominum hinc inde per nemora seu campestria sub divo manentes aeris magna prosperitate gauderent. Nam et ea que ad laudem dei et beate Hedwigis honorem attinebant lumina festivitatis illa in qua sacrum corpus eius transferebatur seu solempnitas translacionis eiusdem corporis agebatur decorare volentes nullum a flamine venti ardoris sui impedimenta senciebant. Hiis qui teste scriptura concordiam facit in sublimibus est hec magnalia operatus huius regina non solum superiora verum etiam inferiora hominum sancti corda ad tantam tunc fuerunt tranquillitatem disposita ut in congregacione tam magna contigit frequencius ut nec occasio nec turbacio aliquis sit motus. Est dignum utique fuit et congruum ut ipsius qui ad celebrandam eius festi [illegible] ipsius [illegible] et gaudio ad propria revertentur. Cum vero eo vita et miraculis predictis que auctoritate sedis apostolice iam huic claruisse innotuit et innotescat fidelibus eam esse vere sanctam et angelis sociatam, multi ad eius basilicam properant venerantes eam et orantes ut ipsius adiuti suffragiis graciam inveniant apud deum. Sic que eius translacio cum multa devocione et honore facta est. Ora ergo pro nobis supplicibus tuis o beata Hedwigis, ut dominus noster qui te ad eternam transtulit gloriam nos post presentis vite miserias ad societatem transferat angelorum.

Cum ad omnium sanctorum veneracionem per annorum circulum deceat devocionis studio concitari et beate marie semper virginis laudum preconia extollenda eo magis debere se humanam omnem etatem quanto magis certum est per ipsam nostra remedia provenisse et celestis regni nobis aditum reseratum fuisse, quem primi parentis culpa sera dire mortis obstruxerat. Hec siquidem est illa scala celestis quam dormiens patriarcha Jacob de terris usque ad celum sublimitatem erectam in sompniis celitus tante revelacionis inspexerat. Hanc igitur sacratissimam virginem virga Aaron figurat que a sue radicis viriditate convulsa tempestive maturitatis flores et poma produxerat. Hec quoque multis aliis misteriorum signis et prophetarum oraculis indicata. Humano tandem generi per fructum sui ventris reparacionem intulit et salutem credentibus suis precibus suffragiis acquisivit. Unde quanta nobis ipsius meritis et intercessionibus divina beneficia pervenerant nullo potuit unquam sermonibus explicari. Deinde intra Rome urbis menia quam beatissima dei genitrix sibi specialem locum ac singularem elegerit atque patrocinium sue dignacionis alme urbi prestare voluit dignum duximus ignorantibus reserare. Sicut enim ex gestis antique urbis ut ipse Regum legitur et reperitur a temporibus [illegible] apud augustos pro construendis ecclesiis licenciam relaxavit, ut ad tempora Liberii pape in honorem intemerate genitricis virginis marie nulla unquam intra urbem fuerat fabricata ecclesia, et quod videbatur satis indignum, quod urbs que totius orbis caput esse dinoscitur et sancte religionis omnium que [illegible] obtinet principatum sue patrocinia et construccione seu habitacione beatissime dei genitricis appareret. Placuit divine providencie egregiam hac

[illegible] gaudebat assumpta [illegible] qui gloriose et qui stupendis miraculis sue sancte genitricis voluit [illegible] omnibus demonstrare dignum ut ad nostre devocionis studia excitanda quod divinis revelacionibus gestum est replicemus.

Tempore quo sanctissimus papa Liberius beati petri sedem provida gubernacione regebat, quidam Johannes nomine, urbis principatum civium gerens, tam morum probitate quam nobilitate generis preclarus possessione ac multarum divitiarum copulancia locuples, cum filium non haberet una cum coniuge sua que sibi divina providencia tam morum quam nobilitatis similitudine fuerat sociata, beatissimam genitricem dei sibi in personam ac specialem dominam preelegerunt, qui simul uno ore pari et devocione beatissime virgini vota solventes dixerunt: Regina celorum, domina angelorum et salvatrix omnium tibi commissorum, tante devocionis fragiles supplicamus quanto vestre pietatis tue copiosius erga homines benigna invenitur. Accipe igitur benigna mater que tibi sincera fide et devocione proponimus vitam nostram et omnia que in terra nos possidemus solita miseracione dispone. Qualiter tibi nostra deserviat actio et nostre facultates tibi in aliquibus beneplacito obsequio deputentur. Non igitur divina clemencia [illegible] defuit supplicacioni ut piissime virginis a miserorum peticione defuit, sed eorum vota [illegible] suscipiens peticiones eorum taliter effectui mancipare sive decrevit [illegible] mensis augustus qui ardoribus solis terram [illegible] et herbe solis adustionibus decoquuntur.

Eo tempore volens beata dei genitrix locum ad edificandum sibi basilicam hominibus demonstrare quadam nocte iam dicti mensis prima nonas augusti subito continuam aeris nimia frigoris congelacione constringi et tanta nubium constipacione densari ut imbre deposito [illegible] et [illegible] tanta nivium multitudo defluxit que solum locum edificande basilice cooperiens miraculo pari et algore subministravit. In ipsa namque nocte predicto pontifici aliam [illegible] dicto patricio et uxori sue similem visionem sancta dei genitrix voluit demonstrare que verum et revelacionem [illegible] cali firmaretur aspectu et substancia temporis immutatio occulte divisionis revelare nosceretur. Apparens igitur beatissima virgo prenominato pontifici tali eum ammonicionis oraculo voluit [illegible] eorum internorum [illegible] solitudinis vigilancia qua omnipotenti [illegible] in hoc regimine [illegible] hactenus erga mei nominis devocionis [illegible] non fuerat acceptatio pertenuis in pluribus comperari. Ideo cum causa salutis [illegible] ambo qui devocione tui pectoris fuerint invitati, ne profunditate huius revelacionis misterium ambiguis cogitacionibus credas, quod prius visus tibi apparui sub grandi admiracione clarissimo etiam miraculo volui confirmare, ita ut contra temporis naturam eundem locum hac infusione mirande nivis replevi, in quo basilicam in honorem nominis mei tibi propriis constituam. Habebis propicium et Johannem patricium in hoc opere adiutorem ydoneum. Cum ad te summo diluculo tuis preceptis pariturus veniens presit, cum quo simul in universo clero urbis ad montem qui superius dicitur incunctanter accede, ubi locum a me de industria reservatum invenies, atque in eo modo ecclesiam meo nomini incipies fabricare. Cumque ille in tante visionis sompnio penitus miraretur et cogitacione prolixiore hesitaret, ab ea proximus visum accepit et audivit se esse genitricem Mariam de qua dei filius dominus noster Jesus Christus velut sponsus de thalamo ad homines incarnatus processit. Hiis dictis visio beata ab oculis eius subtrahitur. Preterea eodem momento prefatus patricius et eius coniugi apparuit devocionem inquirens tui pectoris et fidele propositum quo patrocinium mee defensionis specialiter elegisti, prius respexi intuitu et pietatis erga fideles miseracione suscepi. Quamobrem scire volo quod tuarum rerum hereditatis quam pretendis successorem tibi volui providere, ita ut dum mihi in terra domum construxeris, ego tibi copiosa thesauri et eterna consistencia in celo mansionem. Hec ergo tibi impartio faciens ut cum summo mane pariter ad Liberium papam festinanter accedas. Ego enim locum domini mee specialem elegi et ut plenius habeatur hoc ingenti miraculo volui demonstrare, ita ut in hoc tempore nix proprium locum cooperuit et aliud locum nulla penitus infusione contigerit, in quo nomini meo basilicam cum consilio sancte Liberii tibi papis erigendam. Cumque et hic et sue coniugi nominum sancta dei genitrix indicasset, sancta revelacionis inspectio ab oculis eorum elabitur et in tanta eos admiracione dimisit et reliquam partem noctis insompnem deducerent et in dei pariter laudibus exultarent.

Cumque primo mane ianuas pallacii sui ad pontificem properaturus exisset, [illegible] pariter obviaret [illegible] veloci cursu ad lateranense pallacium veniens pontificis hostia cepit violencia infestare, credens late pontificem quod eadem hora fuerat sibi revelatio. Sed cum amotis obstaculis ad pontificem pervenisset, antequam coepisset quod sibi revelatum fuerat indicare sermone contexto, gaudii plenus ipse papa prevenit dicens: Omnipotenti deo, fili carissime, immensas gracias persolvere nos oportet, qui cum simus indigni et omni meritorum sublimacione privati, ad specialem sue sancte dei genitricis obsequium nos dignatus est vocare, atque cum ingenti admiracione hoc quod implere per nos voluit dignatus est declarare. Unde te, fili, cupio cum nunciis et parte nostri directi prelati simul et clericorum tocius urbis ad nos pariter vocaverunt. Hic enim in mandatis accepi ut cum ad nos pervenerint ad compaginem montis simul pergere debeamus illum locum requirentes potissimum quem beata dei genitrix inopinata nivium infusione ornatum speciali prerogativa reservavit. Cumque hec verba complevisset, senatus et tocius plebis maiores pariter astiterunt pontificem cum instancia magna requirentes tam pro devocione sua quam etiam pro insolita novitate plurium gratiam. Cum ante ad eos pontifex una cum patricio et cardinalibus universis dixisset hec sermonis inicium ad eos ipsa exorta est: Dilectissimi in domino fratres, gaudere et exultare nos convenit, quia superna gracia hanc urbem caput et fundamentum Christiane religionis effecerit et in ea primatum tocius ecclesie per beatorum apostolorum Petri et Pauli merita collocavit. Hodie tamen dominus eam muneris et specialibus donis ampliare atque decorare dignatur, ita ut tanti presidium nobis in hoc tempore voluit in adiutorium adhibere, ut nemo possit ambigere immensa nobis celitus beneficia provenire. Nam fratres carissimi nix quam de celo in hoc ferventissimo cecidisse tempore perspicitis beneficium domini declarat indicium. Cum ideo dominus terris voluit infundere ut nos sue nunc candore dealbandos ostenderet gracia adhuc quod nobis per piam sanctam dei genitricem impartire dignatus devotissimis manibus attingamus. Cumque omnibus seriatim exponeret que sibi et patricio Johanni fuerant revelata, omnes unanimiter clamaverunt: Benedictus deus, et ad predictum locum una cum pontifice omnes exultantes in divinis laudibus pervenerunt, requirentes vero locum quem sancta dei genitrix pontifici promiserat, eum plenum nivis albis nivibus invenerunt. Tunc cuius sic circuitu tam alta nix limitem fecerat ut illi videretur ambiguum quod ille huius locum [illegible] plurima [illegible] [illegible] toto [illegible] commissa [illegible]. Ad quem [illegible] deo et beatissime virgini [illegible] accipiens sicut ei designaverat fossam [illegible] manibus cepit effodere per circuitum tantum et [illegible] manibus divina clementia [illegible] [illegible] communi igitur miraculo et [illegible] admiratione replet vota [illegible] et sine gemitu [illegible] totius [illegible] expiationem [illegible] celebrate [illegible] ad [illegible] gaudent que [illegible] patuit [illegible] ministrabat.

Kilianus gente Scotorum [illegible] totius [illegible] nobilis monasterium ubi prefuit et prelatus extitit tam sanctitate vite [illegible] venit et tandem Romam veniens et in episcopum consecratus officium predicationis suscepit et reversus est Wirceburgum cum sociis suis Colonato et Totnano in Gallia, Gallo in Alemania remanente convertit ducem Gozbertum et fere totam orientalem Franciam et baptizavit eos. Ducis [illegible] quedam [illegible]. Uxor autem [illegible] Kilianus ne [illegible] [illegible] occulte alloquitur ducem. Dux vero in expeditionem contra hostes [illegible]. Duce absente [illegible] dissidii non immemor Kilianum in nocte in cellula sua cum sociis iussit necari et in eodem loco cum vestibus et libris ne corporum aliquod vestigium remaneret fecit sepeliri, et ne [illegible] [illegible] stabulum equorum plantis stratum desuper construxit. Postea vero quedam virgo [illegible] eo tempore [illegible] ut dicitur [illegible] vite omnia dedit. Duce in reverso et querente de Kiliano mentita est [illegible] solebat abisset. Interfectores qui sanctos dei necaverunt a demone arrepti [illegible] clamaverunt: Kiliane Kiliane tu nos [illegible] [illegible] suo [illegible] [illegible]. Geila a demone arrepta clamavit: iuste torqueor quia [illegible] instans [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] prelatos [illegible] [illegible] indigne [illegible] in loco squalido [illegible] [illegible] dicitur ut intelligat et [illegible] nocte visu [illegible] audivit sibi dicentem [illegible] vidit et audivit. Advocat [illegible] [illegible] et [illegible] ad corpora [illegible] et [illegible] recepit [illegible].

